NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
26 B
21

Digitized by Google

A 4 e 133 [illegible]

Digitized by Google

DN. ERASMI UNGEPAUERI

JCti, & in Academiâ Salanâ Prof. Decretalium P. Juridicique Collegii Ordinarii. &c.

Commentarius *ſuper* DECRETALES, OPUS POSTUMUM,

Quo univerſum ferè Jus Canonicum, & quod ejus maximè in uſu obtinet, ſecundum titulorum ſeriem explicatur, ad finem tituli cujusque excerptis notabilibus, & erroribus, ſi qui ibi deprehenduntur.

BIB. S. VAL. ROM.

BIB. S. VAL. ROM.

JENÆ
Sumptibus JOH. LUDOV. NEUENHAHNII,

Typis JOHANNIS NISII, ANNO cIↄ Iↄ c LX.

Ad

LECTOREM CANDIDUM.

QVos plurimos diverſis temporibus conſcripſerat auctor Clariſſimus tractatus, noviſſimus eſt, quem nunc edimus. Deſtinaverat eum auctor ipſe prelo: Sed cum ſenectutis langvore ſubinde cunctaretur, factum, ut mors eum anteverteret. Et erat melioribus adhuc annis non valdè ſollicitus ex ſcriptis noſci, famæ conſcientiã meritorũ multum anteferens. Contigit tamen, ut ſolet plerumque, ut eam non ſectando aſſequeretur. Teſtis eſt Altorfium, Academia, cujus magnitudinem celebritatis ſi quis cum annis conferat, aliquot ſeculis antiquiorem putet. In hac per annos admodum viginti aſſiduitate docendi tantam conſecutus eſt laudem, ut nemo ſtudiorum cauſa ibi degeret, quin hunc Præceptorem ſuum ſibi legeret. Quo non ſolum illuſtriſſimæ Noricorum Reipublicæ ſatisfaciebat, ſed & apud exterôs nomen ejus celebrabatur. Edebat tum controverſas juris quæſtiones, quas Exercitia vocabat, ita adornatas, ut quamlibet earum, non Scepticorum more, ſed certâ ratione affirmando, diversâque negando definiret. Poſtea in illuſtrem Salanam noſtram delatus, præter diſputationes quasdam ſuper feudali jure nihil quidem typis vulgavit, quod ſcirem; Materias tamen difficilimas quasque juris noſtri certâ methodo ſtudioque accurato ita concinnavit, digeſſitque, ut nec rigidiſſimum Tarpam metuant. In his ſu-

perſunt de jure naturæ, de erroribus Juſtiniani, de jurisdictione, de ſervitutibus, de ſubſtitutionibus, jure accreſcendi, aliisque juris apicibus argumenta plura, quæ filio, quem unicum reliquit, ſervari voluit. In præſenti autem commentario quid præſtiterit, res ipſa loquitur. Deerat enim huc usque in Lutheranæ Eccleſiæ addictis, qui jure Canonico integrè & ſecundum ordinem Decretalium explicando admoviſſet manum. Cujus tamen operæ, ſi non neceſſitatem, utilitatem certè vel hoc ipſum arguit, quod poſt religionis reformationem nihilominus jus iſtud & in Academiis & foro retentum fuerit, & propriâ ejus laureâ doctorali adhuc Candidati ornentur. Quare cui vivum docentem audire non licuit, hac ſen s noſtri defuncti induſtriâ, ſi placet, Lector amice, fruere, & vale. Jenæ 29. Martii 1660.

J. S. D.

BRE-

BREVIS ET PERSPICUA EXPLICATIO *Librorum quinque* DECRETALIUM.

PROOEMIUM.

De

Nomine atque partibus Juris Canonici & prædictorum librorum compilatione.

SUMMARIA.

Nomen Canonico juri unde? 1.
Unde, Pontificio? 2.
Quæ ejus partes, & de Decreto. 3.
Decreti partes. 4.
Decretales. 5.
Partitio Decretalium. 6.
Ad imitationem Juris civilis ſcriptæ. 7.
Compilatæ à Raymundo Capellano. 8.

JUs quo Pontificii utuntur, appellatur canonicum *cap. quod Clerici 9. de foro competent. cap. licet 2. de jurejur. in 6.* aliisque locis, quia certos præſcribit canones, h. e. regulas *can. 1. & can. 2. diſt. 3.* ſecundùm quos ſubditi Romani Pontificis vitam ſuam inſtituere debent. 1
2 † Quod Jus etiam Pontificium dicitur, quia à Pontifice Romano, qui caput Eccleſiæ ſe nominat, ſuam habet

autoritatem *cap. cum nobis. 19. verſ. præterea. de Elect. & Elect. poteſt.* † Hoc autem Jus conſtat decreto & decretalibus. Decretum, quod Guido à Bayſo, Archidiaconus Bononienſis *in præfat. Decret. n. 1.* appellat *aureum*, Gratianus omnium, quos illa ætas tulit, vir diligentisſimus, ex univerſalis Eccleſiæ, provinciarumque ſynodis, nec non ex Auguſtino, Hieronymo, Chryſoſtomo, & aliis, haud vulgari concinnavit induſtriâ. *Didac. Covarruv. lib. 4. variar. reſolut. c. 11. in pr.* Quod factum eſt *Anno Chriſti 1151.* ut conſtat ex chronico, quod inſcribitur, *Pomœrium Eccleſiæ Ravennatis*, qui liber ſervatur Romæ in Bibliothecâ Vaticanâ. Idem vult Chriſtoph. Helvicus *in Theatro Hiſtorico* & Georg. Nigrinus von der Papiſtiſchen *Inquiſition lib. 5. c. 73.* (qui allegat Johannem de Oppido, Schedellum & alios.) † Diſtribuit autem Gra-

4 tianus decretum ſuum in tres partes; quarum prima continet 100. diſtinctiones & unam, in quibus proponit Juris Eccleſiaſtici principia, fontes atq; dignitatem, ùt perſonarum Eccleſiaſticarum præeminentias atque officia, & univerſæ Jurisdictionis Eccleſiaſticæ præſtantiam. Secunda pars comprehendit cauſas ſex & triginta, in quibus centum ſeptuaginta duæ quæſtiones ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam ſpectantes, deciduntur. Ultima pars eſt de Conſecratione, quæ complectitur quinque diſtinctiones, quarum prima tractat de conſecratione Eccleſiarum, & Miſſarum celebratione: Secunda de Sacramento Euchariſtiæ, tertia de feſtivitatibus per anni circulum celebrandis: quarta de baptiſmi Sacramen-

5 to: & quinta de Confirmatione atque Jejunio. † Decretales verò ſunt quas Pontifex ſummus vel ſolus, vel cum conſenſu Cardinalium, ad conſultationem alicujus conſtituit. Qua in re differunt à Decreto. Hoc enim ad nullius conſultationem conſtituitur *Abb ad proœm. Decretal n. 5. & ad cap. quæ 11. n. 5. de*

6 *Judiciis.* † Sunt autem harum Decretalium quædam certis libris incluſæ, quædam verò non ſunt incluſæ. Quæ incluſæ ſunt dicuntur vel Gregorianæ, vel Bonifacianæ, vel Clementinæ. Gregorianæ habentur in libris quinque Decretal editæ à Gregorio Papâ IX. Bonifacianas edidit Bonifacius Papa IIX. de quibus agitur in lib. 6. Decretalium. Clementinæ, quæ extent in clementi-

nis

nis à Clemente Papa Vto ſunt editæ. Quæ verò non ſunt incluſæ certis libris, dicuntur conſtitutiones extravagantes, quia extra prædictos libros Decretalium vagantur & quæ ſunt vel Johannis Papæ viceſimi ſecundi, vel diverſorum Pontificum, quæ communes dicuntur. † Et hæ ſunt Juris Canonici partes atque libri, qui teſte Johanne Paulo Lancelotto in procemio Inſtitutionum Juris Canonici, ad quandam imitationem librorum Juris civilis fuerint conſcripti *vid. Henricus Zœſ. in præfat. Decretal. n. 7. & 8.* & *Cujac. ad cap. 2. de ſponſalib. & matrim.* (Nam decretum videtur reſpondere Digeſtis. Ut enim Digeſta deſumta ſunt ex veterum JCtorum ſcriptis, quorum nomina expreſſa ſunt in Indice, qui juſſu Juſtiniani Pandectis eſt præfixus: ita etiam Decretum utplurimum ex patribus Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino & aliis eſt deſumtum. Decretales verò libri habent convenientiam quandam cum Codice Juſtiniani. Quemadmodum enim Codex continet Imperatorum Conſtitutiones, ita etiam Decretales continent Pontificum decreta atque conſtitutiones. Dein in libris Decretalium ſervatur ordo Pontificum, ſicut in Codice Juſtinianeo Imperatorum. Quod tamen fallit aliquando, ut probat *cap. 1. & capitula ſeqq. de jurejur.*) † Quod denique attinet compilationem librorum quinque Decretalium, de qua agitur *in princip. Decretal. verſ. ſanè diverſas conſtitutiones &c.* Sciendum eſt Raymundum, qui Capellanus fuit atque Pænitentiarius Gregorii Pontificis IX. Vir religioſus & valdè literatus teſte Johanne Andreæ *ad proœm. Decretal.* prædictos libros ex variis conſtitutionibus Pontificum Romanorum, qui ante Gregorium vixerunt ejus Juſſu compoſuiſſe, quibus etiam addidit Decretales epiſtolas Gregorii, quæ ferè ſemper in fine Titulorum habentur.

7

8

NOTABILIA.

Ex proœmio Decretalium notandum eſt

1. Pontificem, quando ad alios ſcribit præponere in literis nomen ſuum, quod olim ſecus erat, ut apparet ex *can. dilectiſſimis 2. cauſſa 12. q. 1.* ita crevit hodie pompa Eccleſiæ, inquit *Abbas d. loc. n. 1. per Can. vaſa 44. de conſecrat. diſt. 1.*

2. Nominaſſe Pontificem Doctores & ſcholares filios. Et ita etiam appellat Reges, Principes, & alios cujuscunque ordinis, exceptis Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, quos fratres vocat *cap. quam gravi 6. de Crimine falſi.*

3. Legem prodi, ut appetitus noxius ſub Juris regulâ limitetur, per quam genus humanum, ut honeſtè vivat, alterum non lædat, Jus ſuum unicuique tribuat, informatur.

4. In libris quinque Decretalium non reperiri contrarietatem, aut ſimilitudinem.

5. Confuſionem eſſe vitandam.

LIBER I. DECRETALIUM.

De Summâ Trinitate & fide Catholicâ.

Titulus I.

SUMMARIA.

Decretales dividuntur in partem communem & propriam. 1.
Trinitas. 2.
Summa. 3.
De Deo. 4.
De operibus Dei. 5.
De fide Catholicâ. 6.

1 DEcretales Epiſtolæ, quæ libris quinque continentur, habent duas partes, quarum una dicitur communis, altera propria. De communi parte agitur in titulis quatuor prioribus hujus libri primi. Tractaturus autem Pontifex de Jure Pontificio præmiſit pro ſui operis fundamento titulum de Summa Trinitate & fide catholicâ. *Gloſſ ad rubr. C. de ſumm. Trinit. & fide Cathol. & Abb.*
2 *ad rub. de Conſtit.* † Trinitas enim eſt unum univerſorum principium, ut ſcribitur in *cap. cit.* & ubi fides non eſt, Juſtitia, de qua

qua tractamus, locum habere non poteſt *Can. ubi ſana 29. cauſa 25. q. 1. Speculat. ad h. t. n. 1.* Et † Dicitur Trinitas Summa, 3
teſte *Johanne Andreæ, Abbate, & Petro Rebuffo ad h. rubr.* ad differentiam aliarum trinitatum, quæ non ſunt ſummæ, ut eſt Trinitas in Candelâ, ubi eſt ſplendor, ignis & calor. Aut, ut Johannes Honorius *in ſumma Decretal. ad h. t. n. 2.* putat, propter majoritatem atque prioritatem. Circa Trinitatem autem explicatur *in h. tit.* quis & qualis ſit Deus, & quæ ſint ejus opera. † De 4
primo membro agitur in *d. cap. 1.* ubi ſcribitur *in pr.* quod Deus ſit æternus, immenſus, incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens & ineffabilis. ad alterum verò membrum reſpondetur, quod Deus ſit unus ſolus in eſſentiâ, & trinus in perſonis, Pater, Filius, & Spiritus S. Pater à nullo, Filius à Patre ſolo, ac Spiritus S. pariter ab utroque: absque initio, ſemper, & ſine fine. Pater generans, Filius naſcens, & Spiritus Sanctus procedens *d. cap. 1. & can. qui epiſcopus 2. diſt. 23.* † Denique per opera Dei intelligimus 5
opus Creationis, Redemtionis, & Sanctificationis. De hisce Dei operibus tractatur *in eod. cap. 1. verſ. unum univerſorum principium &c. & verſ. Et eandem unigenitus &c.* † Ad fidem ve- 6
rò catholicam, quæ eſt altera pars rubricæ, referuntur articuli fidei, & ſacramenta Eccleſiaſtica. De illis agitur *in ver. Et eandem unigenitus Dei Filius &c.* de his verò *in ver. una verò eſt Fidelium &c.* Reliqua poſſunt ſuppleri ex *Tit. de ſumma Trinit. & Fid. cathol.* quæ habentur *lib. 6. Decretalium & in Clementin. atque Codice Juſtin.*

NOTABILIA.

1 Chriſtum deſcendiſſe ad inferos *d. cap. 1. verſ. & pro ſalute &c.*

2. Extra Eccleſiam nullum omninò ſalvari *d. ver. una verò &c.*

3. Sacramentum Baptiſmi tàm parvulis, quàm adultis rite collatum proficere ad ſalutem *d. c. 1. ver. Sacramentum verò.*

4. Conjugatos placere Deo *d. c. 1. in fin.*

5. Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum verâ unione eſſe unam eſſentiam, ſubſtantiam ſeu naturam *c. 2.*

 6. In

6. In Deo ſolummodo Trinitatem eſſe & non quaternitatem *d. cap. 2. verſ. Nos autem &c.*

Errores.

1. Chriſtum deſcendiſſe ad inferos non totum ſecundùm utramque naturam, ſed anima tantùm *cap. 1. verſ. quin etiam pro ſalute.*

2. Transſubſtantiari, ſeu converti poteſtate divinâ in Sacramento cœnæ Dominicæ, panem, & vinum jam conſecrata, in corpus & ſanguinem Chriſti *d. cap. 1. ver. una verò eſt fidelium.*

3. Rectam fidem & operationem bonam, æternam mereri beatitudinem *d. cap. 1. in fin.*

4. Romanam Eccleſiam eſſe cunctorum fidelium matrem & magiſtram *cap. 2. verſ. In nullo tamen. &c.*

De Conſtitutionibus. Titulus II.

Summaria.

Jus Can. ſcriptum, vel non. 1.
Scriptum quotuplex. 2.
Scriptum generale conſtitutio. 3.
Conſtituere, quid. 4.
Conſtitutionis larga acceptio. 5.
Nigrum ſæpè latius rubro. 6.
Conſtitutio futura reſpicit. 7.
Limitatio additur. 8.
Conſtitutionis vis. 9.
Debet eſſe manifeſta. 10.
Quæ obſcura, quæ ambigua dicatur? 11.
In dubio mitior ſententia amplectenda. 12.
Conſtitutio quando vim obligandi amittat? 13.

1 JUs Canonicum, de cujus fundamento actum fuit in *Tit. præced.* eſt

eſt vel ſcriptum vel non ſcriptum. † Scriptum jus eſt rurſus 2
generale vel ſpeciale. † Illud dicitur Conſtitutio, de qua in 3
h. t. agitur; hoc verò appellatur non ſcriptum, *quo de in Tit. ſeq 3.*
† Conſtituere eſt re deliberatâ & conſultâ ſtatuere, ut quid fiat. 4
Quod autem ita ſtatutum eſt, dicitur jus. Quia verò omne jus conſtitutum eſt ſive ſit naturale, ſive gentium, ſive civile, hinc omne jus rectè dicitur conſtitutio §. *Jus autē. 1. J. D. J. N. G. & C. l. omnes. 9. de J. & J. can. lex eſt. 3. & can. Jus civile. 8 diſt. 1.* Quod tamen Pontifex vel Princeps conſtituit, appellatur propter excellentiam conſtituentium Conſtitutio, *Can. conſtitutio. 4. diſt. 2. §. ſed & quod principi 6. J. de J. N. G. & C. & l. 1. de Conſtit. Princip. Donell. lib. 1. Comm. Jur. Civil. c. 5.* Et ita ſumitur vox conſtitutionis in *h. n. t.* † Interdum tamen accipitur largè pro conſtitutione 5
ab inferiore factâ *cap. cum omnes. 6. & cap. quæ in Eccleſiarum 7. h. t.* † Nigrum igitur hîc latius eſt rubro, quod non infre- 6
quens eſt in Jure. *Everhard. in Top. loc. à rubro n. 11.* † Con- 7
ſtitutio autem quæ & canon appellatur in *cap. 1. h. n. t. & lex, in can. ſunt quidam. 6. cauſa. 25. q. 1.* futura reſpicit negotia, & non præterita *cap. cognoſcentes 2. cap. ult. h. t. n. & l. leges 7. C. de LL. & Conſt princip.* Ratio eſt, quia ante conſtitutionem quis non eſt in culpâ, & ita etiam non debet pati detrimentum in negotiis præteritis, per conſtitutionem poſtea ſubſecutam. Aliàs enim ſine culpa puniretur, quod pugnat cum *cap. cognoſcentes h. t. & cap. ſine culpâ 23. de R. J. in 6.* † Aliquando tamen etiam ad præ- 8
terita negotia conſtitutio pertinet, quando videlicet nominatim in eâ de præteritis cautum eſt, *d. cap. ult. & l. leges 7.* Exempla proponuntur in *l unic. §. fin. C. de Contractib. Judic. vel eorum qui circa eos ſunt &c. l. contractus 17. C. de fide inſtrum. Novell. de muliere raptum paſſa 153. circa fin. Can. ſic quidam 2. cauſa 10. q. 1. & cap. Cum in cunctis 7. verſ. Hoc ſanè, de Elect. & Elect. poteſtate,* Ratio autem hujus juris illa afferri poteſt, quamvis nemo cogitur futura divinare *l. ſi fidejuſſor 29. §. ſi cum debitor 2. Mandat. vel contra:* tamen ſi conſtet id, quod geſtum eſt, non poſſe ſine manifeſta Reipublicæ læſione ferri aut tolerari, hinc meritò illud revocatur, non quidem ex eo, quod hoc animadverti potuit; ita e-

nim

nim ſubditi in curam Reipublicæ principalem inquirerent, ſed quod nominatim lex de præterito revocando cavit *dd. textib.* quod tamen jus non debet produci ad cauſas vel lites tranſactionibus legitimis finitas *l. cauſas 16 C. de tranſact.* Quemadmodum nec ad ſententiam, ne quis illius autoritate decipiatur *Novell. ut cum de appellatione cognoſcitur 115. c. 1.* † Porrò conſtitu-
9 tio ſedis Apoſtolicæ, omnes qui ſubſunt imperio Papæ poſt duos menſes à die publicationis adſtringit *cap. 1. in fin. de Majorit. & obedientia in Extravagantibus. Communib. & cap. ult. Ne Clerici vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant. vid. Henricus Zœſius ad h. t. n. 43. & ſeq.* non tamen ignorantes, modo eorum ignorantia
10 non fuerit craſſa aut ſupina *cap. ult. h. t. in 6.* † Debet autem conſtitutio eſſe manifeſta clara, & non obſcura vel ambigua *d. cap. ult. h. n. t.* Quid enim ſic proprium eſt conſtitutionum ſicut claritas? *Novell. d. Teſtamentis imperfectis 107. c. 1.* Et ſi non eſſes manifeſta conſtitutio, facilè quis poſſet propter obſcuritatem
11 in captionem incidere *can. erit autem 2. diſt. 4.* † Obſcurè autem loquitur conſtitutio, quando dubitatur, quid ſenſerit; ambiguè verò cum dubitatur, utrum ſenſerit. *Gell. lib. 1.*
12 *Noct. Attic. c. 12. & Cujac. ad l. veteribus 39. de pact.* † In dubio tamen, ſi verſamur, inclinamus in mitiorem ſententiam *l. interpretatione 42. d. pæn. & can. pœna 18. de pœnitentiâ diſt. 1.* ſic pœna ſimpliciter dictata propter contumaciam in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua *cap. ex literis 11. ibique Ab-*
13 *bas n. 10. h. n. l.* † Denique Conſtitutiones contra canones, & decreta præſulum Romanorum, vel contra bonos mores ſunt nullius momenti *Can. Conſtitutiones 4. diſt. 10.* Et prior conſtitutio tollitur per poſteriorem illi contrariam *cap. 1. h. t. in 6.* quia ultima derogant prioribus *l. pacta 12. C. de pact.* Quod procedit, etiamſi prioris Conſtitutionis Papa mentionem non fecerit in poſterioribus *d. cap. 1.* ubi illa ratio adducitur, quod Romanus Pontifex omnia jura in ſcrinio pectoris ſui cenſeatur habere, intellige propter Conſiliarios, qui Pontifici aſſiſtant & dicuntur pars corporis ejus *l. quiſquis 5. in pr. C. ad l. Jul. Majeſt.* Pontifices etenim plerumque JCtos totius Europæ præſtantiſſimos ſecum habue-

bue-

buerunt. *Joan. Dauth. ad l. omnium 19. C. de teſtam. & quemadm. Teſtamenta ordinent.*

NOTABILIA.

1. Rem, quæ culpâ caret, in damnum vocari non convenit *cap. cognoſcentes 2. h. t.*

2. Ubi duo diverſa in Jure parificantur: diſpoſitum in uno, extenditur ad alterum *cap. translato 3. h. t.*

3. Ex concupiſcentiâ (intellige malâ) proveniunt omnia mala *cap. nam concupiſcentiam 4. h. t.*

4. Singulares opiniones non ſunt Patrum Decretis præferendæ, *cap. ne innitaris. 5. eod. tit.*

5. Quod quisque Juris in alterum ſtatuit, ipſe debet uti eo *cap. cum omnes 6. eod. tit.*

6. Majores minoribus, aut ſeniores junioribus invidere non debent *d. cap. cum omnes 6.*

7. Divini Numinis cultus non debet minui, ſed potius augmentari *cap. ex parte 12. h. t.*

ERROR.

Chriſti ſacerdotium ab eo in Sanctum Petrum eſſe translatum *cap. translato 3. h. t.* Quem errorem refutat *Luther. tom. 2. Jenenſ. Germanico tit.* vom Mißbrauch der Meſſen *p. 9.*

De Reſcriptis. Titulus III.

SUMMARIA.

Jus ſcriptum ſpeciale, Reſcripta. 1.
Reſcriptum quid? 2.
Cur ita dicatur? 3.
Reſcriptum quotuplex? 4.
Preces veritate nitantur. 5.
An omiſſâ hâc clauſulâ Reſcriptum de J. Civ. valeat? 6.

De J. Canon. ſub intelligitur. 7.
An faciat Reſcriptum conditionale? 8.
Reſcriptorum vis obligandi præciſa. 9.
Eorum duratio de J. Civ. & Can. 10.
Obligatio eorum tollitur. 11.
It. per ſecundum primum & vice versâ perimitur. 12.
Exceptio adjicitur. 13.
An morte concedentis exſpirent. 14.

1 EXpoſitum eſt in *Tit. præcedenti 2.* de Conſtitutionibus, velut Jure ſcripto generali; modo videamus, de Jure ſcripto ſpeciali, nempe de Reſcriptis. *Vid. Gloſſ Johan. Andreæ, Abbas. Martin. Uranius & Henricus Zæſius hic*, qui aliàs proponunt continuatio-
2 nes. † Reſcriptum, quod etiam Epiſtola appellatur *l. 1. §. quodcunque. 1. de Conſtit. princip. & §. ſed & quod 6. J. de J. N. G. & C.* nihil eſt aliud, quàm reſponſum Papæ vel Principis ad preces ſupplicantium *cap. ex parte 2. h. t. & l. ult. C. de diverſis Reſcriptis & pragmaticis ſanctionibus.* † Diximus ad preces ſupplican-
3 tium, quia non ſolet reſcribi, niſi ſit petitum *d. cap. ex parte 2. & cap. ſuper literis 20. h. t.* Hinc præcedit in *Cod. tit. de precibus Im-*
4 *peratoris offerendis.* & ſequitur *tit. C. de diverſis Reſcript.* † Quia verò cognoſcuntur & dirimuntur lites mediante Juſtitiâ, & gratia fit in dandis beneficiis, hinc reſcripta quædam dicuntur Juſtitiæ quædam gratiæ. *Abbas J. Canon. Comm. ad n. rubr. Henric. Zæſ. ad h. t. n. 3. & Henric. Caniſ. lib 1. Inſtit. Jur. Canonic. Tit. 2.* †
5 Quæ autem ſupplicamus, debent eſſe vera, quia mendax precator non ſolùm debet carere penitus impetratis *cap. ſedes Apoſtolica. 15. cap. ſuper literis. 20. h. n. t. & Can. Dicenti 16. cauſa 25. q. 2.* Verùm etiam debet pœna affici *l. etſi legibus 5. C. ſi contra Jus vel utilit. public. vel per mendacium aliquid fuerit poſtulatum.* E. Hinc etiam clauſula reſcriptis inſeri ſolet, ſi preces veritate nitantur
6 *l. ult. C. de diverſis Reſcript.* † Putat quidem Petrus, vetus Gloſſographus, notante *Accurſ. ad d. l. ult.* reſcripta de Jure civili valere, etiamſi eis prædicta clauſula non ſit inſerta. Verùm illius opi-

opinio ſatis refutatur per *d. l. ult.* † De jure verò Canonico 7
in Reſcriptis ſubintelligitur iſta clauſula *cap. ex parte 2. verſ. verùm non credimus h. t. n.* † An autem iſta clauſula efficiat 8
reſcriptum conditionale, tractat *Alexand. Trentacinquius lib. 1. variarum reſolut. tit. de Reſcriptis & Privilegiis. reſolut. 7. n. 11.* † Cæ- 9
terum reſcripta præciſam habent parendi neceſſitatem *cap. ſi quis 2. cap. omnes 4. de majoritat. & obedient.* ſi authentica ipſa atque originalia, & non eorum exempla ſint Judicibus inſinuata *l. ſancimus 3. C. de diverſis reſcriptis.* In ſpecie autem dicitur in *cap. ſi quando 5 h. t. n.* quod is, ad quem dirigitur reſcriptum, parere debeat ſcribenti, aut cauſam reddere rationabilem, quare parere nolit. † Sunt etiam reſcripta Jure civili perpetua *l. falsò 2.* 10
C. de diverſ. reſcript. Jure verò Canonico annua, *cap. plerumque 23. h. t. n.* Annus autem iſte incipit currere ab eo tempore, quo quis potuit adire Judicem *l. 1. §. adeund. 9. Quãdo appellandum ſit, & intra quæ tempora l. 1. de diverſ. temporalibus præſcript. & can. biduum 29. cauſa 2. q. 6. Gloſſa ad d. cap. plerumque*, quæ varias Dd. recenſet opiniones. † Nullas autem vires habet reſcriptum, ſi vel 11
in eo incerti dantur Judices, vel futura negotia cõmittuntur. *cap. ad hæc 10. & cap. ult. h. t.* ubi etiam à Pontifice affertur ratio, vel in reſcripto ad beneficia impetrato, tacetur beneficium vel dignitas impetrantis *cap. ad aures 8. cap. cum adeò 17. cap. poſtulaſti 27. & cap. ſi proponente. 41. eod. tit.* vel tacitâ veritate, aut ſuggeſtâ per fraudem falſitate impetratum eſt *cap. ſuper literis 20. d. t.* Vel quando reſcriptum prohibet cauſæ cognitionem, tunc enim eſt de falſitate ſuſpectum *cap. ex parte 2. h. t.* vel denique quando manifeſtum continet vitium in conſtructione *cap. ad audientiam. 11. eod. tit.* quia tale reſcriptum præſumitur ab alio corruptum. Pontificis enim reſcripta tranſeunt per multas manus, & magna maturitate decoquuntur *Can. Apoſtolica 4. cauſa 35. q. 9.* Unde non eſt veriſimile, quod aliquis illorum non viderit falſam latinitatem. *Gloſſ. in d. cap. 11. voc. manifeſtum.* † Tollitur etiam primum 12
reſcriptum per ſecundum ab adverſario impetratum, in quo primi facta eſt mentio, quia ultima derogant prioribus *l. pacta 12. C. de pact.* Et contra reſcriptum ſecundum, in quo non eſt men-

tio primi, tollitur per primum *cap. cæterum 3. b. t.* quia ſecundum habetur hoc caſu pro ſubreptitio *cap. ſuper literis 20. eod. Tit.* †
13 Quod tamen ſecus eſt, cum primus impetrans per annum dolo vel negligentiâ primo reſcripto non eſt uſus, tunc enim ſecundum valet *cap. ſi autem 9. & cap. plerumq; 23. h. n. t.* † An autem mor-
14 te concedentis expirent reſcripti vires traditur in *cap. ſi gratioſè 5. h. t. in 6. & Henric. Zaſ. ad h. t. n. 44.*

Notabilia.

1. Speciale mandatum derogat generali *cap. 1. h. t.*
2. In ſimilibus idem obſervandum eſt *cap. inter cæteras 4. in fin.*
3. Mandatum Pontificis reverenter eſt adimplendum *cap. ſi quando 5.*
4. Data literarum ſunt diligenter attendenda *cap. eam te 7.*
5. Generali per ſpeciale derogatur *cap. paſtoralis. 14.*
6. Malitiis hominum eſt obviandum *cap. ſedes apoſtolica 15. & cap. plerumque 23.*
7. Fraus & dolus nemini patrocinari debent *d. cap. ſedes apoſtolica 15. & cap. ex tenore 16.*
8. Per judicium injuriis aditus patere non debet *cap. nonnulli 28.*
9. Lites refringendæ ſunt potius, quàm laxandæ *d. cap. 28.*

Error.

Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum eſt mater & magiſtra *d. cap. 1. verſ. Eccleſia autem &c.*

De Conſuetudine. Titulus IV.

Summaria.

Jus non ſcriptum, Conſuetudo. 1.
Conſuetudo quid? 2.

Eſt

Eſt vel rationabilis, vel irrationabilis. 3.
Quæ ita dicenda? 4.
Facti eſt, & debet probari. 5.
Probatur per teſtes. 6.
Per exempla rerum judicatarum. 7.
Per ſcripturam. 8.
Scriptura conſuetudinem partem juris ſcripti non facit. 9.
Conſuetudinis probatæ poteſtas. 10.
Conſuetudo præſcribitur. 11.
Quodnam tempus ad eam introducendam requiratur? 12.
Dd. ſententiæ recitantur. 13. 14. 15. 16. 17.
Quam Auctor ſuam faciat. 18.
Conſuetudo irrationabilis non valet. 19.
Quæ talis ſit? 20. 21. 22. 23. 24.

HActenus dictum eſt de Juris ſcripti partibus videlicet conſtitutionibus, & reſcriptis; ſequitur nunc Jus non ſcriptum, quod conſuetudo dicitur. Cur autem prius actum fuit de jure ſcripto ratio illa eſt, quia Jus ſcriptum Jure non ſcripto certius eſt atque nobilius. *Gloß. & Abbas ad rubr. d. conſtitut.* † Con- 1
ſuetudo autem definitur in *Can. conſuetudo 5. diſt. 1.* quod ſit jus quoddam moribus inſtitutum, (aut conſtitutum, ut habetur *l. de quibus 32. §. inveterata 1. de LL. Sctq; Conf. & long. conſuet.*) quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex. Mores ſunt tacitus conſenſus populi, longâ conſuetudine inveteratus. *Ulp. in fragm. tit. de LL. & moribus §. ult.* Reliqua definitionis verba comprobat *d. l. de quibus 32. pr.* ubi ſcribitur, *de quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet; quod moribus & conſuetudine inductum eſt.* Nam ſi ſcriptæ leges habentur, iis utimur, nec opus erit conſuetudine. Si tamen conſuetudo contrariatur legi ſcriptæ, & majorem habet rationem, magiſque conferat Reipubl. quàm lex 2

B 2 cuã

cui repugnat, meritò illa pro lege ſuſcipitur §. *penult. J. de J. N. G. & C. & cap. ult. verſ. licet etiam h. t. vid. Gregor. Lopez in animad-*
3 *verſ. c. 5.* † Omnia autem capitula, quæ in hoc titulo habentur, agunt de conſuetudine vel rationabili, vel irrationabili: Quod Conſuetudo debeat eſſe rationabilis, ſeu rationi conſentanea probat *Can. veritate 4. diſt. 8. Can. Conſuetudinis 4. diſt. 11. Can. Conſuetudo 7. diſt. 12. d. cap. ult. h. n. tit. cap. non putamus 2. eod. tit. in*
4 *6. & l. conſuetudinis 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.* † Quæ autem rationabilis vel irrationabilis dicatur conſuetudo Judicis eſt æſtimare *l. 1. §. fin. de jure deliber. Jacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. Jud. cent. 1. caſ. 72 n. 1. & 2.* qui etiam *n. 5. & ſeqq.* tradit, quid Judex hoc caſu perpendere debeat. *vid. etiam Abb. ad d. cap. ult. n. 5.*
5 † Quia verò conſuetudo ratione introductionis eſt facti. *cap. 1. de Conſtit. in 6.* ideò probatione indiget, ſi non ſit notoria. Facta enim non præſumuntur, niſi probentur *l. in bello 12. §. facti 2. de captiv. & poſtlim. reverſ. & l. quæcunque 13. §. fin. de Public. in rem action.* † Probatur autem conſuetudo non quidem per
6 adſertionem Doctoris licèt excellentis, aut judicis *l. maritus 20. de quæſtionibus & l. Jurujurandi 9. §. 1. C. d. Teſtib. Cothm. vol. 1. reſponſor. 13. n. 56. & ſeqq. & Bened. Carpzov. parte 2. Elect. Conſt. 3. defin. 22. n. 2.* ſed aliis modis puta per teſtes, ad minimum duos *l. ubi numerus 12. de Teſtib. Vid. Andr. Gail lib. 2. obſervat. 31. n. 15. & ſeqq.* qui tradit, quomodo teſtes de conſuetudine deponere de-
7 beant. † Deinde probatur conſuetudo exemplis rerum judicatarum, ſi pro eâ judex pronunciavit *l. nam Imperator 38. de LL SCtisq. C. & long. conſuet. Mynſing. lib. 5. obſ. 96. n. 7.* † De-
8 nique probatur etiam conſuetudo per ſcripturam, in quam autoritate ſuperioris eſt redacta. Fiunt enim de his ſcripturæ, ut quod actum eſt, per eas facilius probari poſſit *l. in re 4. de fid. inſtrum. l. contrahitur 4. de pignor. & hypoth. & l. cum te 5. C. de tranſact.*
9 † Illa autem ſcriptura non facit conſuetudinem partem Juris ſcripti, quia eſt conſuetudinis tantum accidens, quod non mutat eſſentiam rei. *Scalig. lib. 2. de cauſis linguæ latinæ cap. 63. & Nicol. Noalis tract. de tranſmiſſione caſu 35. n. 7.* Nec enim res accidentis adventu fit alia, ſed alio modo ſe habens. *Scalig. Exercit.*

307.

307. ſect. 27. Et hæc eſt communis Dd. opinio, teſte Weſenb. *ad*
tit. Pand. de LL. SCtusq. C. n. 9. verſ. putant tamen Dd. † Con- 10
ſuetudo autem quæ probata eſt, & legitimè præſcripta, eandem
habet poteſtatem quam lex habet, & proinde cuſtoditur, ác ſi lex
ſcripta eſſet *l. ſed. 35. d.t. d. can. conſuetudo 5. & l. 1. C. quæ ſit long.*
conſuet. legem ſcriptam confirmat *canon. In iſtis 3. diſt. 4.* & ean-
dem interpretatur. Optima enim eſt legum interpres conſuetudo
l. ſi de interpretatione 37. de LL. & cap. cum dilectus 8. h. n. t. † Di- 11
ximus autem, quòd conſuetudo debeat eſſe legitimè ſeu canonicè
præſcripta *d. cap. ult. cap. non eſt. 3. h. t. in 6.* h. e. obtenta per
curſum temporis, quod requiritur ad præſcriptionem, quemad-
modum illa verba explicat *Abbas ad d. cap. ult n. 7.* † Hinc 12
quæritur, quodnam tempus requiratur ad conſuetudinem intro-
ducendam? † Ubi variæ occurrunt Dd. opiniones. † Qui- 13
dam enim requirunt Decennium, quæ fuit communis opinio, re- 14
ferente Gloſſ. *ad rubr. C. quæ ſit long. conſuet.* † Alii qua- 15
draginta annos *Gl. ad d. cap. ult.* † Alii rurſus centum, ut ſcri- 16
bit Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. caſu 85. n. 5.* † Sunt etiam 17
qui deciſionem hujus quæſtionis relinquunt arbitrio Judicis, qui
tanquam vir diligens pro rei qualitate circumſpectè poterit æſti-
mare, an tantum temporis decurſum ſit, ut virium ſatis habeat
conſuetudo. Menoch. *d. loc. n. 6.* † Cum quibus & nos fa- 18
cimus, quia nullibi deciſa eſt hæc quæſtio in jure, & ita meritò à ju-
dicis arbitrio pendet *l. 1. §. fin. de jure deliber.* † Quod ve- 19
rò attinet conſuetudinem irrationabilem, illa dicitur eſſe nullius
momenti *in cap. ad noſtram 3. h. t.* cum non tàm conſuetudo quàm
corruptela ſit cenſenda *cap. cum venerabilis 7. eod.* † Talis 20
eſt 1. conſuetudo, quæ Eccleſiæ gravamen inducit *cap. 1. h. t.*
quia contrariatur religioni, debitæ DEO. Unde eam Judex de-
bet extirpare, quoniam tenetur providere divino honori, & inde-
mnitati Eccleſiarum *cap. Novit. 13. de judic.* † Dein rejici-
tur conſuetudo, quæ vult, quod in cauſis Eccleſiaſticis dictum po- 21
puli pro ſententia teneatur *cap. ad noſtram 3. h. t.* ubi Pontifex
eam adſignat rationem, quod hæc conſuetudo obviet canonicis
inſtitutis, cùm ſententia non ſuo judice lata, nullam obtineat

fir-

12 firmitatem. *Abb. ad d. cap. 3.* † Tertiò conſuetudo, quæ diſrumpit nervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, evitanda eſt *cap. cum inter 5. h. t. & cap. cum decorem 12. de vitâ & honeſtate Clericor.*
13 † Quartò non valet conſuetudo, quæ vel invitat ad diſſipationem
14 bonorum, vel ad peccandum *cap. ex parte 10. h. t.* † Denique non admittenda eſt conſuetudo, ſed potius reprobanda, quæ derogat juri naturali *d. cap. ult. h. t.*

NOTABILIA.

1. Ex Conſuetudine poteſt introduci actus ſive ſolennitas per quam ſine apprehenſione reali transfertur poſſeſſio rei abſentis. Qui modus transferendæ poſſeſſionis dicitur *Scotatio, cap. ex literis 2. h. t.*

2. In Regno Daciæ nullus eſt Teſtamentorum uſus *d. c. 2. ver. Quas tu nobis frater &c.*

3. Sententia à non judice lata nullam obtinet firmitatem *cap. ad noſtram 3. h. t.*

4. Neceſſitas non habet legem *cap. quanto 4. h. t.*

5. Temeritas lege damnatur *d. cap. 4.*

6. Diuturnitas temporis per acta non minuit, ſed augmentat, quæ tantò graviora exiſtunt, quantò infelicem animam diutius detinent alligatam *d. cap. 4. verſ. cùm diuturnitas & cap. ult. h. t.*

7. Conſuetudinis uſusve longævi non eſt levis aut vilis autoritas *cap. cùm conſuetudinis 9 & d. cap. ult.*

8. Novitates diſcordiam plerumque pariunt *d. cap. 9.*

9. Juris naturalis transgreſſio periculum ſalutis inducit *d. cap. ult.*

ERROR.

Dari ſacramentum Confirmationis, quod chriſmando renatos per manus impoſitionem confertur *d. cap. quanto 4.*

De

Digitized by Google

De Poſtulatione Prælatorum.
Titulus V.

Summaria.

Pars propria quid contineat? 1.
Judex dupliciter conſideratur. 2.
Vocatio quomodo fiat? 3.
Poſtulatio quid, & quæ in ea conſiderantur. 4.
Qui poſtulant. 5.
Qui hoc jure privantur. 6.
Pro quibus poſtulatio inſtituatur. 7.
Poſtulati Requiſita. 8.
In loco idoneus præferendus extraneo. 9.
Apud quem poſtulatio fiat. 10.
Solus Papa poſtulationem Epiſcopi admittit. 11.
Modus poſtulandi. 12.
Poſtulationis cauſa. 13.
Ejusdem admittendæ modus. 14.
An Superior ad eam admittendam cogi poſſit? 15.
Admiſſæ poſtulationis effectus. 16.
Hæc de ſolenni poſtulatione intelligenda. 17.
Quid poſtulatio ſimplex remiſſivè. 18.

HActenus egimus de parte Decretalium communi, ſequitur 1
nunc propria, in qua tractatur de tribus 1. de Jure ipſo, 2. de verborum Juris ſignificatione. 3. De Regulis Juris. Jus ipſum monſtrat, quomodo ſit formandum Judicium Eccleſiaſticum. Et quia parum eſt jura condere, niſi ſint miniſtri, qui ea regere atque tueri poſſint, *l. 2. §. poſt originem 13. de Orig. Jur. & capit. ubi periculum 3. verſ. præterea, quia parum eſt de Elect. & Elect. poteſt.*

in 6. ideò agitur primò de judice ſeu perſonâ, quæ muneri Eccle-
1 ſiaſtico præfertur. † Hæc autem perſona duplici modo con-
ſideratur 1. Reſpectu ordinationis. 2. Reſpectu officii, quod illa
2 perſona poſt ordinationem gerit. † In ordinatione occur-
rit 1. legitimæ perſonæ vocatio, quæ fit per poſtulationem, electio-
nem, & translationem. Poſtulatio ideò præcedit electionem,
quia poſtulatio fit per viam gratiæ; Electio verò per viam juris.
Gloſſ. & Anton. de Butrio ad rubr. n. tit. † In poſtulatione,
4 quæ ab Abbate *ad d. rubr. n. 1.* definitur, quod ſit quædam gratiæ
petitio à Superiore facta, de promovendo aliquem ad prælatio-
nem, ad quam de jure communi propter defectum aliquem, vel
impedimentum eligi ſeu promoveri non poterat, & à Lan-
celotto *lib. 1. Inſtit. Jur. Can. tit. de poſtulando 8. in pr.* quod ſit e-
jus, qui eligi non poteſt in prælatum concors capituli facta peti-
tio: conſideranda ſunt tria: Primò perſonæ, quarum aliæ ſunt,
quæ poſtulant, aliæ pro quibus inſtituitur poſtulatio, aliæ apud
5 quas perſonas fit poſtulatio. † Poſtulant omnes illi, qui
Jus poſtulandi habent, veluti eſt collegium, capitulum &c. *cap. 1.*
6 *cum ſeqq. capit. h. t.* † Quo jure privantur, qui ſcienter in-
dignum poſtularunt *cap. gratum 2. d. t.* quia privilegium meretur
amittere, qui ſibi permiſſa abutitur poteſtate. *cap. cum illorum 32.*
in f. d. ſent. excommun. ſic etiam Laici à poſtulatione removen-
tur *cap. Meſſana 56. de Elect. & Elect. poteſtate*, quia poſtulandi
Jus eſt ſpirituale *cap. Sacroſancta 51. d. t.* cujus juris laici non
7 ſunt capaces *cap. cauſam 7. de præſcription.* † Pro his autem
poſtulatio inſtitui poteſt, qui non animi vel corporis vitio labo-
rant, ſed qui ob defectum alterius qualitatis eligi impediuntur,
veluti ſunt minores triginta annis, in minoribus ordinibus conſti-
tuti, illegitimè nati, & qui alium ſimilem defectum patiuntur, ut
eſt laicus, ſervus libertus &c. *Can. oſius 10. diſt. 61. c. 1. & 2. de ſer-
vis non ordinandis, & eorum manumiſſione. cap. cum nobis 19. &
cap. innotuit 20. de Elect. & Elect. poteſt. Lancelott. d. Tit. §. ſcien-*
8 *dum eſt &c.* † Et quia nihil eſt, quod Eccleſiæ DEI magis of-
ficiat, quàm quod indigni aſſumantur prælati ad regimen anima-

rum,

Digitized by Google

rum, ut ſcribitur in *princip. cap. nihil eſt 44. de Elect. & Elect. poteſt.* ideò debet poſtulatus eſſe ſpectatæ probitatis, & vir illuſtris ſcientiæ, morumque benignitate in Eccleſiâ fulgentiſſimus, *cap. cum in cunctis 7. & d. cap. innotuit 20. eod. tit.* † Si tamen 9
in loco reperiuntur idonei, non debet præfici extraneus. Eſt enim quis honorandus & promovendus eo in loco, ubi ſuam peregit ætatem, neque debet alius præripere ſtipendia aliis debita *cap. bona 4. verſ. quia verò non plenam, & ibi Abbas n. 16. h. n. tit.* † Fit autem poſtulatio apud Superiorem, qui poteſt ſuper impedimento ſeu defectu, quo poſtulandus laborat, diſpenſare. Ar- 10
chidiaconus *ad cap. quam ſit. 6. de Elect. & Elect. pot. in 6.* † So- 11
lus autem Papa poſtulationem admittit, cùm quis poſtulatur in Epiſcopum, quia cauſa Epiſcoporum numeratur inter majores cauſas, quæ Pontifici ſunt reſervatæ. *cap. ut debitus honor. 59. in f. de Appellat. recuſat. & relation. Gloſſ. & Canoniſtæ ad cap. ult. h. t.* † Secundo conſiderantur in poſtulatione modus poſtulandi. De- 12
bet autem 1. poſtulatio fieri humiliter *cap. innotuit 20. verſ. Habito ergò de Elect. & Elect. poteſt.* quia ejus admiſſio fit per gratiam *cap. Bona 3. & cap. Poſtulationem 5. h. n. t.* 2. Concorditer *d. cap. 3. & cap. ſeq. h. t.* ab omnibus enim aut majori capituli parte debet fieri: quia in actibus Collegii regulariter attenditur, quod fit à majori, & ſaniori illius parte *cap. 1. i. e. de his, quæ fiunt à majori parte Capituli.* Et quia præſumitur pro majori parte, quod ſit ſanior *cap. ult. ibique gloſſ. voc. plurimorum. d. t.* ideò poſtulatio, quæ ſit à minori parte, non admittitur *d. cap. bona 3.* 3. Conſtanter. Poſtquam enim præſentata eſt poſtulatio ſuperiori, non poſſunt poſtulantes ab eâ recedere, & alium poſtulare, ſed debent ſuper eâ expectare Judicium Superioris, ne ſcilicet contrarium agendo ei illudere videantur *d. cap. Bona 4. verſ. Si enim poſtquam &c. & clem. unica de renunciatione.* Quibus conſequens eſt, quod antequam poſtulatio Superiori ſit præſentata, poſtulantes poſſint variare etiam invito poſtulato, quia ei per poſtulationem nullum acquiritur Jus, cum ſit inhabilis. Nec etiam poteſt ſuperior propter variationem

Digitized by Google

conqueri, cùm ei nondum facta ſit præſentatio. Et hæc eſt communis Dd. opinio, *teſte Abbate ad d. cap. Bona 4. n. 10. & 11.* 4. Debet poſtulatio fieri ritè, videlicet per verbum *poſtulo*. Nam ſi quis dicit, eligo poſtulando aut poſtulo eligendo, eligo poſtulandum, vel poſtulo eligendum, nihil agit. Qui enim eligit, dicit eum, quem eligit, nullum habere defectum. Qui autem poſtulat, fatetur, poſtulandum habere defectum, & ita eſt contrarietas in iſtis formis *cap. unic. h. t. in 6.* 5. & ultimò debent in poſtulatione omnes defectus poſtulati exprimi, aliàs poſtulatio non admittitur, & poſtulantes poſtulandi poteſtate privantur, ſi ſcienter defectus non expreſſerint *cap. innotuit 20. de Elect. & Elect. poteſtate.* Abbas *in cap. ult. n. 9.*
13 *h. t.* † Denique conſideratur in poſtulatione poſtulationis admiſſio. Ubi videndum eſt 1. de admittendæ poſtulationis causâ, quæ eſt urgens neceſſitas, & utilitas Eccleſiæ viduatæ, cui per
14 poſtulationem providetur. *d. cap. Bona 4.* † Alterum eſt de poſtulationis admittendæ verbis ſeu modo, qui exprimitur à gloſſa in *cap. gratum 2* in verbo *providiſti h. t.* ubi ſcribit, quod Superior non debeat dicere, confirmamus poſtulationem, quia cùm tota poſtulatio pendeat ab ejus gratiâ nihil erit, quod poſſit confirmari; ſed ita dicere debet poſtulationem admittimus, vel non ducimus admittendam. *Gloſſ. ſequitur Anton. de Butrio & Abbas*
15 *in d. cap. gratum 2. n. 13.* † An autem Superior cogi poſſit ad diſpenſandum, & admittendam poſtulationem, tradit *Gloſſ. in d. cap. Bona 3.* in verbis: *ex gratiâ*, ubi ait *ex causâ juſtâ Superiorem compellendum eſſe per cap. nullus laicus 7. de jure Patronat.* puta, quia poſtulatus eſt potens ad Eccleſiam defendendam, aut bene doctus, aut egregiis moribus præditus, nec reperitur alius,
16 per quem ita benè conſulatur Eccleſiæ *Abb. d. loc. n. 15.* † Ultimum eſt de admiſſæ poſtulationis effectu, qui non in eo conſiſtit, quod de jure videatur poſtulatus habilitatus ut eligi poſſit; ſed quod poſtulatus, admiſsâ poſtulatione, conſequitur jus & poteſtatem regendi atque adminiſtrandi Eccleſiam, non ſecus ac ſi fuiſſet electus atque confirmatus. *Abb. in cap. 1. h. t. n. 34.* quem reli-

Digitized by Google

reliqui canoniſtæ ſequuntur. † Et hæc quæ hactenus diximus intelligenda ſunt non de ſimplici, ſed de ſolenni poſtulatione, quæ implorat ſuperioris poteſtatem, ut omne impedimentum tollat, & ſuppleat defectum in poſtulato, quo is Eccleſiam regere, & adminiſtrare poſſit, *Abb. ad d. cap. 1. n. 34.* † Quid autem ſimplex ſit poſtulatio, explicat *Abbas d. loc. M. Antonius Cucchus lib. 1. Inſtitut. Jur. Canon. tit. de Poſtulatione Prælatorum & nominatione 8. & Joachimus Stephani lib. 1. Inſtit. Jur. Canon. c. 4. n. 11. & 12.*

17

18

NOTABILIA.

1. Nihil obedientia prodeſſet humilibus, ſi contemtus contumacibus non obeſſet *cap. 1. verſ. nos igitur,*

2. Qui permiſsâ abutitur poteſtate, ea non immeritò privatur *d. cap. 3. verſ. licet autem ex eo.*

3. Communis & major utilitas non immeritò præfertur ſpeciali, & minori utilitati *cap. Bona 3. verſ. undè non immeritò &c.*

4. Membra capitis à membris corporis cenſeri non debent aliena. *d. cap. 3 in f.*

De Electione & Electi Poteſtate.

Titulus VI.

SUMMARIA.

Tituli utilitas & Diviſio. 1.
Electio quid? 2.
Definitionis ejuſdem explicatio? 3.
Qui eligi poſſunt. 4.

Digitized by Google

Defectus idonei in collegio eligente ab alio collegio ſupplendus. 5.
Qui præferendus. 6.
Electus ſecularium negotiorum debet habere peritiam. 7.
Qui non eligi poſſunt. 8.
Horum quidam ordine recenſentur. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
De cæteris remiſſivè. 19.
Qui eligere poſſunt. 20.
Imperator olim jus eligendi Pontificem habuit. 21.
Quid hodiè obtineat. 22.
Qui alios Prælatos eligant. 23.
Quibus modis electio fiat. 24.
Electio per inſpirationem quomodo dicatur fieri. 25.
Electio per compromiſſum. 26.
Cur hæc inventa. 27.
Quæ ad illam requirantur. 28.
Per ſcrutinium electio. 29.
Quomodo ea conſtituatur. 30.
Quæ ad ordinationem ſcrutatorum requirantur. 31.
A collegio ſunt ordinandi. 32.
Quot debeant eſſe. 33.
Fide digni ſint. 34.
Scrutatorum officium. 35.
Exquirant vota in ſecreto. 36.
Sigillatim. 37.
In ſcripta redigant & publicent. 38.
Publicationis effectus. 39.
Collatio ſuffragiorum probatur. 40.

Quo-

Quomodo ea fiat. 41.
Publicationem & collationem electionem ſequi, & quomodo, probatur. 42.
Electionis effectus in quibus conſiſtit. 43.
Electio intra octiduum electo præſentanda. 44.
Intra quod tempus conſentire debeat electus. 45.
Ante adminiſtrationem confirmandus & conſecrandus. 46.
Intra quod tempus confirmationem petere debeat. 47.
Poſt confirmationem etiam conſecrationem petat. 48.
Quid per confirmationem conſequatur? 49.
Quid per conſecrationem. 50.
Quæ utrique propria. 51.

HUjus Tituli, in quo proponitur materia utilis & quotidiana, 1
teſte *Speculat. lib. 4. rubr. de Electione in pr.* quia frequentius providetur Eccleſiis per Electionem, quàm per poſtulationem *Petr. Rebuff. in tract. Concordatorum rubr. de regia ad prælaturam nominatione facienda §. 1. in verb. ad Electionem* duæ ſunt partes: quarum una eſt de Electione, altera verò de Electi poteſtate. † Electio nihil eſt aliud, quàm perſonæ idoneæ per- 2
eos, qui Jus eligendi habent ad prælaturam, vel dignitatem Eccleſiaſticam vacantem, canonicè facta vocatio. † Quæ defi- 3
nitio ex ſequentibus intelligitur. Sunt autem tria potiſſimum, quæ hoc loco explicari debent. Primum eſt de perſonis ad Electionem neceſſariis Secundum de modo eligendi, Ultimum de Electionis factæ effectu. † Perſonæ aliæ ſunt, quæ eligi vel
non eligi: aliæ, quæ eligere vel non eligere poſſunt. Eligi omnes 4
poſſunt de Collegio, à quo fit electio, modo ſint undequaque idonei. Oportet autem eos eſſe idoneos tempore Electionis aliàs Electio eſt nulla *cap. dudum 22. h. n. t.* Nec ſufficit, quod idoneitas ſuperveniat poſt electionem, quia quod nullum eſt ab initio, tractu temporis non convaleſcit *cap. non firmatur 18. de R. J. in 6.*

Abb.

5 (*Abb. ad d. cap. 22. n. 8.*) † Si verò in iſto collegio idoneus
6 non reperitur ex alio Collegio erunt eligendi. † Ille autem
præfertur, qui cæteris eſt præſtantior, doctior, ſanctior, & omni
virtute eminentior. *can. licet ergò. 15. cauſa 8. q. 1. Revera enim, qui
ad hoc eliguntur, ut cæteris præſint, ſicut præordinantur dignitate,
ſic præminere debent ſanctitate. Alioquin cur cæteris præferun-
tur, qui nullâ meritorum gratiâ à cæteris aſſumuntur? Can. Hi quoſ-
7 cunque. 44. cauſa. 1. q. 1.* † Debent etiam Electi ſecularium
negotiorum habere peritiam; ut eorum cautelâ & Eccleſiæ ſerven-
tur indemnes, & cuique neceſſaria pro ſuo modo miniſtrentur.
8 *diſt. 39. in pr. & can. Petrus Diaconus 1.* † Non autem poſ-
ſunt eligi inidonei, quales ſunt 1. Laici, *diſtinct. 61. in princ. Can.
ſacerdotale 1. Can. non negamus 3. & Can quid proderit 7.* quia eli-
gendi jus eſt ſpirituale *cap. ſacroſancta 51. h. n. t.* à quo jure Laici
9 non participant *cap. cauſam 7. de præſcript.* † 2. Minores tri-
ginta annis, *can. ult. diſt. 51. Can. ſi quis 1. Can. nemo. 2. & Can.
presbyter 4. diſt. 78. cap. cum in cunctis. 7. princip. & cap. cum no-
10 bis 19. verſ. de legitima tamen ætate h. t. n.* † 3. Illegitimè
nati *d cap. cum in cunctis 7. & cap. conſuluit. 5. de ſervis non ordi-
nandis, & eorum manumiſſ.* quia incontinentia paterna timetur
in filio *cap. literas 14. de Filiis Presbyteror. ordinand. vel non l.
quiſquis 5. §. 1. C. ad L. Jul. majeſt.* Teſte enim *gloſſâ ad l. quod ſi 31.
§. qui mancipia 21.* in verbis: *non infamata. de ædilit. edict.* ſæpè
ſolet ſimilis filius eſſe patri. † 4. Servi *cap. 1. de filiis Preſ-
11 byteror. ordin. vel non. & tot. tit. de ſervis non ordinandis & eorum
manumiſſione.* Nam quia ſunt in poteſtate Domini, ante manu-
miſſionem eligi & Eccleſiaſtico officio ſeſe mancipare nequeunt.
Si verò ſine conſenſu Domini ordinati ſunt, deponi debent, &
dominis reſtitui *cap. de ſervorum 2. eod. tit.* Quod autem infir-
mari, vel vituperari poteſt, præcaveri debet. *cap. 2.* Melius etenim
eſt, ante tempus occurrere, quàm poſt cauſam vulneratam remedi-
um quærere *l. fin. C. in quibus cauſis in integr. reſtitutio neceſſaria
non eſt. & l. 1. C. Quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare.*
12 † 5. Simoniaci *cap. ſuper eo. 12 in fin cap. cum cauſam. 27. & cap.
pen. h. t.* quia Simoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos
vin-

vincit, *cap. ſicut 6. d. Simoniâ.* & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur. Et omnia crimina ad comparationem Simoniacæ hæreſis quaſi pro nihilo reputantur, *can. ult. cauſa 1. q. 7.* Quare ſine dilatione mox ut ejus ſigna per aliquam perſonam claruerint, de Eccleſiâ DEI debet eliminari atque repelli *d. cap ſicut 6.* Simoniaci autem non ſolùm illi dicuntur, qui pretio, licet modico, ſpiritualia ſibi comparant; *cap. Veniens. 19. & cap. Ex tua. 20. de Simonia. & ne aliquid pro ſpiritualibus &c.* Verùm etiam, qui preces emittunt pro ſuâ promotione. *Can. ſunt nonnulli 114. cauſa. 1. q. 1. Abbas in cap. per inquiſitionem. 26. n. 5. h. t. n.* † 6. Schiſmatici *cap. quia diligentia. 5. h. t. & can. pudenda 33. cauſa. 24. q. 1.* 13
Ille enim eligendus eſt, qui non habet aliquod impedimentum ad exercendam dignitatem, ad quam eligitur, *d. cap. innotuit 20. h. t.* Schiſmaticus autem habet maximum impedimentum, quia ſchiſma eſt crimen graviſſimum, per quod ab unitate Eccleſiæ quis recedit. *Can. Schiſma. 34. d. cauſâ. & q. & t. t. de Schiſmaticis & ordinatis ab eis.* † 7. Excommunicati tàm majori, quàm minori excommunicatione. 14
Illa enim facit, ut excommunicatus abſcindatur à toto Eccleſiæ corpore, *cap. ſi quem. 59. d. ſentent. excommunicat.* Hæc verò privat excommunicatum perceptione ſacramenti, & facit ut ad Eccleſiaſtica beneficia eligi nequeat *cap. ultimo. d. clerico excommunicato.* † 8. Qui plures habent dignitates, *cap. dudum. 54. h. t. n. cap. cum ſingula. 32. pr. de præb. & dignit. in 6. & cap. quia nonnulli. 3. de clericis. non reſidentibus in Eccleſia vel præbendâ.* 15
Ratio eſt, quia criminoſus eligi non poteſt, *Can. ultim. diſt. 25. & Can. Apoſtolus. 1. diſt. 81.* Detinens autem plura beneficia, incidit in cupiditatis vitium, quod impedit quem promoveri ad dignitates, *diſt. 47. in pr. Abb. ad d. cap. Dudum, n. 5.* Alia ratio redditur *in d. cap. Quia nonnulli 3.* quod videl. unum officium vix implere quis ſufficiat. *vid. l. ſi plures ſint. 9. pr. de pactis.* † 9. Qui ſunt alterius Eccleſiæ *d. cap. cum ſingula. 32. verſ. prohibemus. in fin.* 16
Quod tamen ſecus eſt, cùm in vacante Eccleſia idoneus non invenitur, *Can. obitum. 16. verſ. commonemus etiam. diſt. 61.* † 10. Non profeſſi, *cap. cùm cauſam. 27. cap. cùm ad noſtrum. 37. cap. cùm in Magiſtrum. 49. h. t. & cap. nullus.* 17

lus. 28. eod. tit. in 6. In Magiſtrum enim aſſumi non debet, qui
formam diſcipuli non adſumpſit; nec eſt aliis præficiendus, qui al-
18 teri ſubeſſe non novit *d. cap. 49.* † Ultimo ſuſpenſi ab officio
& beneficio, *cap. Per inquiſitionem 26. h. t. & cap. cum bona. 8. ibi-
que Gloſſ. voce ſuſpenſi. de ætate & qualitate & ordine præficiendo-
rum.* In quibus textibus habetur, quod eligens ſcienter indignum
in epiſcopum, ob hoc ſuſpendatur à beneficiis Eccleſiæ per bien-
19 nium. † De reliquis inidoneis & inhabilibus perſonis videa-
tur *Petr. Rebuffus in Tractatu de pacificis poſſeſſoribus n. 174. & mul-
tis ſeqq. & Canoniſtæ ad h. n. t.* Et hæ ſunt perſonæ, quæ eligi non
20 poſſunt. † Sequitur nunc ut 2. videamus de perſonis, quæ
poteſtatem eligendi habent vel non habent. Poſſunt autem omnes
21 eligere, quibus ſuffragiorum Jus competit. † Sic Imperator
Jus habebat olim eligendi Pontificem, ut probat *canon. Agatho. 21.
22 Can. Hadrianus Papa. & Can. in ſynodo. 23 diſt. 63.* † Hodiè
autem Papam eligunt Cardinales *diſt. 79. in pr. & Can. ſi quis 1.
cap. ubi periculum. 3. verſ. Hoc ſacro. h. t. in 6.* & iis omnibus mor-
tuis concilium generale, aut clerus Romanus, quia difficile eſt con-
gregare concilium, & mora longior in electionibus ſæpè eſt da-
mnoſa, ut ſcribitur *in cap. cum inter. 18. verſ. quia tamen. h. n. t.
Hoſtienſis ad cap. Licet de vitanda. 6. eod. tit.* † Quòd verò
23 attinet electionem aliorum Prælatorum, omnes ex collegio, cui
Prælatus aut miniſter dandus eſt, intereſſe ei debent, *cap. conſtitu-
tis. 47. h. t. n.* modò non ſint ex prohibitorum numero. De pro-
hibitis autem perſonis videri poſſunt *Canoniſtæ ad n. tit. & M. An-
tonius Cucchus lib. 1. Inſtitut. Jur. Canon. tit. de Electione. 7. verſ. E-
ligere autem poſſunt omnes. pag. m. edit. 17.* Et tantùm de primo
Electionis membro, quod fuit de perſonis ad Electionem neceſſa-
riis. † Sequitur alterum membrum, quod tractat de modo
24 ſeu forma eligendi. Ubi ſciendum eſt, Electionem fieri triplici
modo, 1. per inſpirationem, 2. per compromiſſum, 3. per ſcruti-
nium, *cap. quia propter. 42. h. t. n.* † Electio per inſpira-
25 tionem dicitur fieri, vel verè vel quaſi. Vere fit inſpiratio per in-
ſpirationem Spiritus Sancti. Cùm verò non conſtat, electionem
autore DEO factam eſſe, & tamen omnes de collegio uno ore con-

ſen-

ſentiunt in aliquem, absque vitio Simoniæ, vel alicujus tractatus, tunc præſumitur electio facta quaſi per inſpirationem, h. e. ad ſimilitudinem veræ inſpirationis *d. cap. quia propter. verſ. Aliter electio facta &c. ibique Hoſtienſis & Abb. n. 3.* † Per compromiſſum autem fit electio, cùm eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committitur, qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ provident de paſtore, *d. cap. quia propter. 42.* ibi: *vel ſaltem eligendi poteſtas.* † Quæ forma electionis juxta tradita *Cucchi lib. 1. Inſt. Jur. Canon. tit. de Electione 7. verſ. principio igitur ſciendum eſt &c.* ideò inventa videtur, ut Electores ſe eligendi onere liberent, & minore turbâ res exitum ſortiatur, quæ plerumque in hujusmodi negotiis oriri ſolet. † Ut autem validum ſit hoc compromiſſum, requiritur omnium de capitulo conſenſus. Unus enim poteſt impedire, ne fiat compromiſſum ſuper electione, quia intereſt ſingulorum, ne quis privetur voce ſuâ, nec debet quis compelli Jus ſuum concedere aliis, *d. cap. quia propter. 42.* ibi: *Vice omnium,* & ibi: *aliter electio facta, non valet. l. invitum. 11. & l. in vendentis. 13. C. de contrah. empt. & vendit. Gloſ. ad d. cap. 42. in verb. vice omnium,* quam *Canoniſtæ comm.* ſequuntur, *ut ſcribit ibid. Abb. n. 2. & 6. vid. idem Abb. ad cap. ſcriptum eſt. 40. n. 3. h. t.* † Denique electio per ſcrutinium, quæ difficilis eſt & frequentior, *in d. cap. quia propter. 42. verſ. Statuimus &c.* his verbis deſcribitur: *Statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus, qui debent, & volunt, & poſſunt commodè intereſſe: aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecretè & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi: nullo prorſus appellationis obſtaculo interjecto: ut is, collatione habitâ eligatur, in quem omnes, vel major & ſanior pars Capituli conſentit.* Hactenus verba Pontificis † in quibus agitur 1. de ordinatione aut conſtitutione ſcrutatorum, uti vocantur *in cap. Cumana. 50. h. n. 1.* 2. De ſcrutatorum officio, 3. De collatione ſuffragiorum faciendâ. 4. & ultimò, de celebrandâ electione. † Ad ordinationem ſcrutatorum requiritur 1. ut ordinentur ſcrutatores *præſentibus omnibus, qui debent, & volunt, & poſſunt commodè intereſſe,* ut habent verba *d. cap. 42.* Ideò autem dicit Pontifex:

D 2 qui

Digitized by Google

qui debent intereſſe: quia omnes,quibus ſuffragiorum Jus competit, ad electionem faciendam vocandi ſunt. Nam vel uno omiſſo, electio infirmari poterit. *cap. Bonæ. 23. & cap. quod ſicut. 28. b. n. t.* Deinde addit Papa, *& volunt*, quia ſi ad electionem vocati non veniunt,vel quia non poſſunt,vel quia nolunt venire, ipſorum abſentia non poteſt electionem impedire. *d. cap. quod ſicut. 28. & cap. cum nobis. 19. b. t. n.* Denique ait Pontifex: *& poſſunt commodè intereſſe*, quibus verbis innuit, ſi commodè & ſine periculo non poſſunt vocari, quod non ſint vocandi *d. cap. 28. gloſſ. in d.*
32 *cap. quia propter. 42.* † 2. Requiritur, ut ſcrutatores ordinentur à Collegio,in verbo: *aſſumantur.* Non enim ipſi debent ſeſe ingerere,quia redderent ſe ſuſpectos *l. quæ omnia. 25. de Pro-*
33 *curatoribus & Defenſorib. Abb. ad d. cap. 42. n. 13.* † 3. Requiritur,ut tres ordinentur ſcrutatores, ibi: *aſſumantur tres:* Et hoc tenent *Canoniſtæ* Comm. à quibus non rectè recedit *gloſſ. in voc. ſanior.* exiſtimans ternarium numerum non eſſe de ſubſtantiâ Ele-
34 ctionis. † 4. *& ultimò* requiritur, ut ſcrutatores iſti ſint fide digni. *arg. l. in teſtimoniis. 2. de teſtib.* quod præſumitur *cap. ult. & ibi Canoniſtæ de præſumtionibus*,atque de collegio,intellige eligentium, non verò Eccleſiæ vacantis *Abb. d. loc. qui Innocent.*
35 *allegat.* Et tantùm de ordinatione ſcrutatorum. † Sequitur ſcrutatorum officium, quod in ſequentibus conſiſtit. *Primò* exquirere debent cunctorum eligentium vota *d. cap. 42.* ibi: *Cunctorum &c.* Uno igitur eligentium prætetito, electio non valet. Formâ enim non ſervatâ in una parte actus, vitiat totum actum,
36 quia eſt individuus. *Bl. in l. certi. 9. de reb. cred.* † 2. Exquirenda ſunt vota in ſecreto, ut quisquis liberius poſſit dicere vo-
37 tum ſuum. *d. cap 42. verſ. ſecretè.* † 3. Sigillatim omnium vota exquiri debent,non enim debent audiri bini vel terni,ſed ſinguli ſeorſim vel per ſe ſeparatim *d. cap. 42. ibi: Sigillatim. & arg.*
38 *cap. venerabili. 52. de teſtib. & atteſtat.* † 4. Denique debent ſcrutatores vota, poſtquam redacta ſunt ab iis in ſcriptis, *MOX*, h. e. *actu nullo interveniente extraneo*, publicare in commu-
39 ni, h. e. in capitulò *d. cap. 42.* in verbis: *Et in ſcriptis redacta.* † Publicato ita ſcrutinio, variare nequeunt Electores, quia functi

ſunt:

ſunt ſuo officio *cap. publicato 58.* ibique *Gloſſ. ver. variare.* & *Abb. n. 2. & 3. h. t. & arg. l. Judex. 55. de re re judicat.* † Præterea de collatione ſuffragiorum facienda, eſt textus in *d. cap. 42. in verb. collatione habitâ. cap. Eccleſia veſtra. 48. cap. Cumana. 50. & d. cap. publicato 59. h. t.* † Debet autem fieri collatio numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum *Cap. in Geneſi. 55. eod. tit.* Si enim non fieret iſta collatio, non poſſet ſciri, quis à majori vel ſaniori parte, aut ab iis, qui majoris meriti ſunt, electus eſſet. Quando autem unum alteri debeat prævalere, oſtendit *gloſſ. in cap. Eccleſia veſtra 57. in verb. non conſenſerint. h. t. n. & Abb. in d. cap. in Geneſi. n. 1. & 2.* † Denique quod publicationem ſcrutinii, & collationem habitam electio ſequi debeat, probat *d. cap. 42.* in verbo: *eligatur. d. cap. Eccleſia veſtra. 48. d. cap. in Geneſi. 55. & d. cap. Publicato. 58.* quæ communis eſſe debet, & non ſingularis ne vel idem repeti videretur, vel ex hoc ſequeretur abſurditas, ut tot eſſent electiones, quod eſſent numero eligentes, *d. cap. in Geneſi. 55.* Debet autem iſta electio pronunciari per unum à capitulo ordinatum, ſive proceſſum fuerit per viam ſcrutinii, ſive per viam compromiſſi, *cap. ſicut. 21. h. n. t. in 6. Abb. in d. cap. in Geneſi. 55. n. 7.* Quia verò non ſubjiciuntur legi humanæ, quæ divinâ fiunt inſpiratione, *can. ult. cauſa. 19. q. 1.* idcircò in Electione, quæ fit per inſpirationem, non eſt neceſſaria iſta communis Electio, quia tenet Electio, quamvis omnes dicant, TE ELIGIMUS. Ille autem, per quem iſta fit communis electio, loqui debet IN SINGULARI NUMERO: *Ego nomine totius capituli te eligo. Abb. ad d. l. & Vivianus ad d. cap. ſicut. 21. in rationalibus Juris Pontificii, ubi allegat Archidiaconum.* † In ultimo electionis membro tractatur de Electionis factæ effectu, qui conſiſtit in Electionis publicatæ præſentatione Electo facienda, & in ejusdem Electionis acceptatione, vel recuſatione. † Electores præſentare debent Electo Electionem, & quidem intra octo dies, poſtquam commodè poterunt, ejusque conſenſum petere, *cap. cupientes. 16. verſ. cæterum ſi eligentes. d. Elect. & Elect. poteſt. in 6.* ubi etiam ſcribitur, ſi Electores intra illud tempus Electionem præſentare diſtulerint, quod culpabiles à proceſſus proſecutione ſint

Digitized by Google

ſint excluſi, & ab omnibus beneficiis ſuis illius Eccleſiæ, de cujus Electione agitur per triennium ſuſpenſi, ad quæ ſi interim ſe in-
45 geſſerint, illis ipſo Jure perpetuò ſint privati. † Electus verò acceptis Electionis ſuæ codicillis, intra menſem à die præſentationis computandum, ſi Electionem acceptare velit, conſentire debet, aliàs privatur jure, ſi quod ei ex ſuâ Electione fuerit acquiſi-
46 tum, *cap. quàm ſit Eccleſiis. 6. b. t. in 6.* † Agnitâ autem Electione, electus non dicitur plenum Jus conſecutus, niſi prius fuerit confirmatus, & conſecratus. Si igitur ante confirmationem administrationi ſe immiſcuerit, non tantùm ſpe confirmationis, verùm etiam omni jure per electionem quæſito, eo ipſo privatur.
47 *cap. qualiter. 17. b. n. t. & cap. avaritia. eod. tit. in 6.* † Electus verò intra tres menſes poſt agnitam Electionem, à Superiore petere tenetur confirmationem. *d. cap. quàm ſit Eccleſiis 6. verſ. cæterarum quivis electus. vid. d. cap. Capientes. 16. in pr.* qui ex abrupto electionem non debet confirmare, ſed prius electionis proceſſum & perſonam electi ſufficienter examinare, inque ejus mores & vitam inquirere. *cap. poſtquam 3 cap. qualiter. 17. & cap. nihil eſt. 44. b. t. n.* & omninò formam ſervare præſcriptam in *cap.*
48 *ult. b. t. in 6.* † Poſt confirmationem debet confirmatus conſecrationem petere. *d. cap. 44. & cap. provida. 44. b. t. n. in 6.* Ratio redditur *in cap. ult. de translat. Epiſcop.* quod ſpirituale fœdus Conjugii, quod inter Epiſcopum & Eccleſiam contractum eſt, intelligitur in electione initiatum, in confirmatione ratum, & in
49 conſecratione conſummatum. † Electus autem confirmatus conſequitur poteſtatem (de qua agitur in alterâ parte noſtri
50 Tituli) exercendi ea, quæ ſunt Juriſdictionis. † Quæ verò ordinis ſunt, transferuntur per conſervationem. *cap. tranſmiſſam.*
51 *15. h. n. t.* † Quæ autem pertinent ad Juriſdictionem, & quæ ad ordinem, tradit *ibi Gloſſ. in verb. de talibus, & ex eâ M. Antonius Cucchus d. lib. 1. Tit. de Confirmatione Electi & Conſecratione 5.*

Notabilia.

1. Quod pro neceſſitate temporis factum eſt, non debet à poſteris trahi in exemplum *cap. cum in cunctis 7. in pr.*

2. In

2. In Eccleſiaſticis perſonis requiritur ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum ſcientia *d. cap. 7. in princ.*

3. Dignum eſt, ut quos timor DEI à malo non revocat, Eccleſiaſticæ ſaltem coërceat ſeveritas diſciplinæ. *d. c. 7. verſ. Inferiora etiam &c.*

4. Quod redundat in gravamen Eccleſiaſticæ libertatis, penitus abolendum eſt. *cap. cum terra. 14.*

5. Mora longior in Electionibus valdè eſt ſuſpecta imò ſæpè damnoſa. *cap. cum inter. 18.*

6. Id debet prævalere, quod à pluribus & ſanioribus fuit ordinatum. *cap. cum nobis. 19. verſ. præſertim.*

7. Non habet imperium par in parem. *cap. innotuit. 20. verſ. Quamvis autem.*

8. Culpa parentum non eſt filiis imputanda. *d. cap. innotuit. 20. verſ. Invenimus.*

9. Fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem. *cap. Bona. 23.*

10. Exceſſus notorius examinatione non indiget. *d. cap. 23. verſ. porrò exceſſus &c.*

11. Pro his, quæ à Judice ſunt acta, præſumitur, quod omnia ritè fuerint celebrata. *d. verſ. porrò exceſſus &c.*

12. Negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio. *d. verſ. porrò exceſſus.*

13. Attendere debemus, non tantùm quid factum ſit, ſed potius, quid ſit faciendum. *cap. cum cauſam. 27.*

14. Ex poſt facto non poteſt convaleſcere, quod ab initio non valebat. *cap. auditis. 29.*

15. Non videtur injuriam facere, qui utitur Jure ſuo. *cap. cum Eccleſia. 31.*

16. Res pernicioſa eſt exemplo, cum per ſurreptionis aſtutiam quis aſcendit apicem dignitatis. *cap. cum dilectus. 32.*

17. Privilegium meruerunt amittere, qui permiſſâ ſibi abuſi ſunt poteſtate. *cap. venerabilem. 34. verſ. unde privilegium. &c.*

18. Non accuſatione, ſed damnatione indigent manifeſta. *d. cap. 34. verſ. In reprobatione.*

19. Ni-

Digitized by Google

19. Nihil eſt, quod Eccleſiæ DEI magis officiat, quàm quod indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum. *cap. nihil eſt 44.*

20. In Magiſtrum adſumi non debet, qui formam diſcipuli non adſumſit. *cap. cum in Magiſtrum. 49.*

21. Per petitionem in Jure propoſitam & reſponſionem factam, fit litis conteſtatio *cap. dudum. 54. verſ. licet autem. &c.*

22. Ubi major numerus eſt, zelus melior præſumitur. *cap. Eccleſia. 57.*

23. Non eſt credendum, Romanum Pontificem, qui Jura tuetur, quod aliàs excogitatum eſt multis vigiliis, & inventum, uno verbo ſubvertere voluiſſe. *d. cap. Eccleſia. 57.*

Errores.

1. Sedes Apoſtolica omnium Eccleſiarum exiſtit caput. *cap. cum nobis. 19. verſ. praterea.*

2. Jus & poteſtas eligendi Regem Romanum in Imperatorem poſtmodum promovendum, conceſſa eſt principibus Germaniæ à ſede Apoſtolica. *cap. venerabilem. 34.*

3. Jus & autoritas examinandi, inungendi, conſecrandi, & coronandi perſonam electam in Regem, & promovendum ad imperium, ad Pontificem Romanum ſpectat. *d. cap. 34.*

De Translatione Epiſcopi. Titulus VII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Translationis requiſita. 2.
Epiſcopatûs & Epiſcoporum origo. 3.
Cauſa translationis. 4.
Objectio movetur. 5.

Re-

Reſpondetur. 6.
Tranſlatio utilitatis gratia qua? 7.
Neceſſitatis gratia qua? 8.
Cujus auctoritate tranſlatio fiat. 9.
Cur ad tranſlationem Epiſcopi conſenſus Papæ neceſſarius. 10.
Pœna Epiſcopi qui propriâ auctoritate ſe transfert. 11.
Pœna itē Patriarchæ, qui Epiſcopo licentiā conceſſit. 12.
Neceſſitas conſenſus Pontificis ampliatur. 13.
Strictè intelligitur. 14.
Effectus tranſlationis. 15.
In qua tranſlatione locum habeat. 16.

HActenus actum eſt de legitimâ vocatione perſonæ, quæ expeditur poſtulatione vel electione. † Quia verò Epiſcopus aliquando à ſuâ Eccleſiâ ad aliam transfertur; ideò ſequitur nunc, ut hoc titulo de translatione videamus. In hâc autem translatione, quæ etiam mutatio dici ſolet. *Can. mutationes. 34. cauſa 7. q. 1.* duo conſiderantur 1. Tranſlationis requiſita. 2. Tranſlationis effectus. † Ad Tranſlationem requiritur 1. *perſona transferenda*, quæ eſt Epiſcopus, ut innuit *noſtra rubrica:* † De Epiſcopatus ut & Epiſcoporum origine, ordine atque officio, videatur *Can. Cleros. 1. verſ. Ordo Epiſcoporum, & verſ. Epiſcopatus autem vocabulum. & Can. In novo. 2. verſ. Ipſis quoque decedentibus diſt. 21.* Poſſunt etiam inferioris gradus ſacerdotes, vel alii clerici, conceſſione ſuorum Epiſcoporum ad alias Eccleſias tranſmigrare. *Can. Epiſcopus. 37. cauſa 7. q. 1.* † Deinde requiritur *cauſa tranſlationis*, quæ eſt communis utilitas, atque neceſſitas, *cap. quanto. 3. verſ. non enim homo. h. n. t. d. Can. mutationes. 34. & Can. ſcias. 35. cauſa 7. q. 1.* † Quamvis enim regula olim à ſanctis patribus ſit tradita, quòd non liceat Epiſcopo Eccleſiam ſuam relinquere, & ad aliam tranſire. *Can. Epiſcopum. 25. d. cauſa & q.* cujus ratio illa eſt, quod unusquiſque ſecundùm Apoſtolicam vocem *in I. ad Corinth. 7.* in quo vocatus eſt, in hoc manere debeat *Can. clericus 1.*

Digitized by Google

6 *cauſa 21. q. 1. & d. cap. quanto 3. verſ. Quia vero. h. n. t.* † Ab
iſtâ tamen regulâ excipitur translatio, & mutatio, quæ uti diximus,
7 fit utilitatis,atque neceſſitatis gratiâ. † Utilitatis;cum videl.
quis in aliam Eccleſiam transfertur, in quâ magis proficere poſſe
exiſtimatur. *vid. d. Can. mutationes. 34.* ubi Exempla Petri Apoſto-
li,Euſebii & Felicis,qui utilitatis gratia in aliam Eccleſiam translati
8 ſunt, referuntur. † Neceſſitatis; Cum videl. metus hoſtium
urſit translationem,quo tamen ceſſante ad priorem locum Epiſco-
pum redire oportet. *Can. In apibus. 41. in f. & Can. Paſtoralis. 42.*
9 *cauſa 7. q. 1.* † Ultimò requiritur,ut translatio Epiſcopi fiat,
autoritate & conſenſu Romani Pontificis *c. 1. & 2. h. t. n.* Cætero-
rum verò Clericorum translatio, conceſſione ſuorum Epiſcopo-
rum. *Can. Epiſcopus. 37. cauſa 7. q. 1.* modò immediatè iis ſubſint
Can. Clericos. 4. diſt. 71. & cap. admonet. 4. d. Renunciatione. Si
enim aliis etiam ſubſunt, illorum quoque conſenſus erit adhiben-
dus *Can. conqueſtus eſt. 8. cauſa 9. q. 3. Gloſſ. in d. Can. Epiſcopus*
10 *voc. gradus.* † Ideò autem ad Epiſcopi translationem neceſ-
ſarius eſt conſenſus Papæ, quia Epiſcoporum translationes ſunt ex
numero cauſarum, quæ majores dicuntur, & ad ſolum Papam per-
tinent, *cap. quod translatione. 4. de Officio Legati. cap. ut debitus
honor. 59. de Appellat. recuſat. & relat. d. can. mutationes. 34. d. cap.
1. & 2. verſ. non enim humana. verſ. Sicut autem Epiſcopus, & cap.*
11 *ult. h. n. t.* † Hinc Epiſcopo, qui propriâ autoritate de Ec-
cleſiâ ſuâ ſe transfert ad aliam, neque ad hanc,cui inhiabat, acceſ-
ſus conceditur,neque regreſſus ad veterem Eccleſiam, quam ſpe
alterius omiſerat *d. cap. quanto. 3. verſ. quia verò. can. ſi quis. 31.*
12 *& can. ſeq. d. cauſa. 7. & q.* † Patriarcha etiam, qui Epiſco-
po transferendi licentiam conceſſit, ab Epiſcoporum confirmatio-
13 ne ſuſpenditur *d. cap. 1. in f. h. n. t.* † Atque hic Pontificis
conſenſus non tantùm ad Epiſcoporum conſecratorum, verùm
etiam confirmatorum duntaxat translationem eſt neceſſarius. *d.
cap. 2. verſ. ſicut autem Epiſcopus:* ubi Pontifex rationem adſignat.
14 † Notandum autem hoc loco eſt, conſenſum & conceſſionem
hanc Pontificis, quia eſt contra Jus commune, & odioſa, eſſe ſtrictè
intelligendam. *Gloſſ. ad cap. ult.* & ibi *Innoc. h. t.* Quare ſi ad ma-
jorem

jorem dignitatem priore Pontifex tranſitum conceſſerit; non poterit indulgentia hæc ad parem dignitatem migrare volenti, prodeſſe *d. cap. ult.* † Effectus verò Translationis eſt, quòd 15
tranſlatus novam conſequatur Eccleſiam, ac ſi ad eam electus eſſet atque confirmatus, nihilque poſt tranſlationem habeat commune cum priore *Can. ſi quis. 3. cauſa 21. q. 2.* quia deſinit eſſe illius Eccleſiæ Epiſcopus, à qua tranſlatus eſt *d. can. In apibus. 41. verſ. tranſlatus enim.* † Qui effectus locum habet in tranſlatione utili- 16
tatis communis gratiâ facta, quia quando quis propter neceſſitatem eſt tranſlatus, oportet illum redire ad priorem Eccleſiam ceſſante hoſtilitate *d. c. In apibus. 41. inf. d. cauſa 7. q. 1.*

NOTABILIA.

1. Corporalia facilius deſtruuntur, quàm conſtruuntur. Spiritualia verò faciliùs conſtruantur, quàm deſtruuntur. *c. inter corporalia. 2. in pr.*

2. De ſimilibus idem Judicium eſt habendum. *d. cap. 2. verſ. ſicut ergò Epiſcopus &c.*

3. Paria videntur, aliquid non eſſe, vel inutiliter eſſe. *d. c. 2. verſ. ſed neque illud.*

4. Quod non eſt Sanctorum Patrum decreto ſancitum, ſuperſtitioſis non eſt adinventionibus præſumendum. *d. c. 2. verſ. Unde ſi circa tranſlationem &c.*

5. Nonnunquam intelligitur prohibitum, quod non invenitur conceſſum. *d. verſ.*

6. Parcendum eſt ſponte confitenti delictum & veniam poſtulanti, ſi peccavit ex errore vel ſimplicitate; ſecus ſi ex certâ ſcientiâ & malignitate. *d. cap. 2. verſ. Et quamvis iidem &c.*

7. Facti perverſitas non debet tranſire præſumtoribus in exemplum *cap. quanto. 3. verſ. Ne autem &c.*

8. Quivis debet puniri in eo, in quo peccavit *d. cap. 3. verſ. Cæterum &c.*

ERRORES.

1. Spirituale eſt conjugium inter Epiſcopum & Eccleſiam. *cap. inter corporalia. 2. & cap. ult.*

2. Romanus Pontifex eſt vicarius Chriſti *d. cap. 2. verſ. Non enim humanas & d. cap. ult.*

3. Romanus Pontifex non puri hominis, ſed veri DEI vicem gerit in terris *d. cap. quanto 3. verſ. Non enim homo. &c.*

4. Romanus Pontifex eſt ſucceſſor Petri *d. cap. ult.*

De Autoritate & uſu pallii.
Titulus VIII.

Summaria.

Ad ordinationem ſpectat etiam impetratio pallii. 1.
Pallium quid? 2.
A quibus & ex qua materia conficiatur. 3.
Quid illi intexatur. 4.
Qui illud impetrent, & à quibus impetretur. 5.
Modus impetrandi. 6.
Quibus verbis concedi ſoleat, remiſſivè. 7.
Intra quod tempus impetrandum. 8.
Poſtulans eo dignus ſit. 9.
Autoritas pallii quæ. 10.
Uſus illius perſonæ cohæret, nec poteſt commodari. 11.
Extra Eccleſiam ſua cujusque provinciæ nullus. 12.
Ad certos dies reſtrictus. 13.

1 ET hoc eſt primum, quod in ordinatione perſonæ, quæ muneri Eccleſiaſtico præficitur, conſideratur, nimirum legitimæ perſonæ vocatio; ſequitur ſecundum, quod conſiſtit in impetratione
2 pallii, de qua agitur *in h. tit. 8.* † Pallium eſt inſigne ornamentum, quod de corpore B. Petri aſſumtum (Quomodo autem hoc ſit intelligendum, explicat *Gloſſ. in cap. ſignificaſti. 4. in verbo: Corpore aſſumuntur: ibique Hoſtienſ. & Abb. de Elect. & Elect. poteſt.*) in ſignum plenitudinis epiſcopalis dignitatis perſonis quibus-

dam

dam Eccleſiaſticis tribuitur. *d. cap. 4. ibique. Anton. de Butrio & Abb. d. loc.* † Conficitur autem hoc pallium Romæ à mo- 3
nialibus turris Speculi, ex lanâ de agnis albis, nutritis ab iſtis monialibus, qui agni prius mittuntur Dominicâ in albis ad circumeundum altare S. Petri, uti ex *Onuphrio Panvino tract. de Sacrarum veſtium generibus* refert *Joannes Baptiſta Vivianus in ration. Jur. Canon. ad cap. ult. h. n. t.* † Sunt autem huic pallio quatuor 4
cruces nigri coloris intextæ, de quarum myſtica ſignificatione agit *Abbas in Rub. noſtri Tituli.* Hoc pallium conſiderabimus ut impetrandum, & ut impetratum. Ad pallium impetrandum requiruntur quatuor. † 1. Perſonæ, quæ pallium impetrant, 5
& à quibus impetratur. Perſonæ pallium impetrantes, & quidem à ſolo Pontifice Romano, ſunt quatuor Patriarchæ, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus. Ab his verò, Archiepiſcopi, ſi illis ſubditi ſunt, pallium accipiunt. *cap. antiqua. 23. & ibi Canoniſt. de privil. & exceſſibus privilegiator.* † 2. Requiritur modus impetrandi pallium, qui exprimitur *in Can. priſca. 2. & Can. ſeq. 3. diſt. 100.* ubi ſcribitur, quòd exigenti- 6
bus cauſarum meritis fortiter petenti ſine commodo, h. e. gratis pallium concedi debeat. † Quibus autem verbis concedi ſo- 7
leat, exponit *Gloſſa in cap. ad honorem 4. h. n. t.* † Et quia 8
viduatæ Eccleſiæ intereſt, ut receptio Pallii citiùs explicetur, cùm nec Epiſcopo ordinare ante pallium acceptum, nec Archiepiſcopo, nec Primati, nec Patriarchæ liceat; idcircò 3. Tres menſes præfiniti ſunt, intra quos Pallium à tempore conſecrationis eſt impetrandum. *Can. Quoniam 1. diſt. 100.* † Denique requiritur, 9
ut qui poſtulat pallium, mereatur illud accipere, & fidei ſuæ profeſſionem priùs Juramento confirmet, & Apoſtolicis decretis atque ſynodalibus ſtatutis ſe obediturum caveat; *d. Can. 1. Can. novit. 3. in f. d. diſt. 100. d. c. ſignificaſti. 4. de Elect. & Elect. poteſt.* Et hæc requiruntur ad pallium impetrandum. † In pallio ve- 10
rò impetrato conſideratur pallii autoritas & ejus uſus, ut indicat *Rubr. n. tit.* Autoritas pallii impetrati eſt magna. Nam per pallium confertur plenitudo Pontificalis officii, & nomen Archiepiſcopale. *cap. niſi ſpecialis. 3. & cap. cum ſis. 6. h. n. t. vid. cap. quod*

Digitized by Google

ſicut. 28. verſ. præterea. d. Elect. & Elect. poteſt. ubi ſcribitur, quòd non liceat Archiepiſcopo ſine pallio convocare concilium, conficere chriſma, dedicare baſilicas, ordinare clericos, & Epiſcopos
11 conſecrare. † De uſu verò pallii ſciendum eſt 1. quod Archiepiſcopus pallio ipſe uti debeat, & alteri Archiepiſcopo non commodare, quia cohæret perſonæ, eâque defunctâ pallium cum
12 eâ ſimul ſepeliri debet *cap. adhac. h. n. t.* † 2. Quod intra quamlibet Eccleſiam provinciæ ſuæ Archiepiſcopus pallio uti debeat, & non extra Eccleſiam *cap. 1. cap. ad honorem. 4. & d. cap. cùm ſis 6. h. t. Can. pallium. 6. can. contra morem. 8. diſt. 100.* licet conſuetudo ſit in contrarium, *cap. ex tuarum. 5. h. n. t.* † Et
13 ultimo, quod certis tantùm diebus ſolennibus *d. cap. ad honorem. 4. d. cap. cum ſis. 6. & cap. ult. h. t.* quos exprimit *Gloſ. in d. cap. 4. voc. honorem.*

De Renunciatione.
Titulus IX.

SUMMARIA.

Quæ per renunciationem amittantur? 1.
Renunciatio quid? 2.
Qui renunciare poſſunt. 3.
Cujus conſenſu fieri debeat. 4.
Abſque eo non tenet. 5.
Renunciationis cauſa. 6.
Debilitas corporis. 7.
Defectus ſcientiæ. 8.
Conſcientia criminis & cujus. 9.
Irregularitas perſonæ. 10.
Malitia plebis. 11.
Evitatio ſcandali. 12.
Renunciatio ſit pura & libera. 13.

Poteſt

Digitized by Google

Poteſt fieri per procuratorem ſpeciale mandatum habentem. 14.

Effectus renunciationis. 15.

QUia ea, quæ per poſtulationem, electionem, aut translationem acquiſita ſunt, non rarò per renunciationem rurſus amittuntur; igitur ſequitur nunc Titulus de Renunciatione. *Gloſ. & Canoniſtæ comm. ad noſtram rubr.* † In hâc autem renunciatione, quæ nihil aliud eſt, quàm juris ſibi competentis ex causâ legitimâ, permiſſu Superioris, ſponte facta abdicatio ſeu refutatio, conſiderantur duo: Renunciationis requiſita, & Renunciationis effectus. Ad renunciationem autem requiruntur tria: 1. Perſonæ, quæ renunciare poſſunt, & quarum conſenſu fieri debet renunciatio. 2. Cauſæ, ob quas licita eſt renunciatio. 3. Modus renunciandi. † Sciendum autem eſt 1. non ſolùm reliquas perſonas Eccleſiaſticas, verùm etiam ipſum Pontificem Romanum poſſe renunciare. *cap. 1. h. t. in 6.* Renunciatio enim eſt de genere permiſſorum. Quilibet igitur poteſt renunciare, niſi reperiatur prohibitus *l. mutus. 43. §. 1. de Procurat. & defenſor. l. 1. §. 1. de Teſtib. & cap. 1. in pr. de procurat. in 6. Vid. gloſ. ad d. cap. 1. verbo: videbantur. h. t. in 6.* ubi Marcellinum & Clementem renunciaſſe Papatui, illique Marcellum; huic verò Linum ſucceſſiſſe tradit. His addendus eſt Cæleſtinus Papa V. Petrus Moroneus antea dictus, qui etiam Papatui renunciavit, cui ſucceſſit Bonifacius VIII. Benedictus Cajetanus antea appellatus, teſte Platinâ in horum vitis. † Fieri autem debet renunciatio conſenſu ejus, ad quem ſpectat confirmatio *cap. admonet. 4. & ibi Canoniſt. h. t.* quia omnis res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem quoque diſſolvitur, ut habet Regula Juris *c. 1. de R. J.* † Renunciatio igitur beneficii, quæ vel eo inconſulto vel laico facta eſt, non tenet, renuncians tamen eſt beneficio ſpoliandus. *cap. ex transmiſſa. 9. & cap. quod in dubiis. 8. h. n. t.* Prælatus autem qui Papæ immediatè ſubeſt, debet etiam ejus voluntate renunciare, *cap. ult. eod. tit.* Et tantùm de perſonis, quæ ad renunciationem neceſſariæ ſunt. † Sequuntur cauſæ, ob quas licita eſt renunciatio, quarum

1 2 3 4 5 6

rum lex ſunt, quæ *ſequentibus duabus verſibus* comprehenduntur:

Debilis, ignarus, malè conſcius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

7 † Prima cauſa eſt debilitas corporis, quæ ex infirmitate vel ſenectute procedit, non tamen omnis, ſed illa ſolummodo, per quam quis impotens redditur ad exequendum paſtorale officium. *cap. 1. & cap. niſi cum pridem. 10. verſ. alia verò cauſa eſt. h. t. n.* Si tamen quis non vult renunciare propter corporis debilitatem, non cogitur renunciare, ne afflicto addatur afflictio, ſed ei datur coadjutor, qui illius vices in regimine Eccleſiæ ſuppleat. *cap. penult. d. Clerico agrotante vel debilitato.* 8 † Secunda cauſa eſt defectus ſcientiæ. Cùm enim ſcientia circa Spiritualium adminiſtrationem ſit potiſſimum neceſſaria, & circa curam temporalium opportuna, præſul, qui commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere in utriſque, ſalubriter ei renunciat, ſi ſcientiam, in qua ipſam regat, ignorat. Quanquam etſi deſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore, in eo tamen ſit competens toleranda, & ideò imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis *d. cap. niſi cùm pridem. 10. verſ. pro defectu quoque ſcientiæ &c, & cap. cum nobis. 19. de Elect. & Elect. poteſt.* 9 † Tertia cauſa eſt conſcientia criminis, non tamen quælibet, ſed duntaxat illius, propter quod ipſius officii executio poſt peractam pœnitentiam impeditur, quale crimen eſt Simonia. *cap. Tanta 7. de Simoniâ, & ne aliquid pro ſpiritualibus exig. & can. erga Simoniacos. 110. cauſa. 1. q. 1.* & homicidium *cap. ult. de temporib. ordinationum & qualitate ordinandorum, & can. miror. 4. diſt. 50.* Nam ſi omnes, quos arguit conſcientia cujuslibet culpæ, renunciarent, pauci, vel nulli in illo miniſterio remanerent. *d. cap. niſi cum pridem. 10. verſ ſed in his omnibus, ibique gloſſ. in verb. ſed duntaxat*, quæ in voce, *pauci*, ſubjicit, penè contra naturam eſſe, quod quis ſit ſine peccato. Quod deſumtum eſt *ex Hieronymi Epiſtolâ ad Ocianum*, & allegatur *in Can. unum. 3. verſ. nomine autem criminis. diſt. 25.* 10 † Quarta cauſa eſt irregularitas perſonæ, ſi quis fortè ſit bigamus, vel viduæ maritus *d. cap. 10. verſ. Perſona verò irregularitas.* Quid autem & quotuplex ſit irregu-

Digitized by Google

regularitas, & ex quo Jure oriatur, tradit *ibi Abb. n. 17. cum ſeqq.*
† Quinta eſt malitia plebis, quando videlicet plebs adeò duræ cer- 11
vicis exiſtit, ut Prælatus proficere nequeat apud ipſam; tunc pot-
eſt is regimini renunciare, *d. cap. 10. verſ. Propter malitiam autem.*
† Ultima cauſa, ob quam liceat renunciare, eſt, ut evitetur grave 12
ſcandalum, quando aliter ſedari non poteſt, ne Epiſcopus plus
temporalem honorem, quàm æternam videatur affectare ſalutem.
d. cap. 10. verſ. Pro gravi quoque ſcandalo. † Denique mo- 13
dus renunciandi conſiſtit in duobus, 1. oportet renunciationem
eſſe puram, atque liberam. *Cap. Tua nos. 34. de Simoniâ, & ne ali-*
quid pro ſpiritualibus exigatur. cap. ult. de pact. & cap. ſuper hoc. 5.
h. n. t. Si enim quis vi aut metu, qui in conſtantem virum cadere
poteſt, beneficio ſuo renunciavit, illud repetere poterit; quia quæ
vi metusve cauſa fiunt, carere debent robore firmitatis. *cap. ad au-*
dientiam. 4. de his, quæ vi metuve cauſa fiunt. † 2. Poteſt re- 14
nunciatio fieri per Procuratorem. *Clem. unic. de Renunciat.* Nam
quia Clericus abſens per alium poterit de beneficio Eccleſiaſtico
inveſtiri. *Cap. accedens. 24. de præbendis & dignitatib.* Conſequens
eſt, eundem etiam poſſe per alium renunciare, quia contrariorum
eadem eſt diſciplina. Non tamen tenet renunciatio, niſi Procura-
tor ſpeciale habeat mandatum, *cap. Veniens. 13. h. t. & d. clem. u-*
nic. quia renunciatio habet ſe ad inſtar donationis, quæ requirit
ſpeciale mandatum. *Cap. ult. d. offic. Vicarii in 6.* † Effectus 15
renunciationis conſiſtit in amiſſione Juris, cui renunciatum fuit,
quod renuncians repetere nequit. *Cap. ex transmiſſa. 3. cap. In præ-*
ſentia. 6. & cap. Poſt translationem. 11. h. n. t.

NOTABILIA.

1. Vergente deorſum conditione corporeâ, fervor Spiritûs in ſublimiora conſcendit. *cap. 1.*

2. Nulla ratio hoc veriſimile reddit, ut quiſpiam beneficium, multis fortè expenſis, & laboribus adquiſitum, quo ſuſtentari debet, facilè ſine magnâ cauſâ ſua ſponte reſignet. *cap. ſuper hoc. 5.*

3. Negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio. *d. c. 5. verſ. porrò licet.*

4. Semper pro Judice præſumi debet, donec contra ipſum aliquid legitimè comprobetur. *cap. In præſentia. 6.*

5. Moralis maturitas in ſenibus eſſe ſolet. *cap. niſi cum pridem. 10. verſ. Nam ſi pro qualibet.*

6. Ocioſitas & voluptas ſunt arma hoſtis antiqui, ad miſeras animas captivandas. *d. c. 10. verſ. verùm ſi propter alias &c.*

7. Contra Spiritum DEI agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipſe eſt Spiritus veritatis. *d. c. 10. verſ. certè deſipu &c.*

8. Miſericordia illum excuſat, qui miſerabiliter ſe accuſat. *d. c. 10. verſ. In multis &c.*

De Supplendâ Negligentiâ Prælatorum. Titulus X.

SUMMARIA.

Prælatorum negligentia ſuppletur. 1.
Qui negligentes? 2.
Intra quod tempus beneficia conferre debeant. 3.
A quo negligentia ſuppleatur. 4.
Auctor remittit. 5.

1 PRælati (quinam ſint Prælati, & unde dicantur, exponit *Petrus Rebuffus tractatu de pacificis poſſeſſoribus. n. 63. & ſeq.*) vel renunciant ſuo officio, vel illud negligenter tractant. Priori caſu privantur officio ſuo, ut ex iis, quæ in præcedenti titulo diximus, apparet; poſteriori verò non privantur, ſed negligentia eorum per alium ſuppletur. Unde poſt *Tit. de Renunciatione* ſequitur *hic Titulus.*
2 † Ubi ſciendum eſt Prælatum tunc dici negligentem, cum ea omittit, quæ ſunt ſui officii. Exempli gratiâ, ad Epiſcopos pertinet benedictio. Quando igitur Epiſcopi tertiò cum humilitate & devotione requiſiti, renuunt benedicere, negligentes dicuntur. *cap. 1. h. n. t.* Sic etiam Prælati in officio negligentes ſunt, ſi intra

tra certum tempus beneficia dignis conferre recuſant, *cap. licet*
Magiſter. 3. eod. Tit. † Conferri autem debent beneficia in- 3
tra ſex menſes. *d. c. 3. & cap. Nulla Eccleſiaſtica. 2. de conceſſione*
præbenda & Eccleſia non vacantis. & quidem utiles, non autem
tempore vacationis, ſed notitiæ computandas. *cap. quia diverſita-*
tem. 5. eod. Tit. Henricus Zœſ. ad h. t. n. 4. † Supplenda au- 4
tem eſt negligentia iſta à ſuperiore, *d. cap. licet magiſter. 3.* inter-
dum etiam ab inferiore, *d. cap. 1.* † Plura *de hoc Titulo* viden-
tur *ap. Anton. de Butrio, Hoſtienſem, & Abbatem*, qui ſingula
h. tit. capitula explicarunt.

De

De Temporibus Ordinationum & qualitate Ordinandorum.

Titulus XI.

Summaria.

Contenta Tituli. 1.
Majores ordines, quibus temporibus conferantur. 2.
Hujus aſſertionis ratio redditur. 3.
Nec per conſuetudinem mutari poteſt. 4.
Pœna ejus, qui extra hæc tempora ordinatus, &, qui ordinavit. 5.
Exceptio in Pontifice proponitur. 6.
Minores, quando conferantur. 7.
Qui minores, qui majores dicantur ordines, remiſſivè. 8.
Qui ab ordinibus repellantur. 9.

IN hoc Titulo agitur de Tertio, quod in ordinatione perſonæ Ec- 1
cleſiaſticæ conſideratur, videlicet tempore ordinationis, ut & de
quarto, quod concernit qualitatem ordinandorum. In tempore
ordi-

ordinationis diſtinguendum eſt inter majores & minores ordi-
2 nes. † Majores ordines, veluti Epiſcopatus, Archidiacona-
tus, Archipresbyteratus, qui & Sacri appellantur. *Cap. ſanè. 2. h. t.*
& cap. 1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui. eò
quòd habent aliquem actum immediatum circa rem aliquam
conſecratam, quem non habent ordines minores; conferri non
debent, niſi in quatuor anni temporibus, quibus ab Eccleſiâ indi-
cantur Jejunia, & aliis duobus diebus, h. e. Sabbatho, quo Chriſti
exurgentis piè colitur & celebratur memoria, & quod diem Do-
minicam, quæ de paſſione dicitur, pandit. *d. cap. ſanè. 2. cap. de eo*
autem. 3. ibique Canon. h. n. t. & Can. ordinationes. ult. diſt. 75.
3 † Cur autem prædicto tantùm tempore, & non alio ſacri ordines
debeant conferri, illam rationem adſignat *Vivian. in rationali Juris*
Pontificii ad d. cap. 3. quod ſacri ordines propter eorum majo-
rem excellentiam, exigant majorem reverentiam, quàm ordines
minores. Et quoniam inter cætera requiritur, ut conferantur Je-
junis & à Jejunis, & ut non conferantur paſſim, *Can. quod à Patri-*
bus. 4. d. diſt. 75. ideò ad illorum collationem ſtatuuntur iſta præ-
cipua tempora jejuniorum, quæ ad illos conficiendos, nec nimium
4 ſæpè, nec nimis rarò veniunt in anno. † Et hæc ſtatuta tem-
pora adeò ſunt obſervanda, ut etiam conſuetudo contraria, tan-
quam inſtitutioni Eccleſiaſticæ inimica penitus ſit improbanda,
5 *d. cap. ſanè 2.* † Qui igitur extra prædicta tempora eſt ordi-
natus, ſuſpendi debet, donec diſpenſetur cum eo, & quia quis in eo
puniendus eſt, in quo deliquit *cap. Quarto. 35. de Translatione Epi-*
ſcopi. & cap. literas. 13. verſ. præfatum itaque h. t. ordinans alios
deinceps ad hos ordines prohibetur promovere. *d. cap. ſanè. cap.*
cum quidam. 8. cap. cum ſecundum. 9. circa fin. & cap. Conſulto. 16.
6 *h. t.* † Ipſe tamen Pontifex Romanus poterit in ſignum ſin-
gularis præeminentiæ diebus Dominicis vel Sabbatho Pentecoſtes,
7 ſacros conferre ordines, *c. 1. eod. Tit.* † Minores verò ordi-
nes, quia non ſunt tantæ dignitatis, ſicut majores diebus feſtivis
8 conferri poſſunt. *d. cap de eo autem. 3.* † Quinam autem
dicantur minores aut majores ordines, explicant *Canoniſtæ ad h.*
9 *t. n.* † Quod verò ad æqualitatem ordinandorum attinet,
ſci-

ſciendum eſt; non omnes indiſtinctè ad ordines promoveri poſſe. Nam ab iis repelluntur Servi. *t. t. J. de Servis non ordinandis*, illegitimè nati *c. 1. & t. t. de Filiis Presbyteror.* bigami *t. t. de bigamis non ordinand.* Vitiati corpore *t. t. de corpore vitiatis vel non*, Manifeſtè criminoſi *cap. Ex tenore. 4. & cap. ult. h. t.* & qui nondum ad congruam ætatem pervenerunt *cap. vel non. 14. eod. tit. & cap. ex ratione 2. de ætate & qualitate & ordine præficiendorum.* De quibus omnibus ſuis locis plura dicentur.

Notabilia.

1. Conſuetudo, quæ Eccleſiaſticæ inſtitutioni inimica eſt, debet penitus improbari. *d. cap. ſanè. 2.*

2. Non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine charitatis requiritur regnum DEI. *cap. ad aures. 5.*

3. In quo quis deliquit, in eo puniendus eſt. *cap. literas. 13. verſ. præfatum itaque.*

4. Proniores debemus eſſe ad veniam, quàm ad debitam ultionem. *cap. vel non 14. verſ. quod utique.*

De Scrutinio in ordine faciendo.
Titulus XII.

Summaria.

Ordinandi prius ſunt examinandi. 1.
Scrutinium quid? 2.
In ordinandorum vitam inquiritur. 3.
In genus. 4.
In patriam & nationem. 5.
De regionum & nationum proprietatibus remiſſivè. 6.
In ætatem. 7.
In inſtitutionem & locum educationis. 8.

In doctrinam & eruditionem. 9.
In dubio præſumitur quis dignus. 10.
Limitatio ſubjicitur. 11.
In quibusdam ea deſinit. 12.

1 QUia ordinandi prius diligenter ſunt examinandi, ne indigni ad ordines admittantur, ideò ſequitur nunc quintum, quod in ordinatione conſideratur, videlicet *Scrutinium*, quo de agitur
2 *in præſenti Titulo.* † Scrutinium autem nihil aliud eſt, quàm examen, quòd is, qui ordinem majorem aut minorem appetit, ſub-
3 ire debet. † In iſto autem examine inquiritur, uti apparet *ex Can. quando Epiſcopus. 5. diſt. 214.* 1. In ordinandorum vitam, intellige tàm præſentem, quàm præteritam, quia ex transactâ vitâ præſumitur de præſenti & futurâ, *cap. Mandam. 6. in fin. de Præ-*
4 *ſumtionib.* † 2. In genus, utrum ordinandi ſint liberi, an ſervi. Servi enim ordinari non poſſunt *t. de ſervis non ordin. & eo-*
5 *rum manumiſſione.* † 3. In patriam & nationem. Præſumtum etenim eſt, quosdam bonos eſſe, quia natione ſunt non infamatâ quosdam malos videri, quia eâ natione ſunt, quæ magis infamis eſt, *l. quodſi nolit. 31. §. qui mancipia. 21. de ædilitio edicto, &*
6 *redhibitione, & quanti minoris.* † De regionum autem quarundam, & nationum proprietatibus videatur *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. caſ. 57. n. 46. cum ſeqq. & Conrad. Rittershuſ. in Not. ad Salvian. pag. 307. & ſeqq.* quas recenſet ex *Joachimi Came-*
7 *rarii Arithmologiâ, Ethicâ, libello eruditiſſimo.* † 4. In ætatem. Nam cùm in teneris annis non poſſit conſilii & morum maturitas vigere, quæ ante ætatem utplurimum venire non ſolent; idcircò certa ætas in ſingulis ordinibus deſideratur. Quæ autem ſit iſta ætas, apparebit ex iis, quæ *infra dicemus ad Tit. de ætate & qualitate & ordine præficiendorum 14. hujus libri 1.* †
8 5. In Inſtitutionem & locum, ubi educati ſunt. Si enim in monaſteriis ſunt inſtituti, & educati, citius admittuntur ad ordines, quia pro illis, qui in monaſteriis profecerunt, eſt præſumtio, *can.*
9 *quantumlibet 9. diſt. 47. & can. Presbyterorum. 1. diſt. 56.* † 6.

& ul-

Digitized by Google

& ultimò inquiritur, an ſint benè literati, & ſi inſtructi in lege Domini, ante omnia, ſi fidem catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. *d. can. quando Epiſcopus 5.* † Notandum autem eſt, quòd quis in dubio præſumatur dignus, quem indignum eſſe non conſtat, *cap. un. verſ. unde in tali. h. n. 1.* quia de quolibet præſumendum eſt bonum, niſi probetur contrarium. *cap. ult. in fin. de præſumpt.* † Quod tamen procedit de bonitate naturali, & intrinſecâ, fallit autem cùm de bonitate accidentali, qualis eſt literatura, quæritur, quia hæc non præſumitur, niſi probetur, unde etiam ſuper eâ, ut & aliis, quæ extrinſecùs adveniunt, meritò fit examinatio. *Gloſſ. ad cap. ſi fortè. 11. voc. ſcientiæ. d. Elect. & Elect. poteſt. in 6.* † Si quis tamen prius fuerit electus & præſentatus à bonis, tunc habilis præſumitur, & dignus, etiam quoad bonitatem extrinſecam, & accidentalem, *Abb. h. n. 6.* 10 11 12

De
Ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, vel Excommunicato.
Titulus XIII.

SUMMARIA.

Summaria quæſtio hujus Tituli proponitur. 1.

Quoad Epiſcopum renunciantem per diſtinctionem reſpondetur. 2.

Diſtinctionis primum membrum per rationem confirmatur. 3.

Secundum membrum per aliam diſtinctionem explicatur. 4.

Porrò diſtinguitur inter ordinatum ordinantem & ſcientem. 5.

In ignorante diſpenſatio Epiſcopi ordinarii locum habet. 6.

In

Inſciente ſolius Papæ. 7.

Quid in ignorante ordinato ab Epiſcopo excommunicato obtineat. 8.

1 SUpra *in Tit. de Renunciatione. 9.* dictum eſt, Epiſcopum certis ex cauſis poſſe renunciare, hinc agitur in hoc Titulo de Clericis, qui ab Epiſcopo poſt renunciationem, vel excommunicationem, ordines receperunt, & quæritur: Utrum in iſtis ordinibus rema-
2 nere debeant? † Et quoad Epiſcopum renunciantem diſtinguit Pontifex *in cap. 1. h. t.* utrum renunciaverit loco tantùm civitatis, an loco ſimul & dignitati. Si loco tantùm renuncia-
3 vit Epiſcopus, potuit conferre ordines Clericis. † Ratio eſt, quia in Epiſcopo, ut *Abbas* notat *hîc n. 1.* concurrunt duo jura, quorum unum dicitur jus dignitatis Epiſcopalis cohærens perſonæ, quod Epiſcopus conſecutus eſt per conſecrationem; alterum appellatur jus adminiſtrationis, quod loco cohæret, cui Epiſcopus præſidet. Et hoc jus habet Epiſcopus per confirmationem. *cap. Transmiſſam. 15. de Elect. & Elect. poteſt.* Quamvis igitur Epiſcopus perdiderit jus adminiſtrationis, dum loco renunciavit, adhuc tamen ea, quæ ordinis ſunt Epiſcopalis, quoad habitum re-
4 tinuit. † Quando verò Epiſcopus, & loco & dignitati renunciavit, diſtinguit Pontifex inter ordines ſacros, & minores, & vult minores ordines poſſe iſtum Epiſcopum conferre, cùm hujusmodi ordines à non Epiſcopis quandoque conferantur. †
5 Quoad ſacros autem ordines iterum diſtinguit Papa, inter ordina-
6 tum ad ſacros ordines ignorantem, & ſcientem. † Cùm enim ordinatus ignorat, Epiſcopum etiam dignitati renunciâſſe, tunc diſpenſat Epiſcopus ordinarius, ut ordinatus poſſit ordines ſic ſuſceptos adminiſtrare, & ad alios ordines promoveri. *d. cap. 1. in fin. ibique gloſſ. voc. ignorantia. & Abb. n. 1.* Ratio eſt, quia ignorantia facti excuſat. *l. Juris. 7. l. regula 9. in pr. de jur. & facti ignor.* Si tamen non craſſa & ſupina fuit ignorantia *d. cap. 1. in fin.* Quid enim ſi omnes in civitate ſciant, Epiſcopum dignitati quoque renunciâſſe, quod ille ſolus ignorat? *d. l. regula 9. §. ſed*
7 *facti 2.* † Quando verò ordinatus ſcivit Epiſcopum, à quo ordi-

ordines ſacros recepit, renunciâſſe & loco & dignitati, ordinarius Epiſcopus diſpenſare non poterit, ſed ſolus Papa, quia hic graviùs deliquit, quàm ignorans. *d. cap. 1. verſ. Sanè ſi ab eodem. ibique Anton. de Butrio. verſ. Nota, quòd ordinari ab Epiſcopo &c. & Abbas n. 3.* quos ſequitur *Johannes Honorius in Compendio Juris Canonici ad h. t. n. 5. & Joan. Baptiſta Vivianus ad d. c. 1. in rationali Juris Pontificii.* † Quod autem ad Clericos attinet, qui ordines ab Epiſcopo excommunicato ignoranter receperant, cum illis etiam poterit per ſuos Epiſcopos diſpenſari *cap. ult. h. t. n.* Licet enim excommunicatus ſit extra Eccleſiam, nihilominus tamen characterem, ordinis Epiſcopalis, à quo pendet poteſtas ordinandi, retinet. *Can. per illicitam. 3. in fin. cauſa. 9. q. 1.* 8

De *Ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.*

Titulus XIV.

Summaria.

Ætatis præficiendorum habetur ratio. 1.
Infans quomodo ad infimum ordinem admittatur? 2.
Infans quis dicatur? 3.
Qui infantiam exceſſit ad ordines minores admittitur. 4.
Non item ad majores. 5.
Eccleſiæ pueris conceſſæ à clericis idoneis adminiſtrantur. 6.
Quæ ætas ad majores ordines J. Vet. requiratur? 7.
Quæ hodiè? 8.
Mutationis ratio. 9.
Utrum ſufficiat annus captus? remiſſivè. 10.
Quis ſuper ætate diſpenſet? 11.

Qualitas præficiendorum, quæ conſiſtit in ſcientia. 12. *& moribus.* 13.
Ordo in præficiendis obſervandus. 14.
Quotuplex ille. 15.
Qui pertineant ad minores ordines. 16.
Qui ad majores. 17.
Epiſcoporum diviſio. 18.
Modus obſervandi ordinis. 19.
Neophyti prohibentur ordinari in Epiſcopos. 20.
Quæ temporis intervalla in ſingulis gradibus ſerventur. 21.

1 DIctum eſt ſupra de ordinandis; nunc agendum erit de præficiendis. Ita continuat *Gloß & Abbas hic* hunc Titulum cum præcedentibus. Quia verò in præficiendis ut plurimum examen haberi ſolet de ætate, qualitate, & ordine; ideò *in hoc Titulo* de hisce tribus agitur. *Primò* ætatē quod attinet, diximus *ad Titulum de Scrutinio in ordine faciendo.* 12. in ſingulis ordinibus deſiderari certam
2 ætatem. † Ad infimum autē ordinem infans non admittitur, niſi ut ſe religioni devoveat. *cap. ult. & ibi gloß. voc. Infanti de temporib.*
3 *ordinat. & qualitat. ordinandorum in 6.* † Dicitur autem infans, qui minor eſt ſeptem annis. *l. ſi infanti 18. in pr. C. de Jure deliber. &*
4 *l. 1. §. ſufficit. 2. de admin. & periculo Tutor. & Curator.* † Ad ordines verò alios minores, non obſtante alio impedimento Canonico, aſpirare poteſt, qui infantiam exceſſit *Clement. ult. ibique*
5 *gloß. verb. promoveri. h. n. t.* quæ alios etiam textus allegat. † Verùm ad majores ordines non rectè promoventur pueri, h. e. qui ſunt minores 14. annis, *cap. Ex ratione. 2. h. n. t. & cap. ad noſtram. 8. de regular. & tranſeuntib. ad religionem.* quia indecorum eſt, ut hi debeant Eccleſias regere, qui non noverunt gubernare ſeipſos: Cum ad Eccleſiarum regimen tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præemineant, & morum fulgeant honeſtate, ut ſcribi-
6 tur *in cap. Indecorum. 3. h. t. n.* † Eccleſiæ autem, quæ pueris ſunt conceſſæ, à clericis idoneis adminiſtrari debent, donec pueri
iſti

iiti ad congruam & legitimam veniant ætatem. *d. cap. Ex ratione 2.*
† Quo verò anno ætatis ad majores ordines promoveri quis poſ- 7
ſit, variant jura. Olim enim Subdiaconus minor viginti anno-
rum, Diaconus ante viginti quinque annos, & Presbyter ante tri-
ginta annos, h. e. antequam ad viri perfecti venerit ætatem, ordi-
nari non potuit. *Can. Subdiaconus. 4. cum duobus ſeqq. diſt. 77. Can.*
ſi quis triginta. 1. Can. Nemo Presbyter. 2. & Can. Presbyter. 4. diſt.
78. † Hodiè verò hoc eſt mutatum à Clemente V. Papa in 8
d. Clement. ult. cujus hæc ſunt verba: *Generalem Eccleſiæ obſervan-*
tiam volentes antiquis Juribus in hâc parte præferri decernimus, ut,
alio non obſtante impedimento canonico, poſſit quis liberè in decimo
octavo ad Subdiaconatus, in viceſimo quinto ætatis ſua anno ad Pres-
byteratus ordines promoveri. † Quâ conſtitutione reſpexit 9
fortè Pontifex ad miniſtrorum penuriam, quæ exigit, ut citiùs quis
ordinetur. *Can. ult. d. diſt. 78.* † Annus autem in dignita- 10
tibus, utrum debeat eſſe completus, an verò ſufficiat, ſi ſit tantùm
cæptus, tradit *Abb. ad cap. cùm in cunctis 7. pr. de Election. & Elect.*
poteſt. in 6. ubi verba diſpoſitionis conſideranda eſſe, ait. *vid. Gloſſ.*
ad d. Clem. ultim. in verbis: in decimo octavo. h. t. † Quis 11
verò debeat ſuper ætate diſpenſare, conſtat ex *cap. unic. ibiq; gloſſ.*
h. t. in 6. & Honorio ad h. n. t. n. 6. † Deinde qualitas, quæ in 12
præficiendis hoc in Titulo requiritur, exprimitur *in cap. Eam te*
decet. 4. h. n. t. ubi ſcribitur, quòd ad regimen Eccleſiarum illi ad-
mittendi ſunt, qui ſcientiâ, & moribus ſunt præditi. Idem tra-
ditur *in cap. cum in cunctis. 7. princ. de Elect. & Elect. poteſt. cap.*
niſi cum pridem. 10. de renunciat. & aliis in locis. Ideò autem
præficiendi debent eſſe ſcientiâ præditi, quia ignorantia eſt mater
cunctorum errorum. *Can. Ignorantia 1. diſt. 38.* Et ſi in laicis vix
tolerabilis eſt inſcitia, quantò magis in iis, qui præſunt, nec excu-
ſatione digna eſt, nec venia. *Can. ſi in laicis 3. d. diſt. 38.* Quæ au-
tem oportet ſacerdotes & Epiſcopos ſcire, exponitur *in Can. Nulli.*
4. & duobus ſeqq. Canonib. d. diſt. Et in diſtinct. 37. & diſt. 39. tra-
ditur, an etiam ſecularibus literis debeant eſſe eruditi. Qui igi-
tur ſufficienti ſcientiâ non ſunt inſtructi, ad regimen animarum
non debent admitti. *cap. cum ſit 14. h. n. t.* & jam promoti, ab ad-

miniſtratione ſunt penitus amovendi, *cap. ult. eod. tit.* ubi legitur Epiſcopus remotus, qui neque Grammaticam didicerat, neque etiam Donatum legerat. † Moribus verò ideò debet præficiendus eſſe præditus, quia qui ad curam aliorum præpoſitus, in
13 ſeipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo DEI oporteat converſari *d. cap. cùm in cunctis. 7. pr.* Et multimodis virtutibus debet ſplendere vita Pontificis ſeu Epiſcopi, ut gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, ſed vita & mores ſanctum faciunt ſacerdotem. *diſt. 40. princ.* Unde etiam *in Can. 3. d. diſt. Nos,* ait Gregorius, *qui præſumus, non ex locorum vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debemus.* Et Johannes Chryſoſtomus, cujus verba in *Can. ult. d. diſt. 40.* referuntur, ita eleganter ſcribit: Multi Sacerdotes, & pauci Sacerdotes, multi nomine, pauci opere: Videte ergò, quomodo ſedetis ſuper cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum, non omnis Sacerdos Sanctus, ſed omnis Sanctus Sacerdos. Qui benè ſederit ſuper cathedram, honorem accipit ab illâ; Qui malè ſederit, injuriam facit cathedræ; ideoque malus Sacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit non dignitatem. In Judicio enim ſedens, ſiquidem benè vixeris, & benè docueris, omnium Judex es: Si autem benè docueris, & malè vixeris, tui ſolus condemnator eris. Nam benè vivendo, & benè docendo populum inſtruis, quomodo debeat vivere: Benè autem docendo, & malè vivendo,
14 DEUM inſtruis, quomodo te debeat condemnare. † Denique ad ordinem præficiendorum quod attinet, ſciendum eſt, neminem poſſe niſi per gradus Eccleſiæ ad ſummum ſacerdotium pervenire. Nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum. *Can. ult. diſtinct. 48.*
15 † Sunt autem ordines, ut diximus *ad Tit. de Temporib. ordinationum &c.* alii minores, & alii majores, qui & ſacri dicuntur. † Ad
16 minores ordines pertinent 1. oſtiarii, qui præſunt oſtiis Templi. Ipſi enim tenentes clavem omnia intus extraque cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes Judicium fideles recipiunt, & reſpuunt infideles. *Can. Cleros. 1. verſ. Oſtiarii diſt. 21.* 2. Lectores à legendo dicti, qui prædicant populis, quid ſequantur, *d. Can. Cle-*

Cleros. 1. verſ. Lectores. 3. Exorciſtæ, h. e. adjurantes ſive increpantes. Invocant enim ſuper catechumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini Jeſu, adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis. *d. Can. 1. verſ. Exorciſta.* 4. Acolythi, latinè Ceroferarii dicti, à deportandis cereis, quandò legendum eſt Evangelium, aut ſacrificium offerendum: Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur non ad effugandas tenebras: dum ſol eodem tempore rutilet, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, ut ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in *Cap. 1. Johan. d. Can. 1. verſ. Acolyth.* † Ad majo- 17
res verò ordines referuntur 1. Subdiaconi, qui infimi ſunt. 2. Diaconi, 3. Presbyteri, & 4. Epiſcopi. † Epiſcopi au- 18
tem rurſus in quatuor claſſes dividuntur, videlicet in ſimplices Epiſcopos, Metropolitanos, Archiepiſcopos, qui & Primates appellantur, & Patriarchas. † Qui igitur vult eſſe Epiſcopus, 19
ſit primùm oſtiarius, ſeu Janitor, deinde Lector, poſtea exorciſta, inde ſacretur acolythus, demum Subdiaconus, deinde Diaconus, & poſtea Presbyter, & deinde, ſi mereretur, Epiſcopus ordinetur. *Can. Illud nos ſtatuentes, 4. diſt. 77.* Sic etiam ſcribitur in *hoc n. Tit. cap. 1.* quòd Abbates, Decani & Præpoſiti, qui Presbyteri non ſunt, Presbyteri fiant: qui Archidiaconatus tenent, Diaconi: qui verò Archipresbyteratus, Presbyteri fiant, aut amittant honorem. Huc etiam facit *Can. ſollicitudo 1. diſt 52.* & *t. t. de Clerico per ſaltum promoto.* & quod ſcribitur in *pr. diſt. 48.* in hunc modum:
† Prohibentur etiam neophyti, h. e. ii, qui initio ſanctæ fidei ſunt 20
eruditione plantati. *Can. ſicut. 2. d. diſt. 48.* in Epiſcopos ordinari, ut qui heri erat catechumenus, hodiè non fiat Epiſcopus, qui heri erat in Theatro, hodiè non ſedeat in Eccleſià, qui veſpere erat in circo, hodiè non miniſtret altari; qui dudum fuerat fautor hiſtrionum, hodiè non ſit conſecrator virginum. Momentaneus namque Sacerdos neſcit habere humilitatem, obſervare modos perſonarum, vel ſe contemnere; non jejunavit, non flevit, non ſe correxit, non pauperibus erogavit. In arrogantiam, (quæ eſt ruina Diaboli) incidunt, qui puncto horæ necdum Diſcipuli, fiunt magiſtri, & ſicut *Innocentius* ait, miſerum eſt eum fieri magiſtrum,

 qui

mentum. † Ad exhibendum autem exteriorem & viſibi- 2
lem unctionem benedicitur oleum, quod triplex eſt: † Pri- 3
mum dicitur chriſma. de quo *vid. Martinus Delrio lib. 6 diſquiſitio-
num Magicar. c. 3 pag. 1032.* quod conficitur ex oleo & balſamo.
Per oleum myſticè nitor conſcientiæ deſignatur. Per balſamum
verò odor famæ exprimimitur. Hoc ergò chriſmate ungitur 1.
Epiſcopus, non tàm in corpore, quàm in corde: ut & interius ni-
torem conſcientiæ, quantum ad DEUM, & exterius odorem bo-
næ famæ, quoad proximum habeat. Debet enim Epiſcopus bo-
num habere teſtimonium, & ab his, qui ſunt intus, & ab his, qui
ſunt foris. Hoc unguento ſeu oleo Epiſcopi in capite & manibus
unguntur. Per caput autem mens, & per manus opera intelligun-
tur. Caput ungitur balſamo charitatis, ut Epiſcopus diligat DEUM
ex toto corde, & ex totâ animâ, & ex totâ mente ſuâ, & proximum
ſicut ſeipſum. Manus verò inunguntur oleo pietatis, ut Epiſco-
pus operetur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fi-
dei. *cap. unic. in pr. b. t.* † 2. Chriſmate unguntur omnes 4
Chriſtiani, & quidem bis poſt baptiſmum, in vertice & in fronte.
In vertice ideò ungitur baptizatus, ut ſit paratus omni petenti de
fide reddere rationem. In fronte verò, ut liberè confiteatur, quod
credit. *d. cap. unic. verſ. quia verò Chriſtus.* Et hæc unctio dicitur
confirmatio, atque fit tantùm per Epiſcopum *verſ. per frontis. d.
cap. unic.* † 3. Denique perungitur chriſmate altare, cùm 5
conſecratur templum, cùm dedicatur, & calix, cùm benedicitur
verſ. ungitur præterea. d. cap. unic. † Secundo oleo, quod 6
dicitur benedictum, unguntur catechumeni, & baptizandi, bis an-
te baptiſmum; primùm in pectore, deinde inter ſcapulas. In
pectore ideò, ut per Sancti Spiritus donum abjiciant errorem, &
ignorantiam, & ſuſcipiant fidem rectam. Inter ſcapulas verò, ut
per Spiritus Sancti gratiam excutiant negligentiam, & torporem,
& bonam operationem exerceant. *verſ. quia verò Chriſtus. &c.*
† Hoc etiam oleo unguntur Reges, non quidem in capite, ut olim
fiebat, ſed in brachio, humero, vel armo. Rationem adſignat Pon- 7
tifex in *verſ. Unde in veteri Teſtamento.* Et quia poteſtas Eccle-
ſiaſtica dignior eſt ſeculari. *can. duo ſunt. 10. diſt. 96. & cap. ſolici-
ta 6.*

ra 6. de Majorit. & obed. idcirco Epiſcopus inungitur chriſmate.
8 Rex verò oleo tantùm *d. verſ. Unde in veteri &c. in fin.* † Qui autem ſint Reges, qui de jure unguntur, tradit *Honorius in ſumm.*
9 *ad h. t, n. 3.* † Tertio oleo, quod infirmorum dicitur in *h. n. cap. verſ. ad exhibendum autem &c.* infirmi atque in extremitate vitæ conſtituti, unguntur. Unde etiam hæc unctio extrema appellari ſolet. Ex quâ autem causâ ſit inſtituta, explicat *Hoſtienſ. hic verſ. Scire te volumus ad voc. infirmum.* De hoc oleo videatur etiam *Martin. Delrio. lib. 6. diſquiſit. magicar. c. 3. pag. 1031. & ſeqq.*

De Sacramentis non iterandis.

Titulus XVI.

Summaria.

Utrum ſacramentum iterandum vel ſupplendum. 1.
Sacramentum quid? 2.
Quot olim fuerint, & quot hodiè in Eccleſiâ Rom. ſint. 3.
Neceſſaria quæ? 4.
Quæ voluntaria. 5.
Ad quid comparata. 6.
Quæ non ſint iterabilia & cur? 7.
Character quid? 8.
In non iterabilibus, quicquid prætermiſſum, ſupplendum. 9.

1 IN *Titulo proximè præcedenti* dictum eſt inter alia, quomodo unctio ſacra, quæ ſacramentum dicitur, fieri debeat. Quia verò interdum aliquid prætermitti poteſt, quæritur, utrum totum illud ſacramentum iterari, vel tantùm illud ſuppleri debeat, quod prætermiſſum eſt? Quod explicatur *in hoc Titulo*, qui inſcribitur
2 *de Sacramentis non iterandis.* † Sacramentum definitur cum

cum Auguſtino in *can. ſacrificium. 32. diſt. 2. de Conſecratione.* quod ſit inviſibilis gratiæ viſibilis forma. † Et quamvis antiqua Eccleſia duo tantùm genera Sacramentorum authoritate ſacræ Scripturæ habuerit, baptiſmum videl. & Euchariſtiam, poſtea tamen in Eccleſiâ Romanâ ſeptem tradi cæperunt ſacramenta, ut baptiſmus, confirmatio, Euchariſtia, pœnitentia, matrimonium, ordo & unctio, quæ hiſce verſibus ſunt comprehenſa: 3

Abluo, firmo, cibo, piget, uxor, ordinat, ungit,
Hæc ſunt Eccleſiæ ſeptem ſacramenta vocata.

† Horum autem ſacramentorum, quædam ſunt neceſſaria, quædam verò voluntaria. Hæc dicuntur, quæ ſine ſalutis diſpendio pro cujusque arbitrio, & recipi, & refutari poſſunt. Qualia ſacramenta ſunt ordo ſacer & matrimonium. 4 † Illa verò ſunt, quæ ſine interitu ſalutis æternæ prætermitti non poſſunt. Unde verſiculus: 5

Ordo voluntatis, torus eſt: dant quinque neceſſe.

† Comparata autem ſunt ſacramenta vel ad ingreſſum Eccleſiæ, ùt baptiſmus, vel ad progreſſum in Eccleſiâ, ùt confirmatio, pœnitentia, Euchariſtia, matrimonium, & ordo: vel denique ad egresſum ab Eccleſiâ, ùt extrema unctio. 6 † Et ex his ſacramentis tria tantùm ſunt non iterabilia, baptiſmus, confirmatio & ordo. Ratio illa ſolet afferri, quòd iſta ſacramenta characterem imprimant animæ. Reliqua verò quatuor ſacramenta, cùm characterem non imprimant, iterari poſſunt. 7 † Quid autem ſit iſte character diſputat *Abb. hic. n. 2.* ubi concludit cum *Innocentio & Hoſtienſi*, quod ſit quædam qualitas diſponens & habilitans animam ad ſuſcipiendam majorem gratiam, quæ qualitas dicitur à quibusdam Sanctitas, quia præparat animam ad ſatisfactionem. 8 † Si igitur in tribus ſacramentis, videlicet baptiſmo, confirmatione & ordine aliquid fuerit prætermiſſum, non fit illorum iteratio, ſed cautè dicitur ſupplendum eſſe, quod incautè fuerat prætermiſſum. *cap. 1. & ult. h. n. t.* 9

De Filiis Presbyterorum ordinandis vel non.

Titulus XVII.

Summaria.

Qui ordinari non poſſunt. 1.
Filii Presbyterorum in presbyteratu geniti ad ſacros ordines non promoventur. 2.
Eorum matrimonium inordinata conſtupratio dicitur. 3.
Objectioni reſpondetur. 4.
Exceptio ſubjicitur. 5.
Ejuſdem limitatio additur. 6.
Quid de legitimo ex matrimonio in laicali ſtatu nato, obtineat? 7.

1 ULtimum, quod in ordinatione conſideratur, eſt, ut ordinandus ſit ſine vitio. Ordinari igitur non poterunt 1. Filii Presbyterorum. 2. Servi. 3. Obligati ad ratiocinia. 4. Corpore vitiati. 5. Bigami, & 6. Clerici peregrini. De quibus omnibus ordine vi-
2 dendum erit. † Quod attinet 1. ad filios Presbyterorum, de quibus agitur in *h. t.* ſciendum eſt eos, ſi in presbyteratu ſint geniti, ad ſacros ordines promoveri non poſſe. *Can. Presbyterorum. 1. diſt. 56. cap. 1. & tribus capit. ſeqq. cap. 15. & cap. ult. h. n. t.* Ratio eſt, quia in ordinibus ſacris conſtituti, uxores ducere prohibentur. *Can. Sacerdotibus. 2. Can. ſi laicus. 7. diſt. 31. Auth. multò magis & Auth. Epiſcopo. C. de Epiſcop. & Cler. Novell. de Monachis. 5. cap. ſi quis. 8 & Novell. de Nupt. 22. cap. ſed & ſi quis. 42.* ut videlicet liberè cunctis diebus orationi vacare poſſint. *Can. ante triennium. 1. verſ. Cauſa verò. & d. Can. Si laicus. 7. diſt. 31. Can. propo-*
3 *ſuiſti. 2. verſ. nam ſi beatus Paulus diſt. 82.* † Unde ſi contrahunt nuptias, non ſolùm miniſterio excidunt, verùm etiam eorum matri-

matrimonium dicitur inordinata conſtupratio, liberique ex eo nati non ſunt legitimi, ſed tales, quales leges ex inceſtis aut nefariis natos nuptiis definiunt; ita ut neque naturales, aut nothi, ſeu ſpurii intelligantur, ſed prorſus & undique prohibiti, & ſucceſſionis genitorum indigni. *l. ſacris. 45. C. de Epiſcop. & Cleric.* Sacer autem ordo turpibus & infamibus perſonis conferendus non eſt. *cap. inter dilectos. 11. de Exceſſibus Prælator. & Subditor.* † Inveniuntur quidem non pauci, qui ex ſacerdotibus nati, Apoſtolicæ fidei præfuerunt, ut conſtat *ex Can. Oſius. 2. diſt. 56.* verùm illos omnes non de fornicatione, ſed de legitimis conjugiis, antequam Patres ipſorum ullo ſacro ordine eſſent decorati generatos fuiſſe, teſtatur *Canon. Cœnomanenſem. 13. verſ. Cùm ergò ex ſacerdotibus.* & quæ ibi notata ſunt, *ad verba: Sacerdotibus ante. d. diſt. 56.* Conſentit *Archidiaconus ad d. Can. Oſius 2. n. 1.* † Et hoc quod 4
diximus, intelligendum erit de filiis Presbyterorum & cæteris ex fornicatione natis, qui paternæ incontinentiæ imitatores ſunt. Nam ſi morum honeſtas eos commendabiles fecerit, poterunt ad ſacros ordines promoveri. *d. Can. Presbyterorum. 1 verſ. Sed hoc intelligendum eſt. d. diſt. 56. cap. ex tua 9. cap. literas. 14. h. t. n.* Naſci enim de illegitimâ conjunctione non eſt ejus culpa, qui naſcitur, ſed illius, qui generat. *can. naſci. 5. d. diſt.* Et undecunque homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur, & DEUM rectè colant, honeſti & ſalvi erunt. Semen enim hominis ex qualicunque homine DEI creatura eſt; & eo malè utentibus, malè erit, non ipſum aliquando malum erit. *Can. undecunque. 3. d. diſt. & Can. ſicut ſatius. 8. cauſa. 32. q. 4.* † Requiritur tamen diſpenſatio Papæ, ſi ordines, ad quos filii Presbyterorum promoventur, ſint ſacri & majora beneficia. *cap. ult. h. n. t.* Si verò quæſtio eſt de minoribus ordinibus, & beneficiis ſimplicibus, ſufficit Epiſcopi diſpenſatio. *cap. 1. h. t. in 6.* † Filius autem legitimus ex matrimonio in laicali ſtatu natus, ad ſacros ordines ſine diſpenſatione promovetur, ſi aliud canonicum non obviet, *cap. ad hæc. 12. h. n. t.* quamvis Eccleſiæ paternæ præeſſe non poſſit, *cap. præſentium. 3. cap. conquerente. 4. cap. quoniam. 10. cum cap. ſeq. 11. & cap. Michael. 13. eod. tit.* quia ſucceſſionem Eccleſia DEI hereditariam

in beneficiis Eccleſiaſticis deteſtatur. *Cap. ex tranſmiſſa. 7. eod. tit.*

Notabilia.

1. A filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda eſt. *cap. literas. 14.*

2. Indecorum eſt, ut in altaris officio illegitimus filius, impudico Patri miniſtret. *cap. cum decorem. 15.*

Error.

Filius in ſacerdotio genitus eſt illegitimus.

De Servis non ordinandis & eorum manumiſſione.

Titulus XVIII.

Summaria.

Vitium conditionis ſervilis ordinationem impedit. 1.
Ratio redditur. 2.
Servi manumiſſi ordinari poſſunt. 3.
Quid ſi ſervus ſciente domino ordinatus ſit? 4.
Quid ſi ignorante domino ſciente tamen Epiſcopo quod ſervus ſit, ordinetur? 5.

1 Actum eſt in *Tit. praeced.* de vitio originis ſeu nativitatis, quod ordinationem impedit; ſequitur nunc vitium conditionis ſervilis, propter quod ordinatio etiam fieri prohibetur. *Rub. cap. 1. & cap. conſuluit. 5. h. t. diſt. 54. in princ. & Can. 1. cum Can. ſeq. 2. Can. d. ſervorum. 6. Can. frequens. 10. & Can. Generalis. 12.* Cum
2 quibus conſentit *Can. Infames. 17. cauſa. 6. q. 1.* † Divinæ enim militiæ aggregandus, debet ab aliis eſſe immunis, *d. can. 1.* quia totus mancipatur ordini, quem quis ſuſcipit. Servus igitur, quia non eſt ſuæ poteſtatis, ad ordines promoveri nequit. *dd. Textib.*

tit. Affertur etiam alia ratio, ob quam ſervus ante manumiſſionem ordinari non debeat, quæ à vituperio deſumta eſt. Nam ſervus ſine licentiâ Domini ordinatus, eidem reſtitui debet. *cap. de Servorum. 1. h. t. n. d. can. frequent. 10. & can. ſi Servus. 20. d. diſt. 54.* quòd in vituperium totius collegii clericalis redundat. *d. cap. 1. h. t.* Melius igitur eſt, ut id præcaveatur, quod vituperari poteſt, & ante tempus occurratur, quàm ut poſt cauſam vulneratam remedium quæratur. *l. ult. C. in quibus cauſis in Integr. reſtitutio neceſſaria non eſt*, videatur etiam *can. admittuntur. 21. d. diſt. 54.* ubi ſervus propter ſuam vilitatem ad honorem clericatus non debet pervenire. † Si verò ſervi à Domino manumiſſionem ſunt conſecuti, ordinari poterunt, *cap. 1. tit. prox. præced. & princ. d. diſt. 54.* ubi per manumiſſionem plenam intelligimus, cùm videl. ſervi nullo obſequio retento, à Dominis ſuis libertatem percipiunt, *can. quicunque. 5. d. diſt. 54.* Qui verò retento obſequio, manumiſſi ſunt, pro eo, quod adhuc Patroni ſervitute tenentur obnoxii, nullatenus ſunt ad Eccleſiaſticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis ſervi. *d. can. 5. verſ. Qui verò.* Idem dicitur *in fine Can. multos 23.* & *Can. ult. d. diſt. 54.* † Servus etiam ſi ſciente & non contradicente Domino, in clero fuerit ordinatus ex hoc ipſo, quod conſtitus eſt, liber & ingenuus erit. *d. can. ſi ſervus. 20.* Quod deſumtum eſt ex *Auth. ſi ſervus. C. de Epiſcop. & Cler. & Novell. d. Sanctiſſimis Epiſcopis &c. 123. cap. ſi ſervus. 17.* † Si verò ſervus abſente vel neſciente Domino, Epiſcopo tamen ſciente, quod ſervus ſit, Diaconus aut Presbyter fuerit ordinatus, ipſe in Clericatus officio permanebit, eumque Epiſcopus Domino duplici ſatisfactione compenſet, h. e. duos æquè bonos tenetur Domino dare. *Can. ſi ſervus. 19. d. diſt. 54.* vid. *Abbas ad cap. de Servorum. 1. n. 1. h. t. n.*

3 (margin, beside "pervenire")
4 (margin, beside "diſt. 54. † Servus")
5 (margin, beside "Si verò ſervus abſente")

NOTABILIA.

1. Quod infirmari vel vituperari poteſt, præcaveri debet, *cap. 1.*

2. Natus ex patre ſervo, & matre liberâ matris imitatur conditionem, & fit liber, *cap. ult.*

De
Obligatis ad Ratiocinia ordinandis vel non.
Titulus XIX.

SUMMARIA.

Qui obligati ſint ad ratiocinia? 1.
Repelluntur ab ordinatione. 2.
Admittuntur ſi onera depoſuerint. 3.

1 ORdinari etiam impediuntur obligati ad ratiocinia, quales ſunt Procuratores, Actores, Executores ſeu Curatores pupil-
2 lorum, de quibus omnibus agitur *in h. t. 19.* † Ideò autem hi repelluntur ab ordinatione, ne Eccleſia infametur, quod ordinet perſonas cum damno & detrimento aliorum. *cap. unic. ibique*
3 *Abb. n. 2. d. t. & Can. magnus. 3. diſt. 54.* † Si verò onera depoſuerint, rationesque reddiderint ſuæ adminiſtrationis, poterunt ordinari. *dd. Textib.* Ceſſante enim causâ prohibitionis ceſſat ipſa prohibitio. *cap. cum ceſſante. 60. d. Appellat. recuſat. & relat.*

De
Corpore vitiatis ordinandis vel non.
Titulus XX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Mutilati repelluntur ab ordinatione. 2.
Exceptio. 3.
Exempla mutilatorum. & quinam ex iis repellantur. 4. 5. 6. *ſeqq. uſque ad fin.*

1 QUia propter corporis quoque vitium aliquis ordinari prohibetur, idcircò ſequitur nunc hic Titulus, in quo exponitur, quan-

quando corpore vitiati ordinandi ſint, vel non. † Sciendum 2
autem eſt, aliqua parte corporis læſos à ſacris officiis prohiberi, *diſt. 55. in pr.* cum videl. evidens & notabilis eſt læſio. † Cæ- 3
terum ſi modica eſt, neque magnam deformitatem induit, neque executionem officii impedit, non prohiberi. † Mutilatus 4
igitur manu ad ſacerdotium jure promoveri nequit, quia nec ſecurè propter debilitatem, nec ſine ſcandalo propter deformitatem membri, miſſam celebrare poteſt, quamvis cæteris officiis ſacerdotalibus fungi non prohibeatur, *cap. Presbyterum. 2. de Clerico ægrotante vel debilitato. & cap. expoſuiſti. h. t. n.* † Ille 5
quoque, cui oculus erutus eſt, non poteſt fieri ſacerdos *can. ult. diſt. 55.* † E contrà verò carens ungulâ pollicis, dummodo 6
ſit fortis in pollice, licitè ad ſacerdotium promovetur. *cap. ult. h. t.* † Sic habens in oculo maculam, quæ non inducit ma- 7
gnam deformitatem, etiam ad Epiſcopatum poterit promoveri. *d. cap. cum de tuâ. 2. h. t.* † Aliud exemplum proponitur in 8
cap. 1. eod. tit. ubi Presbyter, qui in duello digiti partem amiſit, ex diſpenſatione Epiſcopi ſui poteſt in ſuo ordine miniſtrare. †
Idem Juris eſt de eo, cui vel in cunabulis vel vi, vel medicorum con- 9
ſilio, metu imminentis periculi virilia ſunt amputata *can. ſi quis. 7. Can. Eunuchus. 8. Can. ſi quis. 9. diſt. 55. cap. ex parte 3. & cap. ex parte 5. h. n. t.* † Qui verò volens ſibi virilia amputavit, 10
clericus effici non poteſt, quia ſui homicida eſt, & DEI conditionis inimicus. *Can. ſi quis abſcidit. 4. cum Can. ſeq. 5. d. diſt. 55. & Can. maritum. 2 diſt. 33.* & ſi in Clero conſtitutus hoc fecerit, deponi debet *Can. ſi quis. 7. d. diſt. 55.* Idem dicitur *in Canone ſanctorum Apoſtol. qui ſibi ipſi. 21. & Can. ſi quis. 22.* † Excipi- 11
tur tamen in *cap. ſignificavit. 4. h. n. t.* ſacerdos, qui piâ intentione ſibi abſcidit virilia, credens ſe obſequium præſtare DEO. Hic enim præcedente Epiſcopi diſpenſatione, poterit ſuum officium, præter altaris miniſterium exercere, quia bona intentio malum factum excuſat. *Can. dixit. 3. ibique gloſſ. cauſa. 32. q. 4.* & ſimplicitati atque ignorantiæ venia tribuenda erit. *cap. cum univerſorum. 8. de rerum permutatione.*

De

De Bigamis non ordinandis.

Titulus XXI.

SUMMARIA.

Bigami repelluntur ab ordinatione. 1.
Quare? Ratio prima. 2.
Ratio ſecunda. 3.
Ratio tertia. 4.
Ratio quarta. 5.
Bigamus quis? 6. *ſeq.*
Quæ pœna bigamum ordinantis, remiſſivè. 8.

1 IN h. t. agitur de bigamiæ vitio, propter quod etiam impeditur ordinatio ad ſacros ordines, *cap. 1. & duobus ſeqq. h. t. diſt. 33. in*
2 *pr. Can. ſi quis. 1. & Can. maritum. 2.* † Solent autem quatuor adſignari rationes, ob quas bigamus non poteſt ad ſacros ordines promoveri, quarum prima deſumi ſolet à defectu Sacramenti, quia non ſit ibi ſacramentum unitatis, cùm bigamus car-
3 nem ſuam diviſerit. *Can. Acutius. 2. diſt. 26.* † Altera ratio affertur, quod ad ordinem propter ejus prærogativam, bigamus
4 admitti non debeat. *Can. una tantùm. 4. d. diſt. 26.* † Tertiam rationem deſumunt ab incontinentiâ bigami, quam ex eo colligere volunt, quia de una tranſivit ad aliam. *Can. propoſuiſti. 2.*
5 *diſt. 82.* † Ultima ratio eſt, quòd bigamus non poſſit eſſe hortator caſtitatis atque viduitatis, cùm ipſe conjugia frequentarit. *d. can. una tantùm. 4. in f. Gloſſ. d. diſt. 26. in princ. quam ſequitur*
6 *Abbas ad n. rubr.* † Bigamus autem non ille dicitur, qui matrimonium contraxit cum virgine, licèt prius ab alio fuerit deſponſata *cap. debitum. 5. h. t.* ubi etiam ratio adſignatur; nec etiam qui plures habuit concubinas *cap. quia circa 6. h. n. t.* Sed quî duas nuptias expertus eſt, quamvis nunc omninò cælebs ſit, & alteram uxorem ante baptiſmum habuerit *cap. de bigamis 3. eod. tit.*

d. can.

d. can. acutius 2. cum can. ſeq. 3. Et hic eſt verè Bigamus. † Qui 7
verò mortuâ uxore ad ſacros ordines promotus, cum ſecundâ de facto contraxit, eamque cognovit, bigamus quidem verus non eſt, ſed tamen bigamiæ pœnam incurrit, & in ſuſceptis ordinibus adminiſtrare non debet. *cap. nuper. 4. h. n. t.* Ideò autem hic non eſt verè bigamus, quia in ſacris ordinibus conſtitutus, non poteſt uxorem ducere, & ſi duxerit, jure non valet. *Cap. 1. de Clericis conjugatis*; unde conſtat, eum carnem ſuam in plures non diviſiſſe uxores. Habetur tamen pro bigamo, non quidem propter defectum Sacramenti, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto *d. cap. nuper. 4.* ſic etiam Subdiaconus qui cum viduâ contraxit, & eam cognovit ob eandem rationem bigamus non eſt, licèt bigamiæ pœnam incurrat *cap. ult. h. n. t.* † Quæ autem ſit 8
pœna ejus, qui bigamum ordinavit, traditur in *cap. ſuper eo 2. h. n. t.*

Notabilia.

1. Comitatur eum infamia, qui duas ſimul uxores habuit *cap. nuper 4.*
2. Veritas eſt opinioni præferenda *d. cap. 4.*

Error.

Bigamus non poteſt ordinari.

De Clericis peregrinis. Titulus XXII.

Summaria.

Prohibentur ab ordinatione peregrini. 1.
Quinam illi? 2.
Ratio prohibitionis. 3.
& remiſſivè. 4.
Exceptio. 5.
Exceptionis limitatio. 6. *ſeq.*

Digitized by Google

1 DEnique ordinati prohibentur Clerici peregrini *h. n. tit. diſt.*
2 *7. in princ. can. nullus 1. cum can. ſeq. 2. cauſa 9. q. 2.* † Clerici autem peregrini non ſolùm illi dicuntur, qui ſunt ultramarini, & valdè remoti *cap. 1 h. n. t.* verùm etiam omnes, qui non ſunt de Epiſcopatu, ſeu diœceſi, in qua promoveri cupiunt *cap. tuæ fraternitatis 3. eod. tit. can. Epiſcopum. 7. can. non invitati. 9. in fin. & can. ult. d. cauſa & q. d. diſt. 71. in pr. & can. 1. cum ſeqq. trib. cano-*
3 *nibus. & can. primatus 6.* † Ideò autem prohibentur hi ordinari, quia nullus debet alterius terminos uſurpare, *can. nullus 1.* atque falcem mittere in eam ſegetem, quæ alteri eſt commiſſa. *can.*
4 *ſcriptum eſt 1. cauſa 6. q. 3.* † Alias etiam rationes affert *Ho-*
5 *norius ad h. t. n. 1.* † Interdum tamen horum Clericorum ordinatio valet, quando videlicet ordinator habet conſenſum illius Epiſcopi, à quo receſſit Clericus, aliàs irrita erit hujuſmodi ordinatio *d. can. 1. can. 2. & 3. can. primatus 6. cum tribus ſeqq. cano-*
6 *nib. d. diſt. 71.* † Quia verò veritas rei nonnunquam obſcuratur mutatione perſonæ, decretum eſt, ut tranſmarini Clerici, niſi quinque vel eo amplius ſuorum Epiſcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur *cap. 1. h. n. t. diſt. 98. in pr. &*
7 *can. nullus 1. cum can. tranſmarinos 2.* † Et quia pro ſe nemo teſtari poteſt *cauſa 14. q. 2. in princ.* ideò non eſt audiendus Clericus iſte tranſmarinus, etiamſi jurare velit, quod ſit ordinatus *cap. inter quatuor 2. h. n. tit.*

De Officio Archidiaconi.
Titulus XXIII.

Summaria.

Continuatio. 1.

Archidiaconus quis, ejusque officium. 2. *ubi expl. c. 3. h.*

Quænam ſpectent ad ejus Jctionem? 3. 4. 5. 6. 7.

Quæ non? 8. 9. 10.

Hacte-

HActenus egimus de ordinatione perſonarum Eccleſiaſtica- 1
rum; Sequitur nunc, ut videamus de perſonarum ordinata-
rum officiis. Et primò quidem agendum erit de officio Archidia-
coni, quia Archidiaconus eſt major ſeu primus poſt Epiſcopum.
† Dicitur autem ejus vicarius *cap. 1. & cap. adhac 7. verſ. ſecun-* 2
dum h. n. t. atque oculus *d. cap. 7. verſ.* Item in Epiſtolâ *Joan.*
Paul. Lancelottus in Inſtit. Jur. Can. lib. 1. tit. 13. Ad hujus au-
tem officium quæ ſpectant, proponuntur in *cap. 1. cap. officium 2.*
cap. ea quæ conte m 3. (ubi pro voce: Similia: legendum videtur, ci-
meliæ. *arg. Can. Apoſtolicos 13. cauſa 12. q. 2.* quæ vox ſignificat
vaſa Eccleſiaſtica pretioſa. Sic cimeliarcha dicitur, apud quem res
iſtæ deponuntur *l. ult. §. 1. C. de Bon. auth. Judic. poſſidend.* & ci-
meliarchion locus eſt, in quo res pretioſæ, & in deliciis habitæ, re-
conduntur. *Guil. Budæus in annotat. poſterioribus ad l. moris. 9. §.*
nonnunquam 4. verſ. ſolet autem ita de pœn. pag. mihi 129.) cap. man-
damus 6. cap. adhac 7. & cap. ut noſtrum 9. h. t. can. perlectis 1. verſ.
Archidiaconus, & verſ. ab Archidiacono. diſt. 25. † Ad Juriſ- 3
dictionem autem Archidiaconi quæ ſpectant, hæc ferè ſunt. †
1. Audit Archidiaconus jurgia de humilioribus negotiis. Majo- 4
ra enim tenetur Epiſcopo referre *d. cap. adhac 7. & d. can. perle-*
ctis. verſ. ſollicitudo quoque. † 2. Inſtituit, h. e. transfert 5
nudam poſſeſſionem, & ponit Prælatos in ſede *d. cap. adhac 7. &*
d. cap. ut noſtrum 9. Abb. ad cap. cum ſatis 4. n. 1. h. n. t. † 3. 6
Punit exceſſus & crimina Clericorum *cap. licet 3. de pœn.* † 4. Qui 7
habet plures Eccleſias, alteram compellit eligere, & alteram dimit-
tere. *cap. referente 7. de præbend. & dignitat. Hoſtienſ. ad cap. offi-*
cium 2. ibique Abb. verſ. Quæro quæ ſpectant, & ad cap. ult. n. 7. h.
n. t. † Sine mandato tamen Epiſcopi, non poteſt Archidia- 8
conus alteri committere curam animarum *d. cap. cum ſatis 4. &*
cap. nullus 11. cauſa 16. q. 7. † Neque poteſt de Jure com- 9
muni excommunicare *cap. Archidiacono 5 h. t.* Diximus, de Jure
communi, quia de conſuetudine poteſt habere excommunicandi
poteſtatem *cap. cum ad Eccleſiarum 3. ibique gloſſ. & Abb. d. offic.*
Judicis ordinarii. Non etiam habet Archidiaconus Juriſdictio-
nem in monaſteriis, licet intra metas ſui Archidiaconatus ſint ſita,

10 niſi hoc conſuetudine præſcripſerit. *cap. ult. h. n. t.* Denique non poteſt Archidiaconus ſine licentiâ & autoritate Epiſcopi, promovendis ad ordines literas dare commendatitias *cap. ſignificaſti 8. h. n. t.*

NOTABILIA.

1. Nemo poteſt vindicare, quod ad ſuum non ſpectat officium *cap. cum ſatis 4.*

2. Ab omnibus, quod omnes tangit, approbari debet. *cap. adhæc. 7. in fin.*

De Officio Archipresbyteri. Titulus XXIV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Archipresbyter duplex. 2.
Civitatenſis, ejusq; officium. 3. & 6.
Explic. c. 1. h. 4.
Notatur gloſſa, ubi quid collecta? 5.
Ruralis quis & ejus officium. 7.

1 QUia Archidiacono ſubſunt Archipresbyter, Primicerius, Sacriſta, & cuſtos. *cap. adhæc. 7. Tit. præced. c. 1. h. t. cap. un. de offic. Primicerii. cap. unic. de officio Sacriſtæ. cap. 1. de officio Cuſtod. & can. perlectis 1. verſ. Archipresbyter verò. diſt. 25.* ideò compilator decretalium ordine horum officia explicat. Et 1. quidem tractat de officio Archipresbyteri, quia quæ ad Archidiaconum ſpectant, eo deficiente, Archipresbyter ſupplet. *Hoſtienſ. & Anton.*
2 *de Butrio ad d. cap. unic. d. offic. primicer.* † Eſt autem Ar-
3 chipresbyter alius civitatenſis, & alius ruralis. † Civitatenſis officium eſt, ſupra omnes Presbyteros in ordine poſitos, curam agere, & aſſiduè (h. e. horis debitis *Clem. 1. verſ. Ne igitur transgreſſiones de celebratione miſſarum, & aliis divinis officiis*) in Eccleſiâ

Digitized by Google

ſiâ ſtare,& quando Epiſcopi ſui abſentia contigerit,vice ejus miſſarum ſolennia celebrare,& collectas dicere, vel cui ipſe injunxerit, *d. can. perlectis. verſ. Archipresbyter verò* † *& cap. 1. h. t. n.* 4
Ubi per miſſarum ſolennia intelliguntur miſſæ, quæ celebrantur in præcipuis feſtivitatibus *cap. miniſterium 2. verſ. in præcipuis. h. t. n.* † Collectæ verò non rectè appellantur à gloſſa miſſæ, 5
quia in *dd. textib.* à miſſis ſeparantur, ſed ſunt orationes, ſeu precationes,quæ circa principium fiunt miſſæ, ideò dictæ, quod ſacerdos, qui fungitur ad DEUM legatione pro populo, petitiones omnium in eis concludat & colligat. *Archidiacon. in d. can. perlectis n. 14.* Hinc collecta in noſtris Eccleſiis,quæ ante dimiſſionem populi cantatur. Harum Collectarum exemplum habetur in Extravagantibus communibus *tit. de celebratione miſſarum 11. lib. 3.*
† De cæteris, quæ etiam ad officium Archipresbyteri civitatenſis 6
ſpectant, agitur in *d. cap. miniſterium 2. & cap. officio 3. h. n. 1.* quæ lectione tantùm indigent. † Ruralis verò Archipresbyter 7
curam gerit laicorum, & Presbyterorum, qui Eccleſias minores, Archipresbyteratui ſubjectas adminiſtrant, graviaque delicta, ſi quæ inciderint, ad Epiſcopum refert, nec aliquid contra ejus decretum ordinare præſumere debet *cap. ult. h. t.*

DE
Officio Primicerii.
Titulus XXV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Nomen primiceriis unde? & quinam ii communiter? 2.
Quinam hîc loci? 3.
De Præcentoribus,ſuccentoribus,concentoribus,&c. 4.
Officium Primicerii. 5.
&-remiſſivè. 6.
Abſentis ejus vicarius quis? 7.

I 3 Ideò

Digitized by Google

1 IDeò poſt Archipresbyteri officium, tractatur de officio Primicerii, quia in choro Primicerius eſt primus abſente Archipresbytero, *Gloſſ. ad h. rubr.* quam reliqui Canoniſtæ ſequuntur. †
2 Vox *Primicerii* non dicitur à primo, & cerio, ſed eſt vox ſimplex, quâ nihil aliud ſignificatur, quàm primus, & cerius eſt productio verbi. Qui igitur in quocunque ordine primum obtinet locum, appellatur primicerius. Sic primicerius fabricæ dicitur in *l. primicerium 2. C. de Fabricenſib. lib. 11.* Primicerius menſorum *l. unic. C. de menſorib. lib. 12.* & Primicerius domeſticorum atque protectorum, *l. Primicerius 2. C. de domeſticis & protectoribus. d. lib. 12.*
3 † Hoc autem loco primicerius dicitur, qui abſente Archipresbytero in choro & cantu primus eſt. Et quia ad eum cura pſallendi in Eccleſia ſecundùm modos & tonos pro diverſitate dierum & feſtorum ſpectabat *d. can. perlectis 1. verſ. ordo quoque*, ideò ſub ſe habebat cantores, qui præcentores, ſuccentores,
4 & concentores dicebantur. † Præcentores principium faciebant Pſalmodiæ ex Antiphonâ; unde & Pſalmiſtæ atque Antiphonarii nominabantur, quibus reſpondebant ſuccentores in ordine, cum Pſalmum Davidis juxta tonum antiphonæ inchoabant: hos tandem ſequebantur concentores, qui totam modulationem univerſo choro abſolvebant. *Can. Clerus 1. verſ. Cantor autem vocatus diſt. 21.* † Ad primicerii autem curam ſpecialiter per-
5 tinet, ut præſit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Eccleſiaſticis in ordine poſitis, ut ipſe diſciplinæ & cuſtodiæ inſiſtat; & ut ipſe juxta conſuetudinem Diaconis donet, h. e. præſcribat lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent *cap. unic.*
6 *h. t. n.* † Plura de Primicerii officio afferuntur *in d. can.*
7 *perlectis 1. verſ. ad primicerium pertinent.* † Quando autem Primicerius eſt abſens, ejus officium exſequitur, qui ei lege vel loco proximus eſt aut eruditione *d. can. verſ. Quando autem.*

De

De
Officio Sacriſtæ.
Titulus XXVI.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Quiſnam Sacriſta, & quod ejus officium. 2.

QUemadmodum deficiente Archipresbytero ſupplet ejus officium Primicerius, ita etiam deficiente Primicerio, ſupplet ea, quæ ad primiceriatûs officium ſpectant, Sacriſta, & eo deficiente, cuſtos. *Hoſtienſ. hîc.* Unde patet, cur poſt titulum d. officio Primicerii, ſequatur præſens titulus, & poſt hunc titulus *de officio Cuſtodis.* † Ad Sacriſtæ 1. officium ſpectat cuſtodia ſacrorum vaſorum. (Intellige *ſecundariò*, prima enim cura vaſorum ſacrorum pertinet ad Archidiaconum, ut ſupra diximus,) veſtimentorum Eccleſiaſticorum, & totius theſauri Eccleſiaſtici *cap. unic. h. t.* unde etiam Sacriſta rectè theſaurarius dicitur, ad quem ſimul ſpectat baſilicarum & oſtiarii ordinatio, incenſi præparatio, cura chriſmatis conficiendi, & baptiſterii ordinandi, præparatio luminariorum in ſacrario, & in ſacrificiis *can. perlectu. 1. verſ. ad theſaurarium diſt. 25.*

De
Officio Cuſtodis.
Titulus XXVII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Cuſtodis munera. 2. *ſeqq. uſque ad fin.*

QUia cuſtos eſt ſacriſta inferior, & quaſi ejus miniſter, idcircò hic Titulus ſequitur titulum de officio Sacriſtæ. † Hæc autem propria ſunt cuſtodis munera 1. ut horarum Canonicarum ſigna det, tintinnabulorum pulſatione, Archidiacono jubente. † 2. Ut pallia vel linteamina altaris, & cuncta utenſilia Eccleſiæ inde-

4 indeſinenter cuſtodiat. † 3. Accendendis vel extinguendis
lampadibus vigilem ſe præbeat, ne aut ſupra modum lucendi
oleum depereat, aut minus lucendo obſcurior ſit Eccleſia. †
5 4. Diligenter etiam curet, ne thuris unquam ſit inopia. † 5.
6 Ut panis & vini ad miſſæ ſacrificium omni tempore copia ſuppe-
7 tat. † 6. Et omnes denique oblationes ſeu eleemoſynas atque decimas, cum Archidiconi conſenſu in Epiſcopi abſentiâ inter fratres dividat *cap. 1. & cap. 2. h. t.*

Notabilia.

1. Cuſtos debet Archidiaconi ſui juſſioni in cunctis obedire. *d. cap. 1.*

2. Diſcretio eſt mater omnium virtutum. *d. cap. 1. verſ. ſed omnia cum diſcretione &c.*

3. Archidiaconus, Archipresbyter, & cuſtos ſunt tres columnæ Eccleſiæ *c. 2.*

De Officio Vicarii. Titulus XXVIII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Vicarius quis? 2.
Ejus diviſio. 3.
Vicarius, qui in divinis ſervit, quinam, & à quo conſtituatur? 4.
Non poteſt alium ſubſtituere. 5.
Quinam admittatur? 6.
Laicus prohibetur eſſe vicarius. 7.
Nec non habens curam animarum in diverſis Eccleſiis. 8.
Alius in perpetuum conſtituitur. 9.
Alius ad tempus. 10.

Alius

Alius quoad certam diœceſin. 11.
Non à quovis Epiſcopo pro lubitu conſtituendus. 12.
Quanta ejus autoritas? 13.
Vicarius, qui ad exercendam Jctionem in ſpiritualibus eſt conſtitutus, quis? & ejus appellationes. 14.
Quæ ejus Jctio & quouſque? 15. 16. 17.

IN Titulis quinque proximè præcedentibus aliquoties dictum 1
fuit de Vicariis, idcircò tractat nunc compilator Decretalium de
officio Vicarii. † Eſt autem *Vicarius*, qui vices alterius tàm 2
in foro contentioſo quàm negotioſo gerit *cap. 1. h. t. in 6.* quamvis enim quis per ſeipſum in Eccleſiis deſervire debeat, & non per alium *cap. extirpandæ 30. verſ. Qui verò, de præbend. & dignitat.* quia tamen Clerici frequenter ſuis officiis præeſſe non poſſunt, ideò conceſſum eis eſt, aliorum operâ uti, & ſibi viros idoneos eligere, quibus tutò vices ſuas mandare poſſint *arg. princ. tit. Inſt. de his, per quos agere poſſumus.* † Eſt autem alius Vicarius, qui 3
ſervit in divinis, & alius, qui ad exercendam Juriſdictionem conſtituitur. † Vicarium, qui in divinis ſervit, primò conſtituit 4
Epiſcopus, Archidiaconus, Archipresbyter, ut & quilibet Prælatus, ad quem plenaria ſpectat Juriſdictio, *Gloſſ. in Clem. unic. verſ. Quidam etiam &c. in verbis: ad menſam, de Exceſſib. prælator.* quam ſequitur *Joan. Honorius in ſumm. ad h. t. n. 1.* † Vicarius ta- 5
men non poteſt ſubſtituere vicarium; *Cap. clericos 4. eod. tit.* ne detur progreſſus in infinitum, & quia in vicarii conſtitutione videtur electa induſtria perſonæ. *Hoſtienſ. & Anton. d. Butrio ad d. cap. 4.* † Deinde quilibet poteſt eſſe vicarius, qui non eſt 6
prohibitus. † Prohibitis verò, de quibus ſuprà egimus *in Ti-* 7
tulo de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum, annumeratur laicus. Indecorum enim eſt laicum vicarium eſſe Epiſcopi, & ſeculares in Eccleſiâ judicare, quia in uno eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio. Quæ ratio affertur in *Can. In nonâ 22. cauſa 16. q. 7.* † Habens etiam curam animarum in 8
diverſis Eccleſiis, non poteſt conſtitui vicarius *cap. 1. h. n. t.* Et

K quia

quia vicarii tenentur perſonis & Eccleſiis deſervire, alienum eſt ab
ordine juris, ut quis ſit vicarius in duabus Eccleſiis *cap. providens 2.*
9 *h. t.* † Præterea modus conſtituendi vicarios varius eſt. Vel
enim autoritate & conſenſu Epiſcopi ad parochiales Eccleſias con-
ſtituuntur in perpetuum, unde & perpetui dicantur, & hi ſine cau-
ſa non poſſunt removeri. *cap. adhuc 3. & cap. ult. ibique gloſſ. voc.
perpetuos eod. tit. Abb. in d. cap. Extirpandæ 30. verſ. Qui verò. n. 9.*
10 *de præbend. & dignit.* † Vel conſtituuntur ad tempus loco
Dominorum abſentium. Et hi habent de beneficiis ſuſtentatio-
nem, reſiduumque fructuum reſervatur donationis, ex juſtâ causâ
abſentibus. Si verò juſtâ ex causâ non abſunt, in utilitatem Ec-
cleſiæ, quod ex præfatis beneficiis ſupereſt, converti debet, *cap.
cum ad hoc 16. de Clericis non reſidentib. in Eccleſiâ vel præbendâ.*
11 † Vel denique per Epiſcopos in certis diœceſibus conſtituuntur,
cap. cum nullus 3. de temporib. ordinationum & qualitate ordinando-
12 *rum in 6. Abb. d. loc. ubi gloſſ. Innocent. & Hoſtienſ. allegat.* † Et
quia regulariter quilibet canonicus ipſe debet ſervire, & non per
vicarium, uti probavimus, ideò Epiſcopum oportet eſſe circumſpe-
ctum, ne pro libitu vicarium conſtituat, ſed certis tantùm in caſi-
bus, quos recenſet *Hoſtienſis in d. cap. Extirpandæ 30. verſ. Qui ve-*
13 *rò, in verbis : niſi fortè.* † Denique vicario obediendum erit,
tanquam illi cujus vicem obtinet, quia per vicarium repræſenta-
tur ejus autoritas *can. valdè 1. diſt. 94.* Et tantùm de vicario, qui
14 in divinis ſervit, ſeu divina miniſteria peragit. † Sequitur
Vicarius, qui ad exercendam Jurisdictionem rerum ſpiritualium
eſt conſtitutus, atque Epiſcopi officialis *cap. licet 2 h. n. t. in 6.* at-
que miſſus *c. 1. de frig. & maleficiat. &c.* & miſſus Dominicus ap-
pellatur *c. ſi quis 2. de regular. & tranſeuntib. ad religionem.* †
15 Hujus Jurisdictio, ſi eum Pontifex Romanus in urbe reliquit, non
extenditur extra urbem *cap. tua nobis 5. h. t.* niſi fortè intrà cente-
ſimum milliare ad inſtar præfecti urbi *l. 1. §. initio 4. de off. præfe-
cti urbi. Gloſſ. Anton. de Butrio & Hoſtienſ. ad d. c. 5.* † Ha-
bet autem hic Vicarius ea, quæ pertinent ad Jurisdictionem ejus,
cujus vicem gerit. *l. 1. C. de officio ejus, qui vicem alicujus judicis vel
præſidis obtinet*, exceptis illis, quæ ſine mandato ſpeciali non

trans-

Digitized by Google

tranſeunt *cap. quod translatione 4. de offic. Legati. & l. 1. pr. de officio ejus, cui mandata eſt Jurid.* † Quæ autem ſint illa, explicatur *in cap. licet 2. & cap. ult. h. t. in 6.* 19

De Officio & poteſtate Judicis delegati. Titulus XXIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Magiſtratus aliquando vices ſuas demandant aliis. 2.
Horum appellationes. 3.
Appellationum rationes, remiſſivè. 4.
In delegatione judicum quænam conſideranda? 5. & 18. 24. 30. 35.
Quinam delegari poſſint? 6.
Qui non. 7. 8.
Judex à Papâ Principevé datus ſubdelegare poteſt. 9. & 31.
Ratio. 10.
Non omnibus poteſt delegari. 11.
Naturâ enim prohibentur minores, muti & ſurdi, & perpetuò furioſi. 12.
Secus ſi ſua habeant intervalla. 13.
Lege prohibentur infames. 14.
Juris ignari. 15.
Moribus prohibentur ſervi & fœminæ. 16.
Non cuivis cauſa ab Apoſtolicâ ſede committi debet. 17.
Quæ res delegari poſſint? 18.
Quæ non? 19. 20. 21.
Notatur Zæſius. 22.

Occurritur objectioni. 23.
Forma delegationis. 24.
Delegatio non debet extendi ad alias perſonas. 25.
Forma prima delegationis, cùm cauſa pluribus committitur. 26.
Expl. c. 21. h. 27.
Altera forma. 28.
Quidſi nulla in delegatione forma expreſſa? 29.
Delegationis effectus. 30.
Delegatus à Papa vel Principe poteſt ſubdelegare. 31.
Sed quando, quibus, & quas cauſas? remiſſivè. 32.
Quidſi ſubdelegatus detrectet? 33.
Tenetur ſubdelegatus & injuſtas delegati ſententias exequi. 34.
Quibus modis delegatio finiatur? 35. *ſeqq. uſque ad finem.*

1 IN Titulis aliquot præcedentibus actum eſt de officiis eorum, qui vices alienas gerunt in divinis officiis, & in Juriſdictione voluntariâ, nunc tractat compilator Decretalium de illorum officio, qui vices alienas gerunt in judiciis, & in Juriſdictione contentioſâ. *Gloſſ. ad h. rubr.* † Sciendum autem eſt, ſolere ali-
2 quando magiſtratus, cùm cauſas ad ſe ſpectantes, aut delegatas, ipſi vel cognoſcere, vel decidere nolunt aut non poſſunt, aliis vices ſuas demandare, qui ad judicium vocent, cauſam cognoſcant, de-
3 cidant, exequantur, aut unum vel plura ex his faciant. † Et hi dicuntur ſimpliciter Judices *t. t. de judiciis, & ubi quiſque agere vel conveniri debeat,* ut & Judices dati, *l. ſi longius 18. princ. & l. Judex datus 46. eod. tit.* & Judices delegati *h. n. tit. & l. à Judice 5. C. de Judic.* & Judices ſpeciales *l. fin. de offic. Prætor. & l. Præſes 5.*
4 *d. offic. præſid.* † Harum appellationum reddit rationem
5 *Donell. lib. 17. Comm. jur. civil. cap. 21.* † In delegatione autem Judicum conſideratur *1. perſona,* quæ poteſt delegare, & cui dele-

delegari poſſit. † Delegare poteſt præter ſummum Ponti- 6
ficem, & imperatorem omnis Magiſtratus ordinarius, ſive major
ſit *l. ſolet 16. cum l. ſeq. de Juriſdict. l. mandatam 2. l. cognitio 4. in pr. de officio ejus, cui mand. eſt Juriſdict. & l. legati 13. d. offic. Proconſ. & legati.* ſive minor *l. more 5. de Juriſd.* † Qui igitur non
propriam, ſed mandatam habet Juriſdictionem, alium ſubdelega- 7
re non poteſt. *l. ult. in pr. de offic. ejus cui mand. eſt Juriſd. & d. l. more 5.* † Unde à Judice Judex delegatus, Judicis dandi po- 8
teſtatem non habet, cùm ipſe judiciario munere fungatur *l. à Judice 5. C. de Judic.* quamvis à delegante eam accepit poteſtatem,
ut alium ſubdelegare poſſit. *And. Facb. lib. 1. controverſ. Jur. c. 45.*
† Judex tamen datus à Papa aut Principe, poteſt alium ſubdelega- 9
re. *cap. ſignificaſti 7. cap. ſuper quaſtionem 27. cum cap. ſeq. 28. & cap. venerabili 37. h. n. t. cap. ſi duo 3. cap. is cui 12. eod. tit. in 6. Clem. unic. h. t. d. l. à Judice 5. & l. unic. C. qui pro ſua Juriſdictione Judices dare darivé poſſunt,* quia hic eſt quaſi magiſtratus. †
Habet enim Executores & apparitores ſuos, ut & adſeſſores ad 10
inſtar magiſtratus, quos cæteri delegati non habebant, ut mirum
non ſit, quod à Principe delegati ſubdelegare potuerint *Jacob. Cujac. lib. 12. obſ. c. 1. & Gipban. ad d. l. à Judice 5.* † Non au- 11
tem omnibus indiſtinctè delegari poteſt. Quidam enim naturâ, quidam lege, & quidam moribus à delegationibus earum prohibentur. † Primò natura prohibentur, vel ob ætatem, ut 12
ſunt minores 20. annis. *cap. cum vigeſimum 41. h. t. n.* ubi limitationes traduntur, vel ob corporis vitium, ut ſunt muti & ſurdi, *Can. Infames 1. cauſa 3. q. 7.* vel ob vitium animi, ut ſunt perpetuo furioſi *d. can. 1. & l. cum prætor. 12. §. non autem 2. d Judic. & ubi quisque agere.* † Diximus autem perpetuò furioſi, quia 13
furioſum Judicem datum eſſe, nihil nocet, quo minus quod ſententiæ dixerit, ratum ſit, ſi mentis ſuæ effectus cognovit de re &
judicavit *l. cum furioſus 39. d. t.* † Deinde lege prohiben- 14
tur 1. Infames *d. can. Infames 1. & cap. ſciſcitatus 13. de Reſcript.* His enim actus legitimi ſunt interdicti *cap. licet ex quâdam 47. d. teſtib. & atteſtation. & cap. inter dilectos 11. de Exceſſib. Prælator.* † 2. Juris atque legum imperiti *Nov. de Judicibus & c.* 15

16 *82. in præfation. Donell. lib. 17. Comm. Jur. Civ. c. 24.* † De-
nique moribus prohibentur ſervi & fœminæ, non quia non ha-
bent judicium, ſed quia receptum eſt, ut civilibus officiis non fun-
17 gantur *d. l. cum prætor 12.* § *non autem 2.* † Hoc tamen no-
tandum eſt, quòd cauſæ ab Apoſtolicâ ſede, vel ejus legato nulli
committi debeant, niſi ſit in dignitate vel perſonatu, aut ſaltem
alicujus Eccleſiæ cathedralis canonicus *cap. ſtatutum 11. de reſcri-*
18 *ptis in 6.* † Secundum quod in hâc delegatione conſidera-
tur eſt res, quæ poteſt delegari. Poſſunt autem delegari, quæ jure
magiſtratus competunt, & ordinariæ ſunt Juriſdictionis atque
Imperii, quod illi cohæret, & junctum dicitur *l. 1. in pr. & §. 1. l.
ult. §. 1. de offic. ejus cui mand. eſt Jurisd. & cap. Paſtoralis 28. b. t.*
19 † Quæ igitur magiſtratui ſpecialiter ſunt tributa, veluti eſt ado-
ptio, manumiſſio, emancipatio, tutoris datio, & cognitio tranſa-
ctionis de alimentis *l. 1. & 2. de offic. juridic. l. magiſtratum 4. de
adoption. & emancipat. l. muto 6. §. tutoris datio 2. de tutel. l. 1. §.
legatus 1. de tutor. & curat. datis ab his. l. 1. & l. ult. C. de adoption.
l. ult. C. de emancipat. liberor. & l. cum hi 8. in pr. de tranſactionibus.*
delegari non poterunt *d. l. 1. in pr. d. offic. ejus, cui mand. eſt Ju-*
20 *risd.* † Quod etiam procedit de iis, quæ ſunt Juriſdictionis
criminalis, & meri imperii *d. l. 1. in princ. l. ſolent 6. in princ. de of-*
21 *fic. proconſul. & legat. & l. nemo 70. d. R. J.* † Et hoc obti-
net quoque de Jure Canonico, ut probat *Didac. Covarruv. lib. 3.
variar. reſolut. cap. ult. & Obrechtus lib. 4. de Juriſdict. c. 5. n. 42.*
22 *& ſeqq.* † Allegat *hic n. 18. Henric. Zœſius Didacum Covar-
ruv. lib. 3. variar. reſolut. c. 2.* in quo errat, quia in iſto capite non
agitur de delegatione meri imperii, ſed in *d. cap. ult.* & falſum
eſt, quod dicit, hanc diſputationem eſſe de lanâ caprinâ, quod Ju-
re Canonico non detur merum imperium, cui aſſertioni omnes
23 canoniſtæ adverſantur. † Et quamvis Eccleſia gladium
non habeat, niſi ſpiritualem *can. Inter 6. cauſa 33. q. 2.* tamen mul-
ti prælati habent merum imperium, de quibus quæritur, utrum
poſſint illud imperium aliis delegare. Non igitur videtur Zœſius
intelligere hanc quæſtionem, ſive ſtatum hujus quæſtionis. †
24 Tertium, quod hic conſiderandum venit, concernit delegationis
for-

Digitized by Google

formam, quæ exactâ diligentiâ eſt obſervanda *cap. cum dilecta 22. in f. de reſcript. cap. cum contingat 36. & cap. venerabili 37. h. n. t. l. diligenter 5. in pr. mandati vel contra. & l cum mandati 12. C. eod. tit.* † Non igitur delegatio extendi debet ad alias perſo- 25
nas in eâ non expreſſas *cap. ſignificante 34. cum cap. ſeq. de Reſcript. & cap 40. h. n. t. videatur cap. ex parte 13. eod. tit.* ex quo conſtat, judicem delegatum rationabiles exceptiones admittere, inque cauſis delegatis juxta juris ordinem & æquitatem potius, quàm ſecundum formam ſtatutam procedere poſſe niſi in literis exprimatur, quod nullæ exceptiones debeant admitti. † Duæ autem formæ in 26
Jure reperiuntur diverſæ, cum cauſa committitur pluribus delegatis. Nam quando tribus committitur cum clauſulâ, ſi omnes intereſſe nequeunt, quod duo eam nihilominus exequantur, duo procedere non poſſunt, niſi prius de impotentiâ Tertii conſtet: quod ſi proceſſerint, nihil reputabuntur egiſſe *cap. prudentiam 21. h. n. t.* † Ubi per impotentiam non ſolùm facti impotentia 27
intelligitur, ſi videlicet conſtiterit, tertium caſu mortis occumbere, aut inevitabilis neceſſitatis articulo impediri, quo minus valeat intereſſe; ſed etiam Juris, ſi eum ſervum vel infamem, vel aliquo legitimo impedimento detentum eſſe conſtiterit *cap. ſciſcitatus es 13. de reſcript.* † Si verò cauſa ſimpliciter eſt delegata pluri- 28
bus, ſententia ab uno lata non tenet *cap. cauſam matrimonii 16. h. n. t.* Et uno delegatorum rebus humanis exemto, omnium officium expiravit, niſi aliud fuerit in delegatione expreſſum. *cap. uno 42. eod tit.* † Nulla autem formâ in delegatione expreſsâ, 29
Juris forma ſervanda erit *cap. ex parte 13. h. t. & cap. cauſam 18. de Reſcript.* † Quartò poteſtas & effectus delegationis eſt, quod 30
poſſit delegatus omnes, qui citati venire, aut ejus judicio parere neglexerint, pro delicti qualitate & cauſæ arbitrio ſuo, ſi certa pœna in jure expreſſa non eſt punire, *cap. de cauſis 4. verſ. Illu etiam, & cap. præterea 5. h. t.* Videretur enim demandata Jurisdictio deluſoria, ſi ſubdelegatus coercitionem aliquam non haberet *cap. Paſtoralis 28. princ. & cap. ex literis 29. eod. tit.* † Poteſt et- 31
iam delegatus à Papâ aut Principe ſubdelegare *cap. ſignificaſti 7. h. n. t. & aliis ſimilib. textib.* † Quando autem, quibus perſo- 32
nis,

nis, & quas cauſas delegatus iſte ſubdelegare poſſit, exponitur *in*
33 *cap. ſi pro debilitate. 3. h. t.* † Si verò ſubdelegatus ſubdelegationem ſuſcipere detrectet, poterit delegatus eum ad ſuſcipiendum compellere, dummodo ipſe exonerare ſeipſum malitioſè non quærat *d. cap. Paſtoralis 28. in pr.* ubi etiam additur, quod delegatus in coactionibus inferendis dignitati & perſonæ deferre debeat. Modus autem cogendi perſonas ſublimi in loco poſitas, exprimitur. *in cap. ſanè quia nos 11. h. t. & cap. Quia Pontificale 2. d. offic.*
34 *& poteſtate judic. deleg. in 6.* † Huc etiam rectè refertur, quod ordinarius judex ſententiam etiam injuſtam delegati debeat exequi, ſi hoc ei fuerit damandatum *d. cap. paſtoralis 28. verſ. quia verò ſæpè contingit.* & delegatus prius delegationem probaverit
35 *cap. cum in jure 31. h. t.* † Denique finitur delegatio † 1. Mor-
36 te delegantis, re tamen adhuc integrâ *cap. relatum eſt 19. cap. Gratum 20. & cap. licet 30. h. n. t. l. & quia 6. de Jurisdict. & l. inter*
37 *cauſas 26. in pr. Mand. vel contra.* † 2. Morte ejus cui facta eſt delegatio *cap. quamvis 6. h. t. in 6. & §. item ſi adhuc 10. J. de*
38 *mandat.* † 3. Si lapſus ſit dies, ad quem cauſa ex formâ delegationis terminari debuerat, niſi à partibus prorogatus ſit *cap. de*
39 *cauſis 4 pr. h. n. t.* † 4. Revocatione, modò ſubdelegatus
40 Jurisdictione nondum uſus fuerit *d. cap. quamvis 6.* † 5. Si
41 à Judice delegato ſententia lata executioni fuerit mandata. *cap. in*
42 *literis 9. h. t. n.* † 6. Et ultimò recuſatione delegati. *cap. inſinuante. 25. & cap. licet 30. h. n. t.*

NOTABILIA.

1. Agentes & conſentientes pari pœnâ puniuntur *cap. 1.*

2. Cui cauſa committitur ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem *cap. præterea 5. in f.*

3. Judicis autoritas & Jurisdictio ceſſat, quando ſemel eſt officio ſuo functus *cap. in literis 9. & cap. venerabili 37.*

4. Judex à Papâ delegatus major & dignior eſt quovis ordinario Judice *cap. ſanè quia 11.*

5. Papa ignorat literas ſuas *cap. ex parte. 12.*

6. Ju-

6. Judex debet parcere laboribus partium, & expenſis. *cap. cum te 18. & cap. ſuper 27.*

7. Citatione factâ, negotium eſt quaſi cæptum *cap. gratum 20.*

8. Integrum eſt judicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur *cap. prudentiam 21. in fin. princ.*

9. Quibus principale committitur, & acceſſorium committitur *d. cap. 21. verſ. Sexta nobis in fin.*

10. Judicium Eccleſiaſticum non debet exerceri in tenebris *cap. conſuluit 24.*

11. More Romano dies à medietate noctis incipit, & in medio noctis ſubſequentis deſinit *d. cap. 24.*

12. Diſcretus Judex in adſignatione peremtorii, non debet Juriſdictionem ſuam (niſi neceſſitas exigat) nimis arctare *d. cap. 24. in f.*

13. Per æquitatis ſemitam eſt incedendum. *cap. quærenti. 26.*

14. Quadrimeſtre tempus ad ſolvendum debitum à lege reo conceditur *d. cap. 26.*

15. Juriſdictio nullius videtur momenti, & deluſoria, ſi coërcitionem aliquam non habet *cap. paſtoralis 28. in pr. & cap. ex literis. 29.*

16. Perverſorum malignitatibus obviare debemus *d. cap. 28. verſ. cum autem. &c.*

17. Ex fraude non eſt lucrum reportandum *d. verſ. cum autem &c.*

18. In hoc tantùm debet quis puniri, in quo peccávit *cap. cum olim 33.* Et ibi debet eſſe pœna ubi & noxia eſt *l. ſancimus 22. C. d. pæn.*

19. Nemini debet dolus ſuus patrocinium adferre. *d. cap. 33. in fin.*

20. Pro ſententiâ eſt præſumendum *cap. cum 34. circa fin.*

21. Procurator litem conteſtando fit Dominus litis *d. cap. 34.*

22. Cui Juriſdictio, eidem & cætera, ſine quibus explicari non poteſt, intelliguntur eſſe commiſſa *cap. ſuſpicionis 39.*

L ERROR,

Error.

Eccleſia Romana inter alias obtinet principatum. *cap. conſultationibus 10. in fin.*

De Officio Legati. Titulus XXX.

Summaria.

Continuatio. 1.
Legati ſunt varii, & quæ ſignificatio hujus loci. 2.
Legati Pontificis neceſſarii ſunt. 3.
Sunt triplicis generis. 4.
(1.) *Cardinales.* 5.
(2.) *Conſtituti.* 6.
(3.) *Nati.* 7. *& ſeq.*
Alia legatorum diviſio in magnos, majores, & maximos. 9.
Omnes habent Jctionem ordinariam. 10.
Niſi præſens Cardinalis, quô caſu minorum Jctio ceſſat. 11.
Debentq́; executionem ſui officii dimittere. 12.
In pluribus locis legati, poſſunt unius loci facta in quolibet alio loco explicare. 13.
Exceptio. 14.
Ejusdem limitatio. 15.
Legati poſſunt exercere quæ quilibet ordinarius exiſtens in ſuâ provinciâ. 16.
Inde illatio prima. 17.
Illatio ſecunda. 18.
Illatio tertia. 19.

Quæ

Digitized by Google

Quæ limitatur. 20.
Illatio quarta. 21.
Plus reliquis legatis poſſunt Cardinales. 22. 23. 24. 25.
Plura de legatis, remiſſivè. 26. & 29.
Explic. c. 2. 3. 4. h. t. 27.
Modi quibus finitur legati officium. 30. *ſeqq. uſque ad finem.*

IN Titulo præcedente egit compilator Decretalium de Judice delegato, ejusque officio. Quia verò Legatus in quibusdam eſt ſimilis delegato, ideo tractat nunc de Legati officio *Gloſ. ad h. n. rubr.* † Sunt autem varii legati. Alii ſunt Legati reipublicæ, de quibus tractatur in *Tit. Pandect. de Legationibus.* alii hoſtium *l. ult. d. Tit. & can. Jus gentium 9. diſt. 1.* alii Proconſulis. *t. t. de offic. Proconſ. & Legat.* alii Cæſaris *l. legatus 20. d. offic. Præſid. l. diem 4. d. offic. Aſſeſſor. l. ſed addes 19. §. ult. Locat. conduct. & l. excipiuntur 14. d. Sct. Silan.* & alii denique ſummi Pontificis, qui ſunt Judices ordinarii, de quibus agitur in *h. t.* † Cùm enim multa ita ardua ſunt, ut Pontificis autoritatem deſiderent, & ipſe omnibus ubique præſto eſſe non poſſit, neceſſarium fuit, ut aliqui in provincias mitterentur, qui vicem ejus gerentes ea adminiſtrarent, quæ alioqui ſedis apoſtolicæ poteſtate eguiſſent. † Hi autem legati non ſunt unius, ſed triplicis generis. † Quidam enim dicuntur Legati de latere, *ut Cardinales*, qui ex latere ſummi Pontificis, ejusque ſenatu eliguntur, & in provincias ad inſtar veterum Proconſulum cùm plenâ poteſtate, ut ibidem evellant, & diſſipent, ædificent, atque plantent, mittuntur *c. 2. h. t. in 6. & cap. ſi abbatem 36 de Elect. & Elect. poteſt. in 6.* † Alii verò Legati appellantur *conſtituti*, qui non ſunt de latere Pontificis miſſi, ſed eis committitur legationis officium ratione perſonæ *cap. ex communicatis 9. h. n. t. & cap. h. 1. eod. Tit. in 6.* † Denique ſunt etiam legati, qui legationis officium dignitati ſuæ habent annexum, unde & Legati *nati* dicuntur, quia una cum dignitate, quam habent id officium naſcitur. *cap. 1. & ibi Abbas n. 1. h. n. t.* † Tales lega-

1
2
3
4
5
6
7
8

Digitized by Google

legati ſunt Archiepiſcopus Cantuarienſis, Eboracenſis, Remenſis, & Piſanus, ut teſtatur *Abb. d. loc. Henricus Boich. in cap. dilectus 6. n. 1. h. n. t. & Hieronym. Gigas tract. de Penſionibus Eccleſiaſticis q.*
9 *6. n. 23.* † Horum autem Legatorum quidam ſunt magni, ut nati, quidam majores, ut conſtituti, & quidam maximi, ut laterales. *Speculat. lib. 1. rubr. d. Legato, verſ. ſequitur videre n. 3.*
10 † Omnes autem habent Juriſdictionem ordinariam. *cap. ult. ibique Abb. n. 3. h. n. t. d. cap. 2. eod. tit. in 6. idemque Abbas in d. cap. 1.*
11 *n. 3.* † Si tamen præſens eſt Legatus de latere, reliqui Legati Papæ non debent exercere Juriſdictionem. Minor enim majori de-
12 bet exhibere reverentiam *can. denique 6. diſt. 21.* † Legatus autem de latere, quia cardinalis eſt, major eſt cæteris Legatis. Unde ſequitur quod pro Apoſtolicæ ſedis reverentiâ minor legatus, præſente legato de latere, executionem ſui officii dimittere debeat. *cap. volentes 8. h. n. t. & cap. antiqua 23. vers. Dominica verò d.*
13 *Privileg. & Exceſſib. Privilegiator.* † In pluribus autem locis Legati, cujuscunque ſint generis, poſſunt in quolibet dictorum locorum Juriſdictionem ſuam exercere, & unius loci facta in alio explicare *cap. novit ille 7 h. n. t.* quia Legati habent Juriſdictionem ordinariam in totâ provinciâ *cap. Cum Epiſcopus 7. de Offic. ordinar.*
14 *in 6.* † Non tamen poſſunt trahere hominem unius provinciæ ad aliam, licet in utraque Legatus habeat Juriſdictionem. *Can.*
15 *neminem 16. cauſa 3. q. 6. Abb. in d. cap. novit ille. n. 2.* † Et hoc verum eſt de Juriſdictione contentioſâ; Nam ea quæ ſunt voluntariæ Juriſdictionis poteſt etiam legatus extra provinciam ſibi
16 commiſſam exercere, *l. omnes 2. pr. de offic. Proconſ. & Legat.* † Et quia Legati in provinciâ vices Papæ gerunt *cap. 1. h. n. t. cap. cùm venerabilis 7. de conſuetud.* & propterea ordinarii ſunt in illâ provinciâ *cap. legatos 2. h. t. n. in 6.* patet, eos poſſe exercere illa, quæ quilibet ordinarius exiſtens in ſuâ provinciâ, de Jure aut conſuetudine exercet. ſive ille ſit Abbas, ſive Epiſcopus, archiepiſcopus, ſive primas vel Patriarcha, vel alius quicunque *l. ſi in aliam 7. §. ult. d. offic. Proconſ. & Legat. Speculat. d. rub. d. Legato. verſ. nunc o-*
17 *ſtendendum eſt. n. 54.* † Quibus conſequens eſt, poſſe 1. Legatos Papæ cauſas Provincialium audire, & de querelis eorum cogno-

gno-

Digitized by Google

gnoſcere *cap. 1. h. n. t.* † 2. Statuta in provinciâ facere perpe- 18
tua, licet eandem poſtmodum ſiut egreſſi *cap. ult. h. t. n.* † 3. 19
Cauſas aliis delegare *d. cap. ult. verſ. ſecus autem*, quia quilibet or-
dinarius hoc poteſt *l. unic. C. qui pro ſuâ Juriſdict. Judices dare da-
rive poſſunt. & cap. ut litigantes 5. d. offic. ordinarii in 6.* † Si 20
tamen citatio delegati non præceſſerit, priusquam finiretur Juriſdi-
ctio Legati delegantis, cauſa ab eo antea commiſſa, non poterit
poſtea per ejus delegatum cognoſci, quia Juriſdictio ante citatio-
nem emiſſam, in delegatum non eſt efficaciter tranſlata, ſed ad-
huc cenſetur in legato delegante remanere *cap. gratum 20. cap. li-
cet 30. de offic. & poteſt. Jud. deleg. & d. cap. ultim. verſ. ſecus au-
tem.* † Et 4. concilium provinciale congregare. *cap. ſicut* 21
olim 25. d. accuſat. inquiſitionib. & denunciat. ubi dicitur, quod hoc
poſſit archiepiſcopus, quo tamen major eſt legatus in provinciâ ſibi
decretâ. *Abb. in cap. quod translatione 4. h. n. t. n. 7.* † Quæ- 22
dam tamen poſſunt legati de latere, quæ reliquis legatis, ſive conſti-
tuti, ſive nati ſint, denegantur. † Nam legati cardinales ſine 23
ſpeciali mandato jure legationis beneficia poſſunt conferre. Sicut
enim illi honoris prærogativâ lætantur, ſic eos autoritate fungi vo-
lumus ampliori, inquit Papa *in cap. 1. h. t. in 6.* † Poſſunt e- 24
tiam Legati Cardinales excommunicatos ob manuum injectio-
nem violentam in Clericos abſolvere quoscunque tàm in provinciâ
eis decretâ, quàm extra provinciam, tàm ſubditos quàm extraneos
cap. Excommunicatu 9. & ibi Abb. n. 3. h. t. n. † Denique le- 25
gatus de latere habet poteſtatem in exemtos *cap. 1. d. V. S in 6.* †
Plura de officio Legatorum Papæ tradit *Speculator d. rubr. verſ ſu-* 26
pereſt videre. Quæ verò iis ſint interdicta *conſtat. ex cap ſtuduiſti
2. & capitulis duobus ſeqq. h. n. t.* † *In d. cap. 2.* ſcribitur, 27
quod de causâ ſpecialiter delegatâ à Papâ, legatus ſe non poſſit
intromittere, cum mandatum ſpeciale derogat generali † In 28
reliquis verò capitulis duobus negat Pontifex, legatum de latere
poſſe transferre Epiſcopos, vel unam Eccleſiam cathedralem alteri
ſubjicere, vel duos Epiſcopatus unire, vel unum dividere, quia hæc
ſint in ſignum privilegii ſingularis tantùm ſummo Pontifici reſer-
vata, quæ ſine ſpeciali conceſſione non veniunt *cap. quod transla-*

29 *tione 4.h.t.* † Videatur *Specul. d. loc. verſ. nunc oſtendendum*
30 *eſt, ubi latè agit de his, quæ legatis Papa ſunt interdicta.* † Fi-
31 nitur autem legati officium variis modis. † 1. Tempore, cum videl. Tempus, ad quod Legatus datus aut miſſus eſt, præteri-
32 it, *cap. de cauſis 4. de offic. & poteſt. Judic. deleg.* † 2 Legati morte & non conſtituentis *d. cap. Legatos 21. h. n. t. in 6.* niſi Legatio ſit perſonalis, quia tunc etiam morte ejus, qui legatum miſit, legati officium expirat. *Specul. d. loc. verſ. Finitur autem n. 1. qui al-*
33 *legat. cap. mandata 6. de præſumt.* † 3. Si Legatus retulit cauſam ad Papam, tunc deſinit illius eſſe Judex, *cap. licet 5. h. n. t.* ne videatur autoritas Papæ illudi, contra *cap. Bonæ memoriæ 4. d. Po-*
34 *ſtulat. Prælator.* † Poteſt tamen illam cauſam reaſſumere Legatus conſenſu partium, quando non eſt præſentata Papæ *Gloſ.*
35 *in d. cap. 5.* † 4. Revocatione legationis *cap. audita querela 4. de reſtitutione ſpoliator. & l. judicium 58. de judic. & ubi quisque*
36 *agere vel conveniri debeat.* † Denique finitur officium legati, cùm provinciam, in quam miſſus eſt, egreditur non reverſurus *l. præſes. 3. d. offic. præſid. cap. novit. 7. & cap. ult. ibique Gloſſa, in verb. expiret h. n. t.*

Notabilia.

1. Mandatum ſpeciale derogat generali *cap. ſtuduiſti 2.*
2. Quædam ſunt in ſignum privilegii ſingularis tantùm ſummo Pontificii reſervata *cap. quod tranſlatione. 4.*
3. Manuum injectiones in Clericos dicuntur ſacrilegæ *in d. cap. 4.*

De
Officio Judicis ordinarii.
Titulus XXXI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Judex ordinarius quis? 2.
Jctione ſuâ ut propriâ, non alienâ utitur. 3.
In quo differat à delegato. 4. 5.

A quo-

A quonam conſtituatur. 6. 7.
Judex ordinarius eſſe quis poſſit? 8. 9.
Prohibentur ſervi & Monachi, 10.
Fœminæ. 11.
Exceptio. 12.
Minores. 13.
Impubes & furioſus. 14.
Infamis. 15.
Ordinarii judicis officium quodnam. 16.
In crimina inquirit, eaque punit. 17.
Quam pœnam & Epiſcopus ſervare debet. 18.
Poteſt quandoque indeterminatè reum arguere & punire. 19.
Non debet revelare confeſſionem ſub pœna. 20. 21.
Etiamſi in teſtem productus. 22.
Prob. ex ſacris. 23.
Imò licèt deponat confeſſionem, tamen nil operatur. 24.
De quo plura remiſſivè. 25.
Poteſt abſolutum à Papa, qui veram excommunicationis cauſam ſuppreſſit, remittere. 26.
Et aliorum negligentiam ſupplere. 27.
Explic. c. 6. & 7. h. t. 28.
Poteſt Jctionem ſuam alii mandare. 29.
Exceptio, remiſſivè. 30.
Quomodo judicare debeat. 31.
Quibus modis officium ejus finiatur. 32. 33. *ſeqq. usque ad fin.*

QUia legati officium dignius eſt, & honorabilius Judicis ordinarii officio *cap. ſanè quia 11. & ibi Canoniſtæ d. off. & poteſt. judicis delegat.* idcircò rectè præmiſſus eſt titulus de officio lega- 1

gitimè præſcripta *cap. ult. d. conſuetud. Georg. Obrecht. lib. 2. de juriſd. c. 9. n. 27. & 28.* † Poteſt autem quilibet fieri ordinarius, qui non prohibetur, quia judicandi poteſtas eſt ex genere permiſſorum *l. cum Prætor 12. pr. de judic. & ubi quis agere vel. conv. deb.* † Qui verò prohibeantur conſtat ex trito iſto verſiculo: Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama. † Prohibetur propter conditionem fieri ſervus ordinarius *d. l. 12. §. non autem 2.* ut & monachus atque converſus, quia mortui reputantur. *gloſ. ad d. l. 12. & ult. in verb. In poteſtate.* † Propter ſexum prohibentur fœminæ *can. mulierem 17. cauſa 33. q. 5. d. l. 12. § 2. & l. fœminæ 2. princ. de R. J.* ne contra pudicitiam ſexui congruentem cauſis ſe immiſceant, & virilibus officiis fungantur mulieres *cap. mulieres. 2. de jud. in 6. l. 1. §. ſecundo loco 5. de Poſtul. l. alienam 18. & l. maritus 22. C. de Procurat.* Unde etiam non poteſt compromitti in fœminam. *l. ult. C. de Recept. arbitr.* Quia compromiſſum ad ſimilitudinem judiciorum redigitur *l. 1. d. t.* † Ad judicandi tamen munus fœminæ poſſunt aſpirare, ſucceſſione, conſuetudine, aut privilegio. *cap. dilecti 4. ibique Canoniſt. d. arbitris.* † Propter ætatem prohibentur minores 25. annis *cap. cum viceſimum 41. d. offic. & poteſt. jud. deleg.* Judicandi enim munus ad munera perſonalia pertinet *l. munerum 18. §. judicandi 14. de munerib. & honorib.* à quibus remoti ſunt minores 25. annis *l. ad rempublicam 8. eod. tit. & l. 2. C. qui ætate ſe excuſant lib. 10.* Deinde quia minor non poteſt cogi, ut judicet *l. cum lege 41. de recept. qui arbitr. recep.* qui autem non poteſt cogi ut judicet, non poteſt eſſe judex. *l. judex 46. l. de qua 74. pr. & l. quippe 78. de judiciis & ubi quisque ag. vel conv. deb. Conſtantin. Harmenopulus in promtuario juris Civ. lib. 1 tit. 4. Cujac. ad l. 1. C. qui ætate ſe excuſant. d. lib. 10. & lib. 17. obſ. c. 34. & Donell. lib. 17. com. jur. civil. c. 21.* † Propter diſcretionem repellitur ab officio ordinarii impubes & furioſus *d. l. cum prætor 12. §. non autem 2. de judic. &c.* † Denique propter famam non poteſt eſſe ordinarius infamis *cap. ſciſcitatus 13. de Reſcript.* Quamvis enim judicandi munus ſit onus, illud tamen conjunctum eſt cum honore *cap. ut debitus 59. & ibi gloſ. d. Appell. recuſat. & relation. & l. ult. C. quando provocare*

non eſt neceſſe, à quo remoti ſunt infames. l. 2. C. de dignit. lib.
16 12. & cap. pen. d. R. J. in 6. † Ad officium autem ordinarii
ſpectant omnia, quæ jure magiſtratus competunt cap. cum Epiſco-
17 pus 7. & ibi Canoniſt. d. offic. ordinar. in 6. † Hinc poteſt in
crimina commiſſa inquirere, & punire, & cum opus fuerit, brachi-
um ſeculare invocare cap. 1. & cap. quoniam 14. h. n. t. & l. præſes
3. d. offic. præſid. Publicæ enim utilitatis intereſt, ne crimina re-
maneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam
fuerant, nequiores cap. ut famæ 35. d. ſentent. Excommun. l. ita vul-
neratus 51. verſ. quod ſi quis abſurdè ad l. Aquil. l. ſtichum 98. §. 1.
de ſolut. & liberat & l. Locati 9. §. quod illicitè 5. de publ. & vecti-
18 galib. † Cùm igitur Epiſcopo ſubeſt ordinarius, debet & ipſe
Epiſcopus ſervare pœnam, & eam non relaxare, quam ordinarius
reo dictavit cap. cum ab Eccleſiarum 3. & cap. ad reprimendam 8. h.
19 n. t. † Si tamen ordinarius ſcit, non ut judex vel homo, ſed
ut DEUS ſubditum eſſe criminis reum, indeterminatè poterit
eum arguere vel punire, ſed non nominatim cap. ſi ſacerdos 2. h.
20 n. t. & cap. omnis 12. d. pœnit. & remiſſ. † Ubi ſcribitur, eum
qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præſumſerit
revelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum, verùm et-
iam ad agendum perpetuam pœnitentiam, in monaſterium detru-
21 dendum eſſe. † Colligunt etiam Dd. ex l. 1. §. ſi quis 38. de-
poſiti vel contra. talem ſacerdotem teneri ad intereſſe, & poſſe a-
22 ctione injuriarum conveniri. † Proinde ſi in teſtem produ-
citur, non tenetur revelare, quæ in confeſſione audivit, & audacter
ſine notâ mendacii & perjurii dicere poterit, ſe nihil ſcire, nihilque
23 audiviſſe. † Quod probare conantur per cap. 24. Matthæi,
ubi dicitur, quòd neque Chriſtus ſciat diem judicii, puta ut noſtri
24 Theologi interpretantur, ad revelandum. † Imò licet ſa-
cerdos in teſtem productus dicat, & de confeſſione deponat, nihil
probat, quia facta eſt iſta depoſitio contra jus. l. non dubium 5. C.
25 d. LL. & Conſtitution. Princip. &c. † Qua de re plura vide-
antur apud Vincent. Caroz. in tract. de Revelatione Confeſſionis &
Martinum Delrio lib. 6. diſquiſitionum magicar. cap. 1. ſect. 2. †
26 Et quia ſupprimenti veritatem, abſolutio ſurrepta non prodeſt, ut
ſcri-

Digitized by Google

ſcribitur *in cap. officii 42. d. ſentent. excommunic.* ideò ordinarius judex abſolutum à Papa, qui veram excommunicationis cauſam ſuppreſſit, ad eum debet remittere. *cap. ex parte tuâ 5. h. n. t.* † 27
Poteſt etiam ordinarius aliorum negligentiam ſupplere. † Exempla proponuntur in *cap. ſignificavit 6. & cap. quanto. 7. h. t.* In illo autem ſcribitur, quòd ordinarius loci poſſit ſupplere, ſi ex deſidiâ vel malitiâ delegati Papæ quis perſeveret in peccato, quamvis cauſa fuerit delegato commiſſa. In hoc verò dicitur ordinarius abbatis negligentiam ſupplere, qui non revocat monachum vagabundum. † Præterea poteſt ordinarius juriſdictionem ſuam vel omnem, vel unam tantùm ſpeciem, alii mandare *d. l. more 5. l. ſolet. 16. cum l. ſeq. de juriſdict. l. 1. in pr. d. offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict. cap. quod ſedem 10. cap. Paſtoralis. 11. & cap. ult. h. n. t.* 28 29
30 † Quæ verò alii non poſſint mandari, diximus ſuprà in expoſitione *tit. d. offic. & poteſt. jud. deleg.* † Denique illud obſervare debet ordinarius, ne aliter judicet, quàm legibus, conſtitutionibus, aut moribus conſtitutum eſt *princ. tit. J. d. officio judicis & cap. 1. h. n. t. & quod ſcribitur in can. judicantem ult. cauſa 30. q. 5. l. judices 9. & Auth. jubemus C. de judiciis.* † Finitur autem officium & poteſtas judicis ordinarii 1. ejus morte *cap. uno 42. d. off. & poteſtat. jud. deleg.* quia mors omnia ſolvit. *Sebaſtian. Medices tract. Mors omnia ſolvit part. 1. n. 1. & part. 7. concl. 59.* † 2. Per non uſum *arg. l. alienationis 28. in princ. d. V. S & l. ſi ſic 7. Quemadmod. ſervitutes amittuntur.* † 3. Per abuſum, ſi videlic. ordinarii duriores & aſperiores ſunt in ſubditos ſuos quàm æquum eſt. *arg. l. ſi Dominus 2. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt. Mynſing. cent. 5. obſ. 8 n. 3. qui alios allegat.* † 4. & ultimò recuſatione ordinarii *cap. ſi quis contra 4. de foro competent. & cap. cum ſpeciali 61. de Appellat. recuſat. & relat. Specul. lib. 1. rubr. de recuſatione. verſ. recuſari poteſt, in princ. qui etiam in ſeq. verſ. cauſas, in princ. tradit, unicam tantùm eſſe recuſationis cauſam, videlicet ſuſpicionem, quæ ſurgit ex multis & variis cauſis, quas enumerant Canon. ad tit. ſeq. d. offic. judicis. & Ilico Ummius in proceſſu judiciario diſp. 1. th. 9. n. 25.* † De jure verò civili, ordinario ſuſpecto alius ſolet adjungi *Novell. ut differentes judices audire & c. 86. & auth. ſi verò C. de judiciis.* 31 32 33 34 35 36

 No-

NOTABILIA.

1. Sacerdos non debet revelare confeſſionem *cap. ſi ſacerdos 2.*

2. Dolus ſuus alicui patrocinari non debet *cap. ſignificavit 6.*

3. Monachi debent eſſe in monaſteriis, & ibi divinis officiis vigilare, non autem per curias principum & potentum diſcurrere *cap. quanto 7.*

4. Ad reprimendam malitiam perverſorum, pœnæ certæ ſunt in canonibus conſtitutæ. *cap. ad reprimendam 8.*

5. Pabulum verbi DEI permaximè eſt neceſſarium populo Chriſtiano, quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur *cap. inter cætera 15.*

6. Amicitiæ legem violare videtur, qui amicum palam arguit increpando *cap. ut juxta 17. verſ. Illius ſummi in fin.*

ERRORES.

1. Lex divinæ conſtitutionis ſedem Apoſtolicam totius poſuit orbis terrarum magiſtram, ut quicquid dubitatur ab aliquo, ab eâ tandem ejusdem ratio requiratur *cap. quod ſedem 10.*

2. Papa eſt ſupremus poſt Chriſtum paſtor *d. cap. ut juxta 17. verſ. Illius ſummi.*

De
Officio Judicis.
Titulus XXXII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Judicis officium quidnam. 2.

Duplex. 3.

Nobile quodnam, & ubi interponatur. 4. 5. *ſeqq. uſque ad n. 10. ubi remiſſivè.*

Judex petenti parti debet advocatum dare. 6.

Eique ſalarium conſtituere. 7.

Niſi

Niſi is qui petit ſit pauper. - 8.
Imploratur hoc officium etiam ob reſtitutionem in integrum. 9.
Mercenarium quodnam. 11.
Quàm conſentanea hac ſint LL. noſtris? 12. 13. 14.

IN præcedentibus titulis actum eſt de officio judicis delegati & ordinarii, nunc ſubjicitur hic Titulus *de officio Judicis*, qui ordinario judici atque delegato eſt communis *Abb. ad h. rubr.* † Judicis autem officium deſcribitur, quod ad dirimendas lites tollendaque gravamina, quomodolibet ſecundùm æquitatem exercetur, ut per hoc reipublicæ ac civium tranquillitati & quieti, publicè & privatim conſulatur. *Zaſ. ad l. 1. de Jurisdict.* † Dividiturque illud in officium nobile & mercenarium. † Nobile dicitur, quod per ſe ſtat in perſonâ magiſtratus ſeu Judicis, ſive expediat hoc ſuo motu, ſive ad partis poſtulationem, ſine tamen actione & ſtrepitu Judicii. *cap. ult. h. n. t.* ubi hoc officium dicitur pro actione, h. e. ubi deeſt actio, proponi, *Hoſtienſ. in d. cap. ult.* † Cùm igitur medici ſalaria petunt, non debent ſolennem actionem inſtituere, ſed adeunt Judicem, implorantque ejus officium, ut eis ſatis fiat, *l. 1. §. medicorum 1. de Extraordinariis cognitionib.* † Parti quoque petenti ex officio nobili debet dare Judex advotum etiam domeſticum *c. 1. h. n. t. & l. 1. §. ait prætor. 4. d. poſtuland.* † Et quia nemo tenetur ſuis ſtipendiis militare, *teſte Apoſt. in 1. ad Corinth. 9.* ideo Judex debet conſtituere Advocato ſalarium pro modo litis proque Advocati facundiâ, & fori conſuetudine atque judicii, in quo eſt acturus. *d. l. 1. §. in honorariis 10. d. Extraordin. cognit.* † Si tamen pauper eſt, qui ſibi dari petit advocatum, gratis ei patrocinium præſtandum erit, quia ad hoc tenetur advocatus lege naturali & divinâ, quæ jubet diligere proximum, ſicut ſe ipſum. *Anton. de Butrio. ad d. cap. 1. ibique Hoſtienſ. & Abb. n. 5.* † Imploratur quoque nobile hoc Judicis officium, cùm in integrum reſtitutio poſtulatur. *d. cap. ult. h. t. Sfortia Oddus in tract. de reſtitut. in integrum part. 1. q. 35. art. 6. n. 34. & 35.* † Pluribus exemplis hoc illuſtrat. *Zaſ. d. loc.* ubi et- iam

Margin numbers: 1 (line 1), 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10

iam hoc officium verius dici putat officium Judicis abſolutum,
11 quàm nobile. † Mercenarium verò appellatur Judicis officium, quod per ſe non ſtat, ſed deſervit actioni propoſitæ, ſicut mercenarius Domino. Propoſitâ igitur in judicio actione, & cæpto judicio, quicquid judex præcipit, prohibet, permittit, interloquitur, iſta omnia fieri dicuntur mercenario judicis officio *l. ædiles 25. §. item ſciendum 8. de ædilit. edict. &c.*
12 † Et hæc eſt communis Dd. traditio quæ legibus noſtris, in quibus differt officium judicis ab officio Prætoris, ut & magiſtratus à judice, non videtur
13 conſentanea. † Non quidem negamus, aliquando verbum judicis & officii judicis dici in jure noſtro de Magiſtratu, verùm id
14 fit latè & impropriè. † Non rectè igitur officium judicis cum officio magiſtratus, ſeu jus dicentis officio Dd. confundunt, & hoc nobile, illud verò mercenarium appellant. *Eguinar. Baro ad princ. Tit. Inſt. d. officio judicis & Giphan. in comment. d. diviſionibus juris th. 112.*

De Majoritate & Obedientiâ.
Titulus XXXIII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Judicum quis dicatur major, & quot modis? 2. 3. 4. 5. 6.
Minor majori obedientiam debet. 7.
In quibus conſiſtat ea. 8. 9. 10.
Contra eam non admittitur præſcriptio. 11.
Se non extendit ad impoſſibilia. 12.
Licèt iuramento firmata. 13.
Quænam impoſſibilia? 14.

1 EX his, quæ in præcedentibus titulis dicta ſunt, apparet, alios eſſe Eccleſiaſticorum miniſtrorum ſeu judicum majores, & alios

lios minores. Quia verò rectè officiorum geritur adminiſtratio ſingulorum, dum reverentiam minôres potioribus exhibent, & potiores minoribus dilectionem impendunt, ut ſcribitur *in Can. ultim. diſt. 89.* ideo in hoc Titulo agitur *de majoritate & obedientiâ* atque oſtenditur quis dicatur major, quidque minor majori præſtare debeat. † Dicitur autem quis major 1. ratione ordina- 2
tionis, quia prius eſt ordinatus, licèt in Eccleſiâ poſterius ſit receptus *cap. ſtatuimus 15. h. n. t.* Hic enim in voce, ſede, perceptione præbendæ, ſubſcribendo, ſigillando, aliisque ſimilibus præfertur *cap. 1. ibique Hoſtienſ. in pr. h. n. Tit. can. concilia 6. & can. ult. diſt. 17.* † 2. Ratione dignitatis *cap. dudum 22. d. Elect. &* 3
Elect. poteſt. & can. licet ergò 15. cauſa 8. q. 1. Anton. d. Butrio & Abbas in d. cap. ſtatuimus 15. † 3. Ratione prælationis ſeu 4
adminiſtrationis *cap. transmiſſam 15. d. Elect. & Elect. poteſt.* †
4. Ratione conſecrationis *cap. cum inferior. 16. h. n. t. Anton. de* 5
Butrio & Abb. d. loc. ubi allegant cap. aqua 9. d. conſecratione Eccleſiæ vel altaris & Johan. Honorius ad h. t. n. 1. † 5. Deni- 6
que ratione ſenectutis. Semper enim, *inquit Calliſtratus in l. ſemper 5. in pr. de jure Immunitat.* in civitate noſtrâ ſenectus venerabilis fuit. Namque Majores penè eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant. *Butrio & Abb. d. loc.* † Præſtare 7
autem debet minor majori obedientiam *diſt. 93. in princ. c. quod ſuper 9. & capitulis tribus ſeqq. h. n. t.* Quia dignitas majorum ſine obedientiâ eſt contemtibilis, *teſte Gloſſ. in princ. d. diſt. 93. voc. obedientiam.* † Obedientia autem iſta conſiſtit in tribus 1. In 8
reverentiâ exhibendâ, ut videlicet aſſurgat majori, & cedat ei primum locum in ſedendo & eundo *can. non oportet 5. dict. diſt. 93. Can. non oportet 18. diſt. 95. cap. quod ſuper 7. & d. cap. ſtatuimus 15. h. n. t.* Niſi minori major adminiſtratio commiſſa ſit *Gloſſ. d. loc.*
† 2. In mandato ſuſcipiendo *can. quia frater 18. cauſa 7. q. 1. cap.* 9
ſi quis venerit 2. d. cap. quod ſuper 9. cap. cum in Eccleſiis 10. & cap. dilecta filia 12. h. n. t. † 3. In judicio ſubeundo *can. de per-* 10
ſonâ 38. cauſa 11. q. 1. Gloſſ. d. loc. † Hoc tamen præcedenti- 11
bus addendum erit. 1. Contra obedientiam non admitti præſcriptionem, quia inobediens ſemper eſt in malâ fide *cap. cum non liceat 12.*

Digitized by Google

12 *at 12. & ibi Gloſs. de Præſcription.* † 2. In obedientiâ ſemper
ſubaudiendam eſſe poſſibilitatem. *cap. brevi 17. de Jurejurand.* Im-
poſſibilium enim nulla eſt obedientia. *l. Impoſſibilium 185. d. R. J.*
13 *& cap. nemo. 6. eod. Tit. in 6.* † 3. Et ultimò obedientiam e-
tiam juramento firmatam non extendere ſe ad ea, quæ jure ſunt
prohibita *d. cap. quod ſuper 9. h. n. t. & cap. non eſt obligatorium 58.*
d. R. J. in 6. Unde Auguſtinus ait, non ſemper malum eſt, non
obedire præcepto: Cùm enim dominus jubet ea, quæ ſunt contra-
ria DEO, tunc ei obediendum non eſt. *Can. non ſemper 92. cauſa*
14 *11. q. 3.* † Et quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem,
verecundiam noſtram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos
mores fiunt: nec facere nos poſſe credendum eſt. *l. ſi filius 15. de*
condition. Inſtitut.

NOTABILIA.

1. Spiritualia tantò ſunt temporalibus digniora, quantò a-nima præfertur corpori *cap. illud Dominus 5. & cap. ſolicita 6.*

2. Patriarcha Conſtantinopolitanus eſt magnum & venerabile membrum Eccleſiæ *d. cap. ſolicita 6.*

3. Nihil excipit, qui dicit, quodcunque *d. cap. 6.*

4. Quatuor ſunt Eccleſiæ Patriarchales, Antiochena, Alexandrina, Hieroſolymitana, & Conſtantinopolitana *cap. inter quatuor 8.*

5. Ab illis injuriarum actio non debet exoriri, à quibus jura tanquam à fonte ad cæteros derivantur *d. cap. 8.*

6. Non decet alii te feciſſe, quod ab alio fieri tibi nolles *cap. dilecti. 13.*

7. Inferior ſuperiorem ſolvere nequit, vel ligare, ſed ſuperior ligat inferiorem regulariter, & abſolvit *cap. cum inferior ib.*

8. Satis abſonum videtur, ut filius poteſtatem habeat in parentem. *d. cap. ib.*

ERRORES.

1. Imperium ſubeſt Pontifici Romano, & ei obedire tenetur *d. cap. ſolicita 6.*

2. Per duo luminaria, quæ DEUS fecit intelliguntur duæ pote-

Digitized by Google

poteſtates, Pontificalis nimirum & regalis, & per ſolem ſignificatur Pontificalis, per lunam verò regalis poteſtas *d. cap. 6.*

De Treuga & Pace.
Titulus XXXIV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Treuga unde, & quid? 2.
Quotuplex? 3.
Conventionalis. 4.
Servanda per certum tempus. 5. & 7.
Explic. c. 1. h. t. 6.
Quod hodie non obtinet. 8.
Perſona treuga & guerra tempore ſecura. 9.
Quò referuntur animalia quibus ruſtici arant. 10.
Quæ pœna treugam frangentis. remiſſivè. 11.

Quia non tantùm minores in Eccleſiâ majoribus obedire, verùm etiam majores tranquillitatem cuſtodire debent; ideò poſt Titulum de majoritate & obedientiâ ſequitur Titulus *de Treuga & Pace.* 1
† Treuga, quæ & Pax dicitur *in Can. Illi qui 25. cauſa 20. q. 3.* eſt vox Italica, nihil aliud denotans, quàm ſecuritatem præſtitam perſonis & rebus, guerrâ h. e. bello ſeu diſcordiâ nondum finitâ. *Gloſſ. ad cap. 1. voc. Treugas h. t.* quam *Hoſtienſis*, & reliqui Canoniſtæ ſequuntur. 2
† Et eſt Treuga alia conventionalis & alia canonica *gloſſ. d. loc. verbo frangere.* 3
† Conventionalis dicitur, quæ fit ex conventione, & ideo ſemper ſervari debet. Pacta enim ſunt ſervanda *l. 1. in pr. de Pact.* etiam hoſti *can. noli 3. cauſa 23. q. 1.* 4
† Treuga verò canonica habet certum tempus intra quod ſervanda eſt. 5
† Hoc autem ſtatuit Papa *in cap. 1. h. t.* Ubi inter alia ita inquit: Treugas à quartâ feriâ poſt 6

occaſum ſolis, usque ad ſecundam feriam in ortu ſolis ab adventu Domini usque ad octavas Epiphaniæ; & à ſeptuageſima usque ad octavas Paſchæ, ab omnibus inviolabiliter obſervari præcipimus. Ratio Pontificis videtur hæc eſſe, quia ubi Pax non poteſt in totum haberi, curandum eſt, ut ſaltim habeatur ad tempus, & præſertim eo tempore, quo omnium mentes majori ſtudio ad ſpirituales profectus moveri, & ampliori fiducia animari oportet, ut, inquit *Leo ſerm 4. de Quadr.* Bella etenim ut plurimum animos à devotione
7 alienant, & ad mala occaſiones præbent. † Prioribus temporibus addit *Anton. de Butrio in d. cap. 1.* diem Jovis, Veneris, Sabbathi, & dominicum. Die Jovis, inquit, ideo bellandum non eſt propter aſcenſionem Domini in cœlum, & propter cœnam cum diſcipulis. Nec die Veneris propter reverentiam paſſionis. Nec die Sabbathi, quia eo die latuerunt propter metum Judæorum, & quia corpus latuit in ſepulchro. Nec die dominico, quia ferè quodlibet inſigne fuit eodem die conſtitutum à Domino, & propter ho-
8 norem reſurrectionis. † Verum quod allatum eſt ex *d. cap. 1.* hodie non tenet *teſte Gloſ. hic, verbo frangere,* quia non fuit à majoribus utentium approbata hujusmodi treuga, videatur *Can. in iſtis 3. verſ. Leges inſtituuntur diſt. 4. Abbas & reliqui canoniſtæ ad d.*
9 *cap. 1.* † Perſonæ autem *in cap. ult. n. t.* enumeratæ, quales ſunt presbyteri, monachi, converſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes vel redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, non ſolùm treugæ, verùm etiam guerræ tempore debent plena ſecuritate gaudere. Nec immeritò, qui enim DEO militant, aut reipublicæ de rebus victui & veſtitui neceſſariis proſpiciunt, non debent per milites ſeculi turbari, & impediri. *l. Executores 7. & auth. agricultores C. quæ res pignori oblig. poſſunt d. can. Illi qui 25. & can. ſi quis 23. cau-*
10 *ſa 24. q. 3.* † Eadem etiam ſecuritate gaudent animalia, quibus ruſtici arant, & ſemina portant ad agrum congrua *d. cap. ult. h. t.* quia ruſtici non poſſunt ſine iſtis animalibus agriculturæ ope-
11 ram dare. *d. l. executores 7. & d. auth. agricultores.* † Quæ autem ſit pœna treugam frangentium, exponitur *in d. cap. 1. h. t. & d. can. illi qui 25.*

NOTA-

NOTABILIA.

1. Funiculus triplex difficilè rumpitur. *d. cap. 1.*
2. Securitas lata in eundo, debet intelligi data etiam in redeundo. *d. cap. ult.*

De Pactis.

Titulus XXXV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Pacta etiam nuda ſunt ſervanda. 2.
Explic. c. 1. h. t. 3.
De concilio Carthaginenſi. 4.
Ratio cur pacta ſint ſervanda. 5.
Producunt obligationem naturalem. 6.
Et exceptionem. 7.
Non tamen actionem. 8.
Ne quidem de J. Canonico. ibid.
Obſtantia reſolvuntur, remisſivè. 9. 10.
Pacta illegitima non obligant. 11.
Unde nec ea, quæ important Simoniam. 12.
Punitur & privatur quis Eccleſiâ quam per pactum augenda penſionis accepit. 13.
Non valet pactum de ſuccedendo poſt mortem Prælati. 14.
Nec tendens in præjudicium alterius Eccleſiæ. 15.
Nec vergens in detrimentum animæ. 16.

DUo ſunt quæ ad primam Decretalium partem pertinent, & in *hoc lib. 1.* exponuntur, unum concernit judicis Eccleſiaſtici perſonam, alterum verò tractat de judicii ineundi præparatoriis. De judicis perſonâ hactenus egimus, ſequuntur nunc judicii præ- 1

Digitized by Google

paratoria. Et quia ſæpè litigantes paciſci inter ſe, & tranſigere malunt, quàm judicio experiri, ideò in hoc titulo agitur de pactis, & in
2 ſeq. de Transactionibus. † Pacta quamvis nuda, ſervanda
ſunt. Studioſè enim agendum eſt, ut ea, quæ promittuntur, ope-
3 re compleantur *cap. qualiter 3. h. n. t.* † Unde etiam in concilio Africano dixerunt univerſi, pax ſervetur, pacta cuſtodiantur,
cap. 1. eod. Ubi per univerſos intelliguntur aſſeſſores dicti concilii, qui ex diverſis provinciis Africanis convenerant, quorum nomina recenſet Severinus Binius tom. 1. Concilior. pag. 453. in princ. Conci-
4 *lii.* † Illud autem concilium etiam Carthaginenſe primum appellatur. Quæ cauſa fuerit & occaſio hujus concilii tradit *Binius d. loc. pag. 454. in not. ad vocem. Concilium.* Carthaginenſe ob hanc rationem appellatur concilium, quia Carthagine, quæ Africæ quondam caput fuit, celebratum eſt. Primum verò ideo dicitur, non quod nullum concilium aliud dicto loco ante hæc tempora habitum fuerit, cùm ne quidem ſub Ethnicis Imperatoribus, & perſecutoribus Eccleſiæ Carthagine concilia celebrari deſierint, ſed quia inter orthodoxa & approbata concilia Carthagine habita primum ſit & antiquiſſimum hoc Carthaginenſe concilium, poſt exturbatos ſchiſmaticos in Africâ celebratum. *Baronius Annal. 347.*
5 *n. 42.* † Ideò autem pacta cuſtodiri debent, quia nihil tàm congruum eſt fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerunt, ſervare *l. 1. in pr. de pact.* & grave dicitur eſſe fidem fallere. *l. 1. in pr. d. pœnis.*
6 *conſtit.* † Hinc etiam producunt pacta nuda obligationem
7 naturalem. *l. in his 5. §. Imperator 2. de ſolut. & liber.* † Ut & exceptionem *l. Juris gentium 7. §. ſed cum nulla 4. l ſi unus 27. §. pactus 2. l. quod dictum 32. l. tres fratres 35. & l. inter 41. d. pact.* †
8 Non tamen actionem *l. legem. 10. C. eod. l. 1. C. de pactis conventis* & aliis ſimilibus textibus, ne quidem jure canonico, quamvis Canoniſtæ communiter diſſentiant, ut teſtatur *Abbas in cap. 1. n. 5. h. n. t.* quorum opinio in praxi eſt recepta. *Weſenb. ad tit. de pact. n. 9.* † Hi afferunt quidem pro confirmatione ſuæ opinio-
9 nis *d. cap. 1. h. t.* ubi dicitur Optantius ab Antigono Epiſcopo conventus. Quia verò in dicto textu agitur de nudo pacto, ſequitur illud producere actionem, cum conſtet ſine actione neminem

poſſe

poſſe conveniri *l. ſi pupilli 6. §. fin. & ibi gloſſ. in verbis: non habuerit d. negot. geſt.* † Verùm quid ad *d. cap. 1.* reſpondendum ſit, conſtat ex *Exercitat. Juſtin. 12. q. 1. in Nego.* ubi etiam ad alios textus & argumenta, quæ objici ſolent, reſponſum fuit. 10
† Et hæc quæ diximus vera ſunt de pactis, quæ ſecundùm leges facta ſunt. Illegitima enim pacta nullam producunt obligationem *cap. ult. h. n. tit.* 11
† Tale pactum eſt, per quod Eccleſiaſticum beneficium debet pecuniâ reſignari *cap. cum pridem 4. eod. tit.* quia beneficium Eccleſiaſticum eſt quid ſpirituale, & dare ſpirituale pro temporali, h. e. pecunia, eſt ſimonia *cap. ex diligenti 17. & cap. conſulere 38. de Simoniâ, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur.* 12
† Ob hanc etiam rationem, qui per pactum augendæ penſionis conſecutus eſt Eccleſiam, debet eâ privari, & canonicè puniri *cap. cum clerici 6. h. n. t.* 13
† Præterea non valet pactum de ſuccedendo poſt mortem Prælati, in ipſius Eccleſiâ *cap. accepimus 5. eod. tit* Per hujuſmodi enim pactum daretur occaſio captandæ mortis beneficiati, quod eſt contra bonos mores *cap. nulla 2. d. conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacantis l. fin. C. de pactis l. ſtipulatio 61. d. V. O. & l. hereditas 5. C. de pactis conventis.* 14
† Non etiam tenet pactum, quod ab Eccleſiâ rem ſuam locando, vel in feudum concedendo, in præjudicium juris parochialis alterius Eccleſiæ appoſitum eſt, & quicquid hac occaſione percepit Eccleſia, alteri Eccleſiæ reddere cogitur *cap. plerique 7. h. t.* quia nemo paciſci poteſt in præjudicium alterius *cap. ſi diligenti 12 de foro competent. & cap. ea te 22. de jurejurand.* 15
† Denique pactiones nullius penè ſunt momenti, quæ obſervatæ vergunt in animæ detrimentum, quales ſunt pactiones turpes, vel rei turpis aut impoſſibilis de jure vel de facto *d. cap. ult. h. n. t. l. generaliter 26. cum l. ſeq. l. ſi flagitii 123. d. V. O. l. 6. C. de pact. & l. ex eo 4. C. de inutil. ſtipulat.* 16

Digitized by Google

De Transactionibus.
Titulus XXXVI.

Summaria.

Unde nomen tranſactioni? 1.
Ejuſdem definitio. 2.
Definitionis explicatio. 3. 4. 5. 6.
Cur debeat remittenti litem aliquid dari? 7.
Judex poteſt & debet ſe interponere pro tranſactione. 8.
Extrà caſus, in quibus jura eam non admittunt. 9.
Non admittitur Simoniam ſapiens. 10.
Etiamſi jurata. 11.
Valet ſi detur ſpirituale pro ſpirituali. 12.
Item ſi fiat gratis. 13.
Non admittitur ſuper matrimonio. 14.
Valet tamen compoſitio pro matrimonio. 15.
Quanta tranſactionis auctoritas? 16.
Tolluntur per eam inſtrumenta & jura partium. 17.
Quid ſi Prælatus tranſegerit? 18. 19.

1 TRanſactio, dicta quaſi actionis tranſitio, quia, qui tranſigit, tranſit, h.e. recedit ab actione ſibi competente. *Abb. ad h. rubr.*
2 † Nihil aliud eſt quàm deciſio rei dubiæ, & litis incertæ, dato a-
3 liquo vel retento, ſeu promiſſo. † Quòd tranſactio ſit deciſio, apparet *ex l. ejus rei 46. d. R. V. l. ſi heres 3. §. 1. ad l. Falcid. l.*
4 *tranſactionis 7. l. ſub prætextu 19. & l. ſiquidem 24. h. t.* † Diximus autem iſtam deciſionem eſſe rei dubiæ propter *l. 1. eod. tit.* Res enim non dubia, ſed certa, deciſione ſeu tranſactione non in-
5 diget. † Deinde addidimus litis incertæ *d. l. 1.* h. e. nondum pronunciatione judicis deciſæ. *Duaren. ad h. tit. ff. cap. 1.* Nam poſt

poſt litem deciſam judicis ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam, fruſtra tranſigimus *l. eleganter 23. §. ſi poſt 1. de Condict. Indeb. l. ſi cauſa 32. C. h. t. & l. 1. de re judicat.* quia rebus judicatis ſtandum eſt *l. 1. C. eod. Tit.* † Nihil autem intereſt, utrum lis 6
jam mota ſit, an verò tantum ſubſit timor litis *l. poſtrem. 11. h. n. t.* Paria enim ſunt in Jure noſtro, aliquid actualiter factum eſſe, vel eſſe in potentiâ faciendi. *Jaſ. ad d. l. eleganter 23. n. 8.* Reliqua verba definitionis ſunt deſumta ex *cap. ſuper eo 7. h. n. t. l. Tranſactio 38. C. h. t. & l. ſuus heres 3. C. de repud. vel abſtinend. heredit.* †
Ideo autem debet remittenti litem aliquid dari ſeu promitti, quia 7
gratuita litis remiſſio non eſt tranſactio, ſed pactum *d. l. 1. h. t.* aut amicabilis compoſitio. Hæc enim etiam gratuita eſt. *Anton. de Butrio ad d. cap. ſuper eo 7. h. t. & Abb. ad cap. ſtatuimus 2. n. 5. eod. Tit.* † Quia verò ex præmiſſis apparet, tranſactiones ideò fi- 8
eri, ut finis litibus imponatur *l. fratris tui 10. C. d. Tranſact.* Id circò poteſt & debet judex ſe interponere pro tranſactione inter partes faciendâ *cap. ult. h. n. t. & can. ſtudendum 7. diſt. 90.* Ubi ſcribitur, ſtudendum eſſe Epiſcopis, ut diſſidentes fratres ſive clericos, ſive Laicos ad pacem magis, quàm ad judicium coërceant. Magnum etenim commodum ſubditi conſequuntur, cum à lite recedunt, quia diutius non gravantur laboribus atque expenſis *l. properandum 13. C. de Judic.* † In illis tamen caſibus, in quibus jura non 9
admittunt tranſactionem, non debet judex hortari partes ad tranſigendum. † Non autem admittitur fieri tranſactio ſuper 10
ſpirituali ſubjectione *cap. præterea 10. h. t.* aut ſuper Eccleſiaſtico beneficio *cap. conſtitutus 4. h. n. t.* etiamſi illud ſit in litigium deductum. *cap. ſuper eo 7. eod. Tit.* Ratio eſt, quia illud beneficium eſt res ſpiritualis *cap. quæſitum 5. de rer. permutat.* Et dare temporale pro ſpirituali eſt Simonia *d. cap. 5. cap. ex diligenti 17. & cap. conſulere 38. d. Simoniâ, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur.* † Non etiam valet hæc tranſactio, licet ſit jurata 11
d. cap. conſtitutus 4. quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis *cap. acceſſorium 42. de R. J. in 6.* & juramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis *cap. quanto 18. d. Jurejurand.* & ſicut ſuper jure ſpirituali, ita etiam ſuper connexo non poteſt tranſigi, ut rece-

datur

Digitized by Google

datur à lite, interveniente pecuniâ, quia de connexis idem eſt judi-
12 cium *cap. preterea 9. h. n. t. & cap. Translato 3. de Conſtitut.* † Si tamen datur ſpirituale pro ſpirituali, valet tranſactio, quia ceſſat
13 ſimonia *Abb. in cap. ſtatuimus 2. n. 5. b. t.* † Admittitur etiam amicabilis compoſitio, quia per eam gratis à lite receditur *d.*
14 *cap. ſuper eo 7. & d. cap. ſtatuimus 2.* † Præterea non licet tranſigere ſuper matrimonio *cap. ult. b. n. t.* propter dictum illud Chriſti *Matth. 19. cap.* quos Deus conjunxit, homo non ſeparet. Hinc rectè ſcribit *Joachim. à Beuſt. tract. de jure connubior. part. 1. d. Sponſalib. c. 29.* Non eſſe in contrahentium vel judicis poteſtate, ut ipſi tàm magnum ſacramentum diſſolvere poſſint, aut facere,
15 ut hoc, quod eſt matrimonium, non ſit matrimonium, † Valet tamen compoſitio pro matrimonio interpoſita. *Canon. comm. ad*
16 *d. cap. ult.* † Denique ſciendum eſt, non minorem autoritatem tranſactionum, quàm rerum judicatarum eſſe *l. non minorem 20. C. d. Tranſact.* quia nihil tàm congruum fidei humanæ, quàm ea,
17 quæ placuerunt ſervare. *l. 1. in pr. de pact.* † Ob quam cauſam contrariâ tranſactione tolluntur inſtrumenta & alia jura par-
18 tium. *cap. 1. b. n. t.* † Et capitulum ſi transactioni conſenſerit, quam fecit prælatus nomine Eccleſiæ, ac ſi non conſenſerit in
19 eam, non poterit revocare *cap. contingit. 3. b. t.* † Tranſactio
20 tamen facta de rebus Eccleſiæ per Prælatum ſine ſuperioris conſenſu, ſucceſſorem non obligat, quia pacta inter alios acta, aliis obeſſe non debent. *cap. veniens 8. b. t. & l. ſi unus 27. §. pacta 4. inf. de pactis.*

NOTABILIA.

1. Jura ſua nemini perire debent *d. cap. veniens 8.*
2. Super quibus jus non invenitur expreſſum, æquitate ſervatâ ſemper in humaniorem partem eſt declinandum, ſecundum quod perſonæ & cauſæ, loca & tempora poſtulant *d. cap. ult.*

De Pæ-

De Poſtulando.
Titulus XXXVII.
SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Poſtulare quid? 2.
In advocato quænam requirantur? 3. 4.
Qui poſtulare poſſint? 5
Prohibentur clerici beneficiati, Canonici regulares & Sacerdotes in foro ſeculari. 6.
Exceptio. 7.
Perſonæ miſerabiles quæ? 8.
Quæ pœna contravenientis? 9.
Plura de poſtulando, remiſſivè. 10.

QUia vocati ad judicia, cùm neque paciſci neque tranſigere volunt, ſolent ſibi quærere advocatos & Procuratores, ideò poſt 1
Titulos de Pactis & Tranſactionibus ſequitur Titulus de Poſtulando, & Titulus de Procuratoribus *Gloß. & Abb. in h. rubr. n.* Ideò autem Titulus præſens præpoſitus eſt, ne ſine delectu paſſim apud judicem Eccleſiaſticum poſtuletur *l. 1. in princ. h. t.* Nam videbatur alienum à dignitate judiciorum & tribunalium, verſari illic quandam colluviem hominum, & juſtitiæ ac juris ſanctiſſimam officinam quorumlibet rabularum vocibus obſtrepere, & quaſi contagione pollui. *Donell. lib. 18. Comm. jur. civil. c. 3.* † Eſt au- 2
tem poſtulare, *definiente Ulpiano in d. l. 1. §. poſtulare 2* deſiderium ſuum, vel amici ſui in jure apud eum, qui jurisdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. † Ubi verba, *deſi-* 3
derium exponere, requirunt in advocato eloquentiam & facundiam, unde etiam dicuntur advocati diſertiſſimi & facundiſſimi viri *in l. petionem 13 C. de Advocat. tit. 1. l. petitiones 5. §. ult. C. de Advocat. tit. 2. & l. ult. C. de Inoffic. teſtam.* † Verba verò, *ami-* 4

ei ſui requirunt in advocato fidem: Verba, *in Jure*, audaciam: Ver-
ba: *apud eum, qui Juriſdictioni praeſt*: gravem modeſtiam, & deni-
que *ultima verba* promti ingenii ſubtilitatem. *Anton. Fab. in Rat.*
5 *ad d. l. 1. §. poſtulare 2.* † Et poſſunt omnes poſtulare, qui
non prohibentur. *arg. l. qui accuſare 8. d. Accuſat. & inſcript. & l.*
6 *mutui 43. § 1. d. Procurat. & Defenſor.* † Prohibentur autem
Clerici in ſacris, vel minoribus beneficiati, Canonici regulares, &
ſacerdotes, poſtulare in foro ſeculari *capit. 1. & duob ſeqq. cap. h. t.*
Abſurdum etenim eis eſt, imò etiam opprobrioſum, ſi peritos ſe
velint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium *l. repetitâ 41. C. de*
Epiſcop. & Cler. l. conſulta 23. C. de Teſtam. & quemadm. Teſtam. or-
din. & rub. Tit. C. ne Clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe im-
7 *miſceant.* † Pro ſe ipſis tamen vel Eccleſiâ ſuâ, vel ſi neceſſi-
tas immineat, pro perſonis conjunctis aut miſerabilibus poſſunt
poſtulare *d. cap. 1. & cap. ult. h. t. n. can. decrevit 1. diſt. 88. & aliis*
ſimilib. textib. Quia excuſat eos pii operis neceſſitas & quia defen-
ſio nemini eſt deneganda *l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter 4. ad l. A-*
quil. cap. ſi verò 3. d. ſentent. excommunic. & cap. dilecto 6. eod. tit.
8 *in 6.* † Per miſerabiles verò perſonas intelligimus viduas, or-
phanos, pupillos, & pauperes, quos omnes Eccleſia defendere de-
9 bet. *can. 1. & aliquot canonib. ſeqq. diſt. 87.* † Clericus au-
tem, qui contra Eccleſiam, à qua beneficium obtinet, pro extrane-
is advocatus vel procurator eſſe præſumit, tanquam ingratus po-
teſt, ſi clericus ſit ejuſdem Eccleſiæ, beneficio hujuſmodi ſpoliari.
d. cap. ult. Ratio eſt, quia beneficii collatio eſt quædam donatio
cap. Illa 2. Ne ſede vacante aliquid innovetur, quæ propter ingrati-
tudinem poteſt revocari *cap. ult. de donationib.* Et juſtum eſt, ut
Eccleſia in ſinu ſuo non retineat fraudatorem, quem ſuſcepit ex-
traneum *can. ſacerdotes 1. cauſa 12. q. 4.* & uberibus ſuis nutrivit.
10 *can. ad Romana 8. cauſa 2. q. 6.* † Plenior explicatio mate-
riæ de poſtulando hauriri poteſt *ex t. Dig. & Cod. de Poſtulando.*

NOTABILE.

Sacerdotis officium eſt nulli nocere, omnibus autem velle prodeſſe. *cap. ult. h. t. n.*

De Procuratoribus.
Titulus XXXVIII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Neceſſitas procuratoris. 2.
Membra tituli. 3.
Perſonæ conſtituentes. 4.
Omnes poſſunt conſtituere. 5.
Etiam Univerſitas ſcholarium. 6.
Etiamſi ejus majores & jurati ſint excommunicati. 7.
Exceptio prima. 8.
Secunda. 9.
Tertia. 10.
Poteſt procurator alium ſubſtituere. 11.
Fallit in matrimonialibus. 12.
Et caſu quo dominus expreſſè prohibuit. 13.
Exceptionis limitatio. 14.
Poteſt poſt L. C. procurator alium ſubſtituere. 15.
Periculum erit ſubſtituentis. 16.
An etiam ſubſtitutus alium poſſit ſubſtituere? 17.
Infamis non poteſt eſſe procurator. 18.
Reſponſio ad object. remiſſivè. 19.
De aliis prohibitis remiſſivè. 20.
Admittitur filiusfam. 21.
An etiam minor? 22.
De J. Civili. 23.
Quid ſi plures ſint procuratores in eâdem causâ? 24. 25. 26.

Recipit procuratorem cauſa civilis. 27.
Non item criminalis. 28.
Nec ex parte actoris. 29.
Nec ex parte Rei. 30.
Niſi ad allegandam abſentiæ cauſam. 31.
Procurator debet habere mandatum. 32.
Exceptio. 33.
Ejusdem limitatio. 34.
Conjuncta perſona quæ? remiſſivè. 35.
Mandati requiſita. 36.
Sufficit generale mandatum. 37.
Exceptio prima in matrimonialibus. 38.
Secunda, in juramento deferendo, transactione & pacto. 39.
Except. lim. 40.
Ratio exceptionum. 41.
Tertia, in reſtitutione in integrum. 42.
Plures exceptiones, remiſſivè. 43.
De effectu procurationis. 44.
Officium procuratoris, ubi expl. c. 14. h. t. 45.
Poteſt appellare. 46.
Et ex juſtâ causâ appellationem deſerere. 47.
Modò domino conteſtetur. 48.
Non tenetur invitus appellationem perſequi. 49.
Niſi habeat mandatum generale. 50.
Plurà de his, remiſſivè. 51.
Repetit à domino expenſas. 52.
Duo, quæ habet, remedia. 53.
Poteſt revocari etiam abſque cauſa ante L. C. 54.
Non item poſt L. C. 55.

Niſi

Niſi ob juſtam cauſam. 56.

Revocatio extrajudicialis judici vel adverſario inſinuanda. 57.

QUia Advocati munus & officium eſt honorabile atque laudabile *l. laudabile 4. in pr. C. de Advocat. diverſ. judicum.* 1
Procuratoris verò vile *Accurſ. ad §. ult. Inſtit. d. Exception. & Dd. ad l. 1. d. Poſtuland.* ideò præceſſit titulus de poſtulando, & ſequitur *Tit. de procuratoribus*, quia digniora ſunt præponenda *§. ult. & ibi gloſſ. J. de J. N. G. & C.* † Uſus autem Procuratorum per- 2
quam neceſſarius eſt: ut qui rebus ſuis ſupereſſe, vel nolunt, vel non poſſunt, per alios poſſint vel agere, vel conveniri *l. 1. §. uſus 2. de Procurator. & defenſor. & princ. Tit. Inſt. de iis, per quos agere poſſumus.* † Quinque autem ſunt, de quibus in hoc titulo 3
præcipuè agitur. † *Primum eſt de perſonis*, quæ conſtituere, 4
& conſtitui Procuratores poſſunt. † Poſſunt autem omnes 5
conſtituere Procuratores, quia edictum de Procuratoribus prohibitorium eſt, unde quilibet poteſt conſtituere Procuratores, qui non prohibetur *l. mutus 43. §. 1. d. t.* † Non autem prohi- 6
betur univerſitas Scholarium. *cap. quia in cauſis 7. h. t.* Procurator enim Domini mandato conſtituitur *l. 1. in pr. de Procurator. & defenſor.* cujus loco habetur univerſitas *Gloſſ. notabilis in d. cap. 7. in verb. de jure communi.* Propriè tamen & ſtrictè loquendo univerſitas ſecundùm leges non videtur conſtituere Procuratorem, ſed Syndicum & actorem *l. 1. § quibus 1. l. item 6. § ſi Decuriones 1. quod cujuscunque univerſitatis nomine vel contra eam agatur Abb. in pr. d. cap. 7.* † Poteſt etiam Procuratorem con- 7
ſtituere univerſitas, etiamſi ejus majores & jurati (h. e. qui juramentum præſtiterunt, quod velint fideliter ſuum exequi officium) per quos eadem communitas regebatur, ſint excommunicati *cap. ult. h. t.* Ratio eſt, quia univerſitatis jus reſidet penes habiles, etiamſi unus tantùm de univerſitate eſſet habilis *l. ſicut 7. §. fin. Quod cujuscunque univerſitatis nomine, vel contra eam agatur. Abb. ad d. cap. ult. n. 4.* † Non tamen valet Procuratoris con- 8
ſtitutio, ſi 1. Excommunicati fuerint in procuratorio expreſſi *d.*

cap. ult. verſ. Taliter reſpondemus. Eo enim ipſo, dum exprimuntur inhabiles, videntur habiles fateri, ſe non poſſe per ſe actum gerere, ſed quod omnes ſubſtantificè concurrant ad diſpoſitionem actus. *Anton. d. Butrio ad d. cap. ult. & ibi Ab. n. 6. & 7.* † 2. Si
9 excommunicatorum autoritate conſtitutio Procuratoris facta ſit *d. cap. ult.* quia autoritas dat robur actui §. *Tutor autem 2. J. de autoritat. Tutor.* quæ non valet, quando ab excommunicatis præſtita
10 eſt *cap. ad probandum 24. d. Sentent. & re judicat.* † 3. Si ſciens eos eſſe excommunicatos ipſa univerſitas unà cum eis conſtituiſſet procuratorem *d. cap. ult. in fin.* quia hoc caſu videntur habiles fateri, ſine inhabilibus ſe nec velle nec poſſe procedere *arg. cap.*
11 *cùm ſuper 23. d. offic. & poteſt. jud. deleg. Abb. d. n. 7.* † Denique poteſt Procurator alium dare atque ſubſtituere Procuratorem, ubi tamen diſtinguendum eſt inter Procuratorem ad negotia, & Procuratorem ad lites. Ille poteſt liberè quandocunque alium deputare ſeu ſubſtituere *cap. 1. in fin. h. t. in 6. & l. ſi procuratorem 8. §. ſi quis 3. Mand. vel contra*, quia in negotiis regulariter non agitur de tàm gravi judicio, ſicut in judicialibus. *Vivian. ad d.*
12 *cap. 1. in fin. qui citat Geminianum.* † Hoc tamen fallit in matrimonio, ubi Procurator non poteſt ſubſtituere alium propter magnum periculum, quod ex facto tàm arduo poſſet immi-
13 nere *cap. ult. de Procurat. in 6.* † Et ſi dominus ſubſtituere alium expreſsè prohibuerit *l. 1. §. magiſtrum 5. in f. d. Exercitor. action. Joan. Sichard. ad l. quod quis 8. n. 11. & ſeqq. C. de Procurat.* Hic verò non poteſt alium ante litem conteſtatam ſubſtituere *d. l. quod quis 8. & l. neque 11. C. d. tit. d. l. ſi procuratorem 8. §. ſi*
14 *quis 3. ibique Br. n. 1.* † Niſi tamen Procurator in rem ſuam datus ſit, vel expreſſum ſubſtituendi alium mandatum habeat, licet ille (alius nimirum) non exprimatur *d. cap. 1. h. t. in 6. Andr.*
15 *Gail. lib. 1. obſ. 74. n. 11. & Sichard. d. loc. n. 5. cum ſeqq.* † Poteſt autem poſt litem conteſtatam alium ſubſtituere, quia per litis conteſtationem factus eſt Procurator dominus *d. cap. 1. verſ. Li-*
16 *cet autem & l. nulla 23. C. de Procurat.* † Si tamen Procurator ſubſtitutus ſit negligens, vel doloſè verſetur, periculum erit procuratoris ſubſtituentis *l. vel per literas 2. §. 1. ſi menſor falſum modum*

dum dixer. Hartm. Hartm practicar. obſ. tit. de Procuratore obſ. 3. n. 4.
† Poteſt etiam ſubſtitutus alium ſubſtituere Procuratorem, quia eo 17
ipſo, dum ſubſtituit alium, facit eum Dominum litis, & ob hanc etiam cauſam fertur in eum ſententia, *teſte Mynſing. cent. 1. obſ. 43.* quod tamen non caret controverſiâ. † Dari quoque poſſunt 18
omnes Procuratores, qui expreſſè non prohibentur *d. cap. 1. in pr. h. t in 6.* Prohibentur autem infames eſſe Procuratores *can. infamis 1. cauſa 3. q. 7.* quod tanquam honeſtius mores noſtri ferè ſequuntur in bene conſtitutis judiciis, *inquit Donell. lib. 18. comm. Jur. Civil. cap. 3. videatur Gloſſ. ad d. can. Infamis.* † *Quæ reſpon-* 19
det ad §. ult. J. de Except. Ubi infamia in procuratore non videtur
attendi. † De aliis perſonis, quæ etiam procurationem ſu- 20
ſcipere prohibentur, videatur *l. neque fœmina 54. h. t. & l. fœmina 2. ubi Dd. d. Regul jur.* † Non prohibitis annumeratur fili- 21
usfam. Hic enim non ſolùm ad negotia, ſed etiam ad judicia & quidem absque Patris aſſenſu poteſt fieri Procurator *cap. qui generaliter 5. verſ. ne dum verò de Procurator. in 6. & l. ſi filiusfam 8. in f. princ. d. Procurat. & defenſor.* quia hac ratione nihil deperit Patri, *juxta gloſſ. in d. verſ. ne dum verò, voc. filiusfam.* Et quia Patria poteſtas in civilibus muneribus non attenditur *arg l. nam. quod 14 pr. ad SCt. Trebell.* † Licet autem quis poſt ſeptimum de- 22
cimum annum Procurator ad negotia licitè deputetur: ad judicia tamen, niſi major quinque & viginti annis fuerit, deputari nequibit *d. cap. qui generali 5. verſ. ult.* Quia minorum viginti quinque annis fragile & infirmum eſt conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidiis expoſitum. *l. 1. pr. de minor 25. annis.* † Et hæc ſententia etiam juri civili eſt conſentanea, ùt 23
colligitur *ex l. exigendi 12. C. d. Procurator. juncta. l. ult. C. de his, qui veniam ætatis impetr. l. minor. 51. ibique gloſſ. de Procurat. & defenſor. Balduin. Mynſing. & Schrad. ad §. juſtæ 5. J. qui & ex quibus cauſis manum. non poſſ.* † Sciendum autem eſt plures 24
Procuratores in eâdem causâ ab uno dari poſſe, & quando ſimul ſimpliciter ſunt conſtituti, alterum ſolum admitti non debere, quia ſinguli tunc non habent poteſtatem in ſolidum, ſed quisque eorum pro parte *l. duo ex tribus 39. de Re judicat. & cap. cauſam 16. de offic.*

25 *Offic. & poteſt. judic. delegat.* † Quod ſecus eſt, ſi in ſolidum
ſint conſtituti, tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis
conteſtationem negotium primitus occupavit *cap. ſi duo 6. princ.*
de Procurat. in 6. capit. non injuſtè 14. h. n. t. & l. ſi pluribus 33. d.
Leg. & Fideic. 1. quia poſt litem conteſtatam eſt effectus Dominus
litis, & ſi alius tunc ſe ingerere poſſet, facilè inter eos contingeret
repugnantia, quæ exitum negotii impediret *cap. ſi quis 46. in princ.*
26 *d. Elect. & Elect. poteſt. in 6.* † Si tamen adjectum fuit in
conſtitutione Procuratoris, quòd non ſit melior conditio occu-
pantis, tunc altero non proſequente, nec alium ſubſtituente, reli-
27 quus admittitur *d. cap. ſi duo 6.* † Secundum membrum eſt
de cauſis in quibus dari ſolet Procurator. Recipit autem Procura-
torem cauſa civilis *l. 2. & l. ult. C. de Procurat.* ex parte accuſato-
ris & rei, *arg. cap. novit. 13. de judic.* ſive in judicio ſive extra judici-
um proponatur *cap. ex inſinuatione 3. cum capitulis duobus ſeqq. cap.*
quia 7. cap. auditis 8. cap. petitio 9. cap. dilectus 11. cap. conſtitutis 12.
c. mandato 13 & cap. non injuſtè 14. h. n. t. cap. 1. & aliquot ſeqq. ca-
28 *pit. eod. tit. in 6.* † In cauſis verò criminalibus, neque ex
29 parte accuſatoris, neque ex parte rei admittitur Procurator †
Non ex parte accuſatoris, quia omnis accuſator in judicio publi-
co ſe debet inſcribere in crimen, ut ſciat calumniantem ad idem
ſupplicium vocari *l. fin. C. de Accuſat. & Inſcription.* Facilè autem
contemneret accuſator hanc pœnam, ſi illi crimen perſequi per
Procuratorem liceret. Abſens enim ſi cognoſceret, calumniam ſu-
am detegi, in pedes ſe conjiceret, & ita eluſorium redderetur judi-
cium contra *l. ſi prætor 75. de judic. & ubi quisque ager.* Deinde
multa facilè & audacter per Procuratorem poſſet mentiri accuſa-
30 tor, quæ præſens ſine rubore dicere non auderet. † Ex parte
verò rei ideò non eſt admittendus Procurator, quia ſi admitteretur,
& reus afficiendus eſſet pœna corporali, non poſſet in abſentem fi-
eri executio condemnationis, teſte *Claro lib. 5. ſentent. §. fin. q. 32.*
n. 3. Donell. lib. 18. Comm. jur. civil. cap. 19. & Marco Lycklama à Nye-
holt lib. 2 membranar. Eclog. 11. in pr. Et ita intelligi debet *l. pen.*
§. 1. d. Publicis judic. & l. 1. An per alium cauſæ appellationis reddi
31 *poſſ.* † Poteſt tamen Procurator abſentiæ cauſas allegare,
quia

quia multa intervenire poſſunt, quæ & reo, & accuſatori impedimento ſunt, quo minus dicta die judicio ſe ſiſtere queant *d. l. pen. §. 1. & l. inter 10. d. Public. judicio.* † Tertium, de quo agitur 32
in hoc Titulo eſt de mandato Procuratoris. Regulariter autem debet mandatum habere Procurator *l. 1. in pr. h. t. & cap. 1. eod. tit.* Nam qui nullum habet mandatum, dicitur falſus Procurator. *And. Gail. lib. 1. pract. obſ 47. n. 1.* † Diximus autem regulariter, 33
quia conjunctæ Perſonæ poſſunt agere pro alio ſine mandato *l. ſed & hæ 35. in pr. d. Procurat. & defenſor.* † Modo Domini 34
voluntas non adverſetur & cautio de rato offeratur. *l. Pomponius 40. §. ult. & ibi Dd. h. n. t. l. ſi cum dotem 22. §. ſi pater 3. & l. ſi ſoluto 10. ſolut. matrim. & l. exigendi 12. h. t.* † Quænam verò 35
perſonæ dicantur conjunctæ, conſtat *ex princ. d. l. ſed & hæ 35. l. fœminis 41. de Procurat. & defenſor. aliis que ſimilib. textib.* †
Mandatum autem Procuratoris debet eſſe legitimum *cap. 1. h. t.* 36
h. e. continere nomen mandantis, mandatarii ſive Procuratoris unius vel plurium, judicii aut judicis, coram quo ex mandato quis nomine alterius litiget, & deſignationem cauſæ. Debet etiam habere clauſulas conſuetas, quarum vel unâ omiſſâ, mandatum pro nullo reputatur *Herm. Vult. lib. 2. Juriſpr. Rom. cap. 30. n. 29.*
† Sufficit autem generale mandatum, quia non eſt neceſſe, ut omnes cauſæ in eo exprimantur. Et mandatum generale ad negotia etiam ſe extendit ad judicia *cap. qui generaliter 5. pr. h. t. in 6.* 37
† Ubi tamen cauſæ quædam excipiuntur, quæ ſpeciale mandatum requirunt. Sic Procurator non aliter cenſetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quàm ſi ad hoc habuerit mandatum ſpeciale *cap. ult. d. t.* ubi affertur ratio *& l. generali 34. in princ. de ritu nuptiar.* † Non poteſt etiam Procurator abs- 38
que ſpeciali mandato juramentum deferre, tranſigere vel paciſci; 39
† Niſi ei bonorum vel cauſæ adminiſtratio liberè ſit conceſſa. *cap. quæ ad agendum 4. de procurat. in 6.* † Quamvis enim ad a- 40
gendum & defendendum, ac generaliter ad omnia conſtituatur Procurator: Ex vi tamen generalitatis hujusmodi ad aliquem articulum, in quo ſpeciale mandatum exigitur, admitti non debet. 41
Sed ſi aliquis vel aliqui de articulis ſpeciale mandatum exigenti-

bus

Digitized by Google

bus ſpecificati fuiſſent, adjecta clauſula generali : tunc ad non ex-
42 preſſos etiam admittetur *d. cap. 4.* † Cauſa etiam reſtitutio-
nis in integrum requirit ſpeciale mandatum *l. illud 25. §. ſi talis 1. de minorib 25 ann. & cap. comm felicis 7. de In integr. reſtitut.*
43 † De reliquis cauſis, quæ etiam ſpeciale requirunt mandatum, tra-
ctat *Specul. in rubric. de procuratore in pr. n. 4. & duobus ſeqq.* †
44 Quartum hujus Tituli membrum concernit effectum Procuratio-
nis, qui 1. conſiſtit in poteſtate & officio Procuratorum, de quo a-
45 gitur *in cap. non injuſtè 14. verſ. potuit quoque b. n. t.* † Scri-
bitur autem ibi 1. Quod Procurator debeat à ſententiâ contra
ipſum lata appellare. Idem dicitur *in l. ſi procuratorem 8. §. quod & 8. mandati vel contra, & aliis legibus à gloſsâ in verbo: provocandi. ibi citatis.* Ratio eſt, quia Procuratori videtur provocandi neceſ-
ſitas tacitè injuncta, ne lis pereat per tranſitum in rem judicatam.
47 † Deinde dicitur *in d. cap. 14.* quod juſta cauſa Procuratorem ex-
cuſare poſſit, quo minus appellationem interponat. Ubi per ju-
ſtam cauſam intelligitur paupertas, infirmitas, & metus juſtus *d. l. ſi procuratorem 8. §. quod & 8. & cap. ultim. d. Appellat. recuſat.*
48 *& relation.* † Additur tamen ibi, quod hoc caſu Procurator
domino debeat conteſtari, ut ad appellationis beneficium convo-
laret, quod deſumtum videtur *ex d. l. 8. § 8. verſ. ſed etſi teſtatò*
49 *convenerunt*, quamvis de fidejuſſore hic textus loquatur. † De-
nique dicit Pontifex *in fin. d. cap. non injuſtè 14.* quòd Procurator
appellationem perſequi non teneatur invitus. Ratio eſt, quia per-
ſecutio appellationis eſt actus ſeparatus à primâ inſtantiâ, cùm fiat
in alio judicio, & ad illam non videtur ſe obligâſſe, qui procuratio-
50 nis mandatum ad primam inſtantiam acceptavit. † Aliud
verò eſt in Procuratore, qui habet mandatum generale ad omnes
lites, vel ad utramque inſtantiam. Hic enim tenetur etiam per-
ſequi cauſam appellationis, quia ad eam intelligitur ſe obligâſſe.
l. 1. an per alium cauſæ appellationum reddi poſſint. Anton. d. Butrio
51 *ad d. cap. non injuſtè 14. ubi ad textus contrarios reſpondet.* † Plu-
ra quæ ad poteſtatem & officium Procuratoris pertinent, peti poſ-
ſunt ex *l. Procurator. 58. & l. ſeq. l. procurator. 63. d. procurator. & defenſ. l. novare 20. §. 1. d. Novat. & deleg. & d. cap. quæ ad agen-*

dum

Digitized by Google

dum 4. de Procuratoriu. in 6. † Deinde effectus Procuratio- 52
nis alter exprimitur *in cap. cum pro cauſa 6. h. n. t.* ubi dicitur, quòd
qui de mandato domini cauſam procuravit ab eo repetat expen-
ſas propter hoc facta. Nemini enim officium ſuum debet
eſſe damnoſum *l. ſi ſervus 61. §. quod verò 5. de furt.* † Habet 53
autem procurator duo remedia, quibus conſequi poteſt expenſas.
1. Contrariam mandati actionem *l. etiam 4. C. mandati vel contra.*
2. Retentionem *l. quæ omnia 25. in f. & l. ſeq. de procurator. & de-
fenſor.* † Denique videndum etiam eſt paucis de revocatio- 54
ne Procuratoris. Poteſt autem revocari Procurator ante litem
conteſtatam, etiam ſine cauſa *cap. quamvis 2. h. t. in 6 & l. ante
diem 16. d. procurator. & defenſor.* † Poſt litem verò conte- 55
ſtatam non poteſt, quia per litis conteſtationem procurator factus
eſt dominus litis *cap. 1. verſ. licet autem h. t. in 6.* & ideò lis ei te-
merè auferri non debet *l. id quod noſtrum 11. d. R. J.* maximè quia
hæc ablatio ſugillat exiſtimationem Procuratoris, ut colligitur ex
l. quæ omnia 25 d. procurator. & defenſor. † Diximus autem 56
temerè, quia ſi Dominus habet juſtas cauſas, tunc etiam Procurato-
rem poſt litem conteſtatam revocare poterit, quæ cauſæ enarran-
tur *in d. quamvis 2. l. poſt litem 17. §. ult. & legib. ſeqq. d. procura-
tor. & defenſ.* † Revocatio autem Procuratoris, quæ facta 57
eſt extra judicium, judici inſinuanda eſt vel adverſario, aliàs ra-
tum habendum eſt, quod à Procuratore his ignorantibus geſtum
erit. *cap. in noſtra 4. & cap. mandato 13. h. n. t.*

NOTABILE.

Non eſt veriſimile, quod viri religioſi providi & honeſti, ſuæ ſalutis obliti ac juramenti, religione contemta, falſum teſtimonium ferant. *cap. In noſtra 4.*

De Syndico.
Titulus XXXIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Syndici etymon. 2.
definitio. 3
Contenta tituli. 4.
Omnes poſſunt eſſe Syndici. 5.
Prohibentur fœminæ, & minores. 6.
Furioſi. 7.
Surdimuti, & ſervi. 8.
Non etiam filiifam. 9.
Nec religioſi. 10.
Honeſtiùs tamen abſtinent. 11.
Nec extranei, quod tn. limit. 12.
Nec ii qui ſunt ex numero eligentium. 13.
Exceptio. 14.
Nemo debet ſe ipſum ingerere. 15. 16.
Obſtante licèt juramento. 17.
A quonam conſtituatur Syndicus? 18.
Major pars præſentium ipſum rectè conſtituit. 19.
Etiam unus ad quem univerſitas rediit. 20.
Collegium tres conſtituunt, unus retinet. 21.
Conſtituitur Syndicus in omni cauſa civili. 22.
Differt ab actore. 23.
Etiam in causâ criminali. 24.
Forma conſtitutionis. 25.
Debet iurare de fide. 26.
Conſtituitur ipſi ſalarium. 27.
Agit omnia, quæ ipſa univerſitas vel collegiū poteſt. 28.
Licèt ſpeciale mandatum non habeat. 29.
Tutius tamen hoc. 30.

1 POſt Titulum de Procuratoribus, ſequitur Titulus *de Syndico*, quia quemadmodum Procuratores gerunt negotia Domino-rum,

rum, ita etiam Syndicus gerit atque promovet negotia univerſita-
tis *gloſſ. ad h. rubr.* † Syndicus latinè defenſor dictus, non 2
quaſi ſingulorum cauſam dicens, *ut Accurſ. putat. ad l. 1. §. 1. quod
cujuscunque univerſitatis nomine vel contra eam agatur*, ſed à Græ-
câ voce *συνδίκη*, quæ litem communem ſignificat. † Eſt qui 3
communi univerſitatis aut collegii mandato cauſas liteſve ejus in
judicio perſequitur, atque adminiſtrat *l. nulli 3. l. litem 6. §. 1. d. t. l.
ultim. §. defenſores 13. d. munerib. & honor. & cap. unic. h. n. t.* † 4
De hujus conſtitutione, ut & poteſtate breviter videbimus. † 5
Principio autem ſciendum eſt, omnes poſſe fieri Syndicos, qui non
ſunt prohibiti *arg. l. mutus 43. §. 1. de Procurator. & defenſor.* † 6
Prohibentur verò ad agendum inhabiles *l. 1. §. quod ſi 2. Quod cu-
juscunque univerſitatis nomine, vel contra eam agatur* quales ſunt
fœminæ *l. fœmina 18. C. de Procuratorib. l. 1. §. ſecundo 5. de Poſtu-
land.* minores *l. 1. & 2. C. qui legitimi perſon. ſtand. in judiciis habe-
ant vel non.* † Furioſi *l. 2. d. Procurat. & defenſor.* † Sur- 7
di, muti, *d. l. mutus 43. in princ.* & ſervi *l. ſervus 6. C. d. judic.* † 8
Sunt adhuc alii, qui Syndici fieri prohibentur, ex quorum tamen 9
numero non ſunt 1. Filiifam. *l. illud 5. Quod cujuscunque univer-
ſit. nomine, vel contra eam agat.* quia in iis, quæ ad jus publicum
pertinent, non ſequuntur jus patriæ poteſtatis *l. ille 13. §. ult. & l.
ſeq. pr. ad SC. Trebell.* ſed habentur loco patrum fam. *l. filiusfam.
9. d. his qui ſui vel alien. jur.* † 2. Religioſi *cap. cum deputa-* 10
*ti 16. de judic. cap. inſuper. 6. d. Teſtib. & atteſtation. cap. ex parte 2.
d. poſtuland. & can. Monachi. 35. cauſa 16. q. 1.* † Honeſtiùs 11
tamen eſt à ſtrepitu cauſarum ſervos DEi eſſe quietos *d. cap. unic.
& ibi gloſſ. quam Dd. comm. ſequuntur h. t. n.* † 3. Extranei, 12
modò in univerſitate idonei non reperiantur, aliàs illi debent præ-
ferri. *l. ut gradatim 11. §. 1. d. muner. & bonor. l. divi 24. d. Tut. & Cu-
rat. dat. ab his &c.* quia majori ſtudio atque fide, quàm extranei
acturi præſumuntur. *Weſ. ad Tit. Quod cujuscunque univerſ. nomi-
ne &c. n. 5.* † 4. Et ultimò, qui ſunt ex numero eligentium *l. pla-
nè 4. eod. Tit.* † Si autem uni fuerit commiſſa electio, is ſei- 14
pſum eligere nequit, quia aliàs videretur ſe turpiter approbare,
quod non parvam parit ſuſpicionem *l. qua omnia 25. d. procurat. &*

Digitized by Google

defenſor. Sichard. ad l. ſi u 7. n. 5. C. de Furt. & Servo corrupt. & ad
15 *l. ſecundum 4. n. 4. cum ſeqq. C. contrab. & comm. ſtipulat.* † Ob quam etiam cauſam Prætor & præſes provinciæ ſe tutores jure non dant *l. prætor 4. d. Tutor. & Curator. dat. ab his &c. l. ult. de offic.*
16 *prætor & l. præſes 5. de Offic. præſid.* † Nec Clericus Patronus Eccleſiæ vacantis ad eam ſe præſentare *cap. per noſtras 26. de jure Patronat.* aut is, ad quem collatio dignitatum pertinet, ſe ipſum rectè inſtituere poteſt *cap. ult. d. Inſtitutionibus* locusque regiminis deſiderantibus negatur, fugientibus verò offertur. *can. Inſcripturis 9. cauſa 8. q. 1.* & indignus dicitur ſacerdotio, qui non fuit ordinatus invitus *l. ſi quenquam 31. C. de Epiſcop. & Cleric. & can. ſicut 3. cauſa 1. q. 6. videatur can. geſta 2. & can. ubi 7. diſt. 74. & gloſſ.*
17 *in d. can. Inſcripturis 9. ad voc. fugientibus.* † Et hoc etiam procedit, ſi quis juràſſet, ſe meliorem eligere velle, & ipſe eſſet melior, *juxta gloſſ. in cap. cùm in jure 33. voc. tenorem d. Elect. & Elect.*
18 *poteſtat.* † Conſtituunt autem Syndicos univerſitates & collegia, quique ab his conſtituendi acceperunt poteſtatem *l. 1. §. 1. l. item 6. §. 1. Quod cujusc. univerſ. nom.* etiamſi decretum ſuperio-
19 ris non intervenerit *l. nulli 3 ibique Petr. Coſtal. d. t.* † Major autem pars præſentium, licet partem univerſitatis aut collegii majorem non efficiat, Syndicum poteſt conſtituere. *Gloſſ. ad d. l. nulli*
20 *3. in verb. duæ partes.* † Et cum univerſitas ad unum redit,
21 tunc ille unus poteſt Syndicum creare. † Quamvis enim, verbi gratiâ, collegium tres conſtituant. *l. Neratius 85. d. V. S.* Jus tamen Collegii, ad quod etiam pertinet jus conſtituendi Syndicum, retinetur in uno *l. ſicut 7. §. ult. ibique gloſſ. & Coſtal. quod*
22 *cujuscunque univerſit. nomine, &c.* † Conſtituitur autem Syndicus ad omnes cauſas civiles *l. item 6. §. 1. l. ult. eod. tit. & l.*
23 *tigni 7. §. item 3. Ad exhibend.* † Qua in re differt Syndicus ab Actore. Hic enim ad certam tantùm cauſam agendam, vel defendendam eligitur *d. l. ult. §. defenſores 13 de munerib. & honorib. gloſſ. ad l. 1. §. quibus 1. voc. Syndicum. Quod cujuscunque univerſ.*
24 *nom. &c.* † Spectant etiam ad Syndicum cauſæ criminales *l. ult. §. ut autem 2. C. de re milit. lib. 12 Andr. Gail. lib. 1. de Pac. publ. c. 10. n. 11. qui alios Dd. allegat.* Quæ opinio eſt recepta in camerâ impe-

Digitized by Google

imperiali, teſte Mynſing. cent. 4. obs. 76. n. 3. † Formam verò 25
ſeu modum, qui in conſtituendo Syndico debet obſervari, præſcribit, vel conſuetudo, vel jus d. l. item 6. inpr. quod vult, ut qui eligendi poteſtatem habent, ritè convocentur, in locum tamen publicum & non privatum, vel ſecretum, & ab iisdem, vel parte eorum majori Syndicus eligatur l. 2. C. de Decurionib. lib. 10. l. pen. C. de 26
Legationibus d. lib. 10. † Electus autem jurare debet de officio fideliter exequendo. Schrader. tract. Feudali part. 10. ſect. 11. n. 27
114. † Et ſi nolit gratis eſſe Syndicus, conſtituitur illi ſalarium d. cap. unico b. n. 1. Dignus enim eſt operarius ſuâ mercede Can. 28
quicunque 66. cauſa 12. q. 2. † Quod verò Syndici poteſtatem attinet, ſciendum eſt, agere illum ea, quæ univerſitas vel collegium agere poteſt. Unde etiam præſtat nomine univerſitatis juramentum fidelitatis. Schrad. d. tract. part. 6 c 4. n. 24. & jurat de calumnia l. 2. §. quod obſervari 2. ibique gloſſ. C. de Jurejur. propter calumn. dand. † Etiamſi ſpeciale mandatum non habeat, 29
teſte Speculat. rubr. de jurm. calumn. tit. à quibus ſit jurandum de calumniâ, in princ. † Tutius tamen eſt ſpeciale mandatum adhiberi. Weſ. ad Tit. Quod cujuscunque univerſ. nomine & c. n. 7.

De
His quæ vi metusve cauſa fiunt.
Titulus XL.

Summaria.

Continuatur titulus. 1.
Vis, quid? & quæ hujus loci? 2.
Definitio metûs. 3.
Ejusdem per partes explicatio. 4. 5.
Metus ſit præſens ſ. imminens. 6.
Differt à periculo. 7.
Sit juſtus. 8. *ut mortis.* 9. *cruciatuum corporis.* 10. *Servitutis.* 11. *Stupri.* 12.
Amiſſio-

Amiſſionis bonorum. 13.
Sit ab alio illatus. 14.
Non luſorius. 15.
Quis ille? 16.
Sit contrà bonos mores. 17.
Debet id quod factum, hujus ipſius metûs causâ factum eſſe. 18.
Hinc infertur. 19.
Ità metu geſta ipſo jure valent, maximè jurata. 20.
Sed reſcinduntur. 21.
Actio quod metu causâ eſt perſonalis & arbitraria. 22.
Cui detur? 23.
Contrà quem? 24.
An & quatenus in heredem? 25.
Ad quid? 26. 27.
Quid ſi reus nolit reſtituere? 28.
Quibus caſibus reſtitutione non ſit opus? 29. 30. & *remiſſivè.* 33.
Matrimonium metu contractum. 31.
Et poſteà ratihabitum. 32.

1 ANtequam quis principalem cauſam in judicium deducat, videre debet, utrum fortè opus habeat beneficio reſtitutionis in integrum. Non rarò enim fit ut litigantibus, vel vis, vel metus, vel quid aliud obſtet, quod eos impedit, quo minus vel actionem ſuam inſtituere, vel excipiendo eam declinare valeant, niſi prius impedimentum illud, cui cauſam dedit vis metusve, ope reſtitutionis in integrum ſit ſublatum. Rectè igitur ſequitur in ordine præſens titulus, in quo agitur de iis, quæ vi metusve cauſa fiunt. *Wilhelmus Schmuck in ſynopſi juris canonici. Videatur gloſſ. ad h. n. rub.* quæ aliã
2 affert continuationem. † Vis eſt majoris rei impetus, qui repelli non poteſt. *l. vis autem 2. quod metus cauſa geſtum erit.* Per vim

vim autem eam ſolùm hoc loco intelligimus, quæ dicitur compul-
ſiva *l. cõtinet 3. in princ. eod. tit.* Nam vis ablativa, expulſiva & turba-
tiva, ſuis propriis vindicatur actionibus & interdictis. † Me-
tus verò eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio 3
l. 1. in princ. d. t. † Dicitur *mentis trepidatio*, h. e. pavor, 4
exanimatio, conturbatio, perculſio & conſternatio, ex quibus affe-
ctibus animum abjicimus & demittimus. † Quia verò præ- 5
ſentis mali nullus eſt metus; ideò additur inſtantis vel futuri peri-
culi causâ. † Ut autem metu geſtum reſcindi poſſit, requi- 6
ritur 1. ut metus ſit præſens *l. metum 9. princ. d. t.* ſeu imminens
l. ſi voluntate 8. C. de reſcind. vendit. † Qui diſtinguendus eſt ab 7
ipſo periculo, quòd non neceſſe eſt eſſe præſens quod metuitur.
Sufficit enim id tale eſſe, ut ingruere poſſit. *Donell. lib. 15. Com. Jur.
Civ. c. 38.* † 2. Requiritur, ut metus ſit juſtus *l. nec timorem* 8
7. §. 1. & l. ult. §. ſi juſto 1. quod metus cauſa geſtum erit, hoc eſt, qui
cadit in virum conſtantem *cap. ad audientiam 4. h. n. t. & l. metum
6. quod metus cauſa geſtum erit.* † Talis metus eſt, cùm quis 9
mortem minatur *cap. 1. & cap. cùm dilectus 6. h. n. t. l. continet 3.
§. 1. in fin. d. l. nec timorem 7. §. 1. quod metus cauſa geſtum erit. l. ſi
per vim 4. l. ſi donationis 7. C. de his, quæ vi metuve cauſa geſta
ſunt*, † Cruciatus corporis, veluti ſunt tormenta, verbera, vincu- 10
la, carceres *d. l. continet 3. §. 1. in fin. d. l. nec timorem 7. §. 1. l. pen.
§. ult. quod metus cauſa geſtum erit*, † Item ſervitutem *l. ego pu-* 11
to 4. & l. iſti quidem 8. §. 1. d. t. † Metus etiam ſtupri eſt ju- 12
ſtus, quia viris bonis iſte metus major quàm mortis eſſe debet
d. l. iſti quidem 8. § quodſi 2. † Et quia vita noſtra corpora- 13
lis non poteſt ſuſtentari ſine adjumento temporalium, *can. ſi quis
objecerit 7. cauſa. 1. q. 3.* ideò & metus amittendi bona tempora-
lia, ſine quibus vita amittitur, vel gravem jacturam patitur. *can.
Innocens 23. cauſa 22. q. 5. Gloß. in cap. Abbas 2. verb. coactus h. n. t.*
eſt juſtus *d. cap. Abbas 2.* † 3. Debet metus eſſe ab alio illa- 14
tus *l. metum 9. princ. & l. item ſi 14. §. in hac actione 3. quod metus
cauſa geſtum erit.* Nam quando quis ſibi metum infert, ceſſat re-
ſtitutio *d. l. nec timorem 7. in princ. & l. ſi mulier 21. pr. eod. tit.*
Non enim ſolet ei ſuccurri, qui ſe in neceſſitatem ponit *l. ſi fide-*

juſſor. 7. § 1. qui ſatisdar. cogant. l. 2. §. ſi quis tamen 8. & ibi gloſ. verb. arctaverit, ſi quis cautionibus in judic. ſiſtendi cauſa fact. non obtemperavit, & l. ſi quis 3. §. ſubvenitur 6. de SCto Silan. †

15 4. Non oportet metum eſſe luſorium *l. Hac autem 4. in pr. ſi cui*
16 *plus quam per Falcid. licuerit legatum eſſe dicetur.* † Dicitur autem metus luſorius, cum is, qui minatur, non poteſt vel non ſolet ea, quæ minatus eſt, exequi. *gloſ. in l. metum 9. C. de his quæ*
17 *vi metuve cauſa geſta ſunt.* † 5. Debet etiam metus illatus eſſe contra bonos mores. Nam metus, quem magiſtratus infert, huc non pertinet *d. l. continet 3. §. 1.* quia qui jure publico utitur nõ videtur injuriæ faciendæ cauſa hoc facere. Juris enim executio, non habet injuriam *l. injuriam 13. §. 1. de injur. & famos libell.* †
18 6. Denique requiritur, ut quod factum eſt, hujus ipſius metus cau-
19 sâ factum fuerit *l. 1. quod metus cauſa geſt. erit.* † Quare non reſtituitur in integrum, qui metu promiſſum poſtea, nullo novo adhibito metu, ſolvit. *l. cum te 2. l. ſi per vim 4. C. de his, quæ vi me-*
20 *tuve cauſa geſta ſunt & d. cap. 1. h. n. 1.* † Cum igitur requiſita hæc concurrunt, & per metum rem perditam eſſe, probatum fuit *l. ſed & 12. §. ult. & l. item ſi 14. princ. quod metus cauſa geſtum erit*, valent quidem quæ per metum facta ſunt ipſo jure, maximè ſi jusjurandum acceſſerit *cap. ad aures 3. h. n. 1. §. 1. J. d. Except.* †
21 Verùm peti poteſt reſciſſio eorum *§ 1. J. d. Except. & d. cap. Abbas 2. ibique Abb. n. 7. cum tribus ſeqq. capitulis h. t. n.* Et à juramen-
22 to abſolutio *cap. ſi verò 8. d. Jurejurand.* † Competit autem actio quod metus cauſa *d. § 1. & t. t. quod metus cauſa geſt. erit.* quæ eſt perſonalis & arbitraria *§. præterea 31. J. de action. & l. item*
23 *ſi 14. §. hæc autem actio 4. quod met. cauſa geſt. er.* † Et datur metum atque damnum paſſo, ejusque heredi, & cæteris ſucceſſoribus, quia rei habet perſecutionem *l. quod diximus 16. §. hæc actio*
24 *2. eod. tit.* † Et datur contra metum inferentem, † ejus-
25 que heredes & cæteros, ſed ſolum in id, quod pervenit ad eos, h. e. quatenus ex eâ re ſint facti locupletiores *l. in heredem 26. de dolo malo.* Licèt enim pœna ad heredem non tranſeat, attamen quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium heredis non debet pertinere *d. l. quod diximus 16. §. 2. l. ſicuti 38. d. R. J. & l. unic.*

C. ex

C. ex delict. defunct. in quantum hered. conveniantur. † In- 26
ſtituitur autem hæc actio ideò, ut id, quod abeſt conſequamur *l. ſi*
mulier 21. §. ult. quod metus cauſa geſtum erit. Talis itaque reſtitu-
tio facienda eſt, ut ſi per vim res tradita ſit, retradatur, & de dolo re
promittatur, ne fortè deterior res facta ſit *d. l. metum 9. §. ex hoc 7.*
fidejuſſores etiam & pignora *l. illud 10. quod met. cauſa geſt. erit.*
item partus ancillarum, fœtus pecorum & fructus reſtitui, & o-
mnem cauſam oportet. *l. ſed & 12. eod. tit.* † Et hæc ſi reus 27
arbitrio & juſſu judicis reſtituit, abſolvitur §. *item actio 27. J. d.*
Actionib. Satis enim clementer egit Prætor cum Reo, dum ei reſti-
tuendi dedit facultatem, ſi velit pœnam evitare *d. l. item ſi 14. §. 1.*
† Si verò reus ea nolit reſtituere, condemnatur & quidem intra 28
annum in quadruplum §. *quadrupli 25. J. d. Actionib. d. l. 14. §. 1.*
cum duobus ſeqq. §§. & l. ſi per vim 4. ibique Sichard. n. 7. C. de his,
quæ vi metuve cauſa geſta ſunt. Ita tamen, ut pœna ſit tripli, & præ-
ter triplum res ipſo quadruplo contineatur *d. l. 14 §. ſed & ſi quis*
9. cum § ſeq. 10. Poſt annum verò fit condemnatio in ſimplum *d. l.*
ſi per vim 4. & d. l. 14. §. 1. non quidem quanti verè res eſt, ſed
quanti actor in litem juraverit *l. arbitrio 18. pr. de dol. mal. & l.*
qui reſtituere 68. de Rei vindic. † Interdum tamen non eſt 29
neceſſaria reſciſſio, ſed quod vi metusve cauſâ factum eſt, ipſo jure
eſt nullum. † Sic non tenet ingreſſus ſeu profeſſio religio- 30
nis, quæ metu mortis facta eſt *cap. 1. h. n. t. & gloſſ. in l. Abbas 2.*
verſ. coactus eod. tit. † Aliud exemplum habemus in matri- 31
monio, quando enim illud eſt metu contractum, ipſo jure videtur
nullum eſſe, quia libera debent eſſe matrimonia *cap. requiſivit*
17. de ſponſalib. & matrim. ubi a. eſt metus, conſenſus liber dici non
poteſt *cap. cum locum 14. eod. tit.* † Si tamen quis poſtea il- 32
lud ratum habuerit, valet. Et ita intelligi poteſt *can. inter cætera*
22. cauſa 22. q. 5. vid. Didac. Covarruv. d. matrim. part. 2. c. 3. §. 5.
n. 5. † Plura exempla, quæ propter metum ipſo jure ſunt 33
nulla, tradit *gloſſ. d. loc. & Abbas in d. cap. Abbas 2. n. 8. & ſeqq.*

NOTABILIA.

1. Quæ metu & vi fiunt, de jure debent in irritum revocari *cap. Abbas 2. & cap. ad audientiam 4.*

2. Canones ſunt ſacri *cap. ſacris 5.*

3. Juramentum, quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, ſervandum eſt *cap. cum dilectus 6.*

4. Perjuriis non eſt via aperienda *d. cap. 6.*

5. Nimia ſimplicitas eſt fatuitas *d. cap. 6.*

6. Probatâ violentiâ per teſtes, res amiſſæ probantur per juramentum *cap. ult.*

De In Integrum Reſtitutione.
Titulus XLI.

SUMMARIA.

Cont. tit. 1.
Reſtitutio integri. 2.
Eſt remedium extraordinarium. 3.
Definitur. 4.
Redintegrare. 5.
Actio qua intelligatur. 6.
Quando reſtitutio concedatur. 7.
Intrà quod tempus petenda? 8.
Diverſum in unaquaque reſtitutione tempus obſervatur. 9.
Reſtituit Magiſtratus ordinarius. 10.
Non item municipalis & pedaneus. 11.
Arbitri non niſi incidenter de eâ cognoſcunt. 12.
Agitatur in foro rei. 13.
Exceptio. 14.
Cui detur? 15.
An & heredibus? 16.
Num fidejuſſoribus? diſtinguitur. 17.
Quibus in rebus locum habeat? 18.

Et

Et an detur ob rem minimam? 19. 20.
Forma reſtitutionis. 21.
Finis. 22.
Effectus. 23.

IN tit. præcedenti egit Compilator Decretalium de reſtitutione in integrum ſpeciali, quæ fit propter vim metumve; ſed quia eſt reſtitutio generalis, per quam ſuccurritur litigantibus ex aliis juſtis cauſis, ob quas datur reſtitutio in integrum, ideò de eâ nunc tractat *Gloſſ. & Abbas in rubr. h. tituli.* † In integrum autem reſti- 1
tutio quæ etiam integri reſtitutio dicitur *l. ſi minor 34. §. 1. d. minor.* 2
25. ann. Paul. lib. 1. ſentent. tit. 7. † Et remediis extraordi- 3
nariis rectè annumeratur *l. in cauſa 16. in princ. de minor 25. ann.*
† Definitur, amiſſæ cauſæ redintegratio *l. 2. C. In quib. cauſis* 4
in integr. reſtit. neceſſaria non eſt, ſeu redintegrandæ rei vel cauſæ actio *Paul. d. tit. 7. in princ.* † Ubi redintegrare eſt rurſum 5
integrum præſtare, quod integrum eſſe deſierat. *Donell. lib. 21. Comm. jur. civil. c. 4* Res autem redintegratur, quæ vi ablata, atque extorta fuit: cauſa verò, quæ non eſt expleta: ut ſit ſenſus, redintegrari rem tam perfectam h. e. datam, quam imperfectam h. e. promiſſam & nondùm traditam, ſicut ex Iſidoro verba iſta explicat *Cujac. ad rubr. d. in integrum reſtitution.* † Per actionem autem intelligitur 6
magiſtratus reſtituentis factum *arg. d. l. 2. & l. hac ratio 3. §. pen. d. Donat. inter vir. & uxor.* † Sciendum autem eſt, in integrum 7
reſtitutionem non aliter concedi, quam ſi ea deſideretur, imploretur, poſtuletur, petatur. Tot enim verbis in eâdem re jus civile & canonicum utitur *cap. cum veniſſent 2. Cap. Tum ex literis 5. & capit. tribus ſeqq. h. n. t. l. ult. C. ubi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit, aliiſque ſimilib. textib.* † Hæc ta- 8
men poſtulatio, & petitio, quæ actio eſt, ut colligitur *ex l. non ſolùm 39. §. eſt & caſus 6. d. Procurator. & defenſor. l. 1. §. ait prætor. 3. cum duobus ſeqq. ff. de dolo malo l. petendæ 6. in princ. & §. 1. & l. ult. in fin. princ. C. de Temporibus in integr. reſtit.* Intrà tempus ſtatutum fieri debet. *l. non ſolùm 6. d. in int. reſt. & cap. conſtitutus 8. h. n. tit.* † Aliud autem tempus obſervatur in reſtitutione 9

Q 3 quæ

quæ fit ob metum *l. item ſi 14. §. in cauſa 2. Quod metus cauſa geſtum erit.* aliud in eâ, quæ propter dolum datur *l. ult. C. de dolo malo,* aliud denique in minorum & majorum repetitionibus *d. l. ult. pr.*
10 *C. de Temporib. in integr. reſtitut.* † Cauſa autem reſtitutionis in integrum eſt magiſtratus ordinarius, qui miztum habet imperium, cujus pars eſt reſtitutio in integrum *l. ea quæ 26. pr. & §. 1.*
11 *Ad municipal. & cap. cauſa 9. h. n. t.* † Non igitur reſtituit magiſtratus municipalis *d. l. 26. §. 1.* ut nec judex pedaneus, niſi illis Juriſdictio hæc fuerit demandata. Tunc enim ipſe, qui judicem deſtinavit, in integrum dare reſtitutionem, & cauſas ejus examinare videtur *l. ita autem 5. §. quod ſi quis 3. d. Adminiſtrat. & periculo Tutor. & l. fin. C. ubi & apud quem cognitio in integr. reſtitutionis a-*
12 *gitanda ſit.* † Arbitri autem de cauſa reſtitutionis in integrum cognoſcere nequeunt, niſi coram eis mota fuerit incidenter
13 *d. cap. cauſa 9. & d. c. fin.* † Si autem actor alium habet magiſtratum, & alium, contra quem petitur integri reſtitutio, in foro rei ea debet regulariter agitari *l. quoniam 2. C. ubi & apud quem*
14 *cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit.* † Diximus, regulariter, quia occurrunt caſus in quibus in conſiſtorio principis reſtitutio petenda erit, qui proponuntur *in l. ſi ex cauſa 9. §. ult. junct. l. ſeq. l. minor 18. §. ſed etſi 4. de minor 25. ann. l. 1. C. ubi & apud quem cognit. & l. adverſus 3. C. ſi adverſus rem judicat. reſtitutio*
15 *poſtuletur.* † Perſonæ verò, quæ lapſa eſt & circumſcripta reſtitutione in integrum ſubvenitur, ſive metu, ſive calliditate, ſive ætate, ſive abſentiâ, ſive per ſtatus mutationem, aut juſtum errorem, inciderit in captionem *l. 1. & l. 2. d. in integr. reſtitutionib.* †
16 Hujus etiam heredibus atque Succeſſoribus datur reſtitutio *l. item ſi 14. §. in cauſa. 2. l. quod diximus 16. §. hac actio 2. quod met. cauſa geſt. erit l. heredibus 13. in princ. d. dolo malo l. minor 18. §. ult. cum l. ſeq. d. minor. 25. ann. l. 1. C. d. reſtit. militum & c. l. ſi intra 2. l. ea quæ 5. §. 1. cum §§. duobus ſeqq. C. de Temporib. in integr. reſtit.*
17 † Interdum & fidejuſſoribus hoc auxilium prodeſt, ſi ſcil. minor calliditate ſeu dolo ejus cum quo contraxit, deceptus ſit *l. denique 3. §. ſed utrum 4. verſ. ſed an hoc d. minor. 25. ann. & l. ult. C. d. Fidejuſſ. min.* Quod ſecus eſt, quando minor ipſius rei damno ex

ſolo

ſolo ætatis lubrico læſus apparet *l. 1. & d. l. ult. C. eod. Tit. & l. Exceptiones 7. §. 1. d. Except. præſcript. & prajud.* † Habet au- 18
tem locum reſtitutio in integrum in contractibus *cap. 1. & d. cap. conſtitutus 8. h. n. t.* in matrimonio *cap. ex literis 4. h. n. t.* in probatione neceſſariâ omiſsâ *cap. auditis 3. eod. Tit.* quando lata eſt ſententia *cap. Tum ex literis 5. & cap. ſuſcitata 6. eod. Tit.* Quando negligens fuit Procurator, qui jura Eccleſiæ non produxit, *cap. cum veniſſent 2. h. t.* † Etiam in re vel ſummâ minimâ, modo 19
majori rei vel ſummæ non præjudicetur *l. ſcio 4. d. integr. reſtitut. & l. per minorem 54. de judiciis & ubi quiſque ager.* † Quod 20
ſecus eſt in actione de dolo malo, quia cum iſta actio ſit famoſa, parciſſimè ea erit utendum. *l. ſi quis 9 § ult. cum legibus duabus ſeqq. d. dol. mal.* † Reſtitutionis verò forma in eo verſatur, quod 21
judex cauſa prius plenè cognitâ *l. omnes 3. h. n. t.* & ſi de eâ ſatis non conſtet, probatâ *l. nam poſteaquam 9. §. ſi minor 4. de Jurejur. & l. interpoſitas 13. C. de Tranſact.* præſente adverſario *d. cap. Tum ex literis 5. l. in cauſa 13. in fin. princ. d. minor. 25. ann.* læſionem reſcindere *§. rurſus 5. J. d. Action.* Et ita actorem in priſtinum ſtatum atque conditionem, quæ fuerat ante captionem reponere debeat *l. 2. §. reſtituas 43. ne quid in loc. publ. gloſſa in d. cap. Auditis in verbis: contra reliquam.* † Fit autem reſtitutio in integrum eum in 22
finem, ut lapſis vel circumſcriptis ſubveniatur *l. 1. h. t.* † Denique 23
effectus reſtitutionis conſiſtit in actione reſciſſoriâ *l. nec non 28. §. ult. ex quibus cauſis majores &c. & l. ab hoſtibus 18. C. de Poſtlimin. reverſis* & exceptione, quam etiam habent reſtituti *l. nec non 28. §. exemplo 5. ibique gloſ. ex quibus cauſis majores &c. & l. invitum 156. §. 1. d. R. J.*

Notabilia.

1. Epiſcopo Eccleſiæ conditionem deteriorem facere non licet *cap. 1.*
2. Eccleſia jure minoris ſemper debet illæſa ſervari *d. cap. 1.*
3. Eccleſia fungitur jure minoris *cap. auditis 3.*
4. Matrimonium eſt favorabile *cap. ex literis 4.*
5. Sententia Romanæ ſedis poteſt in melius commutari *cap. Tum ex literis 5.*

De-

Tunc autē locum habet hæc actio (1) ſi alienatio ſit facta *rubr. & cap.* 3
Ex quorundam 1. h. t. d. l. 1. in pr. & aliis ſimilib. textib. † Ali- 4
enationis verbum latè hîc accipitur, ut nihil interſit, propriam
quis rem an alienam diſtrahat *l. ex hoc 8. §. alienare 2. h. t.* rem i-
pſam, vel jus in re, dominium vel poſſeſſionē *l. item ſi res 4. §. Pedi-
us 2. & §. ad jum etiam 4. eod. tit & d. cap. 1. h. n. t.* † Voce
tamen alienationis venit tantùm alienatio inter vivos, non autem 5
legatum vel heredis inſtitutio *d. l ex hoc 8. §. ſed heredem 3.* quia a-
lienatio, quæ fit à moriente, vel mortis cauſa, plerumque non fit
judicii mutandi cauſa. Non enim quis poſt mortem metuit lites,
vel de iis eſt ſollicitus. † Actio autem hæc contra eum com-
petit, qui dolo malo judicii mutandi cauſa alienat, quod inter vi- 6
vos fieri plerumque ſolet. *Vid Gæddeus ad l. ſi alienationis 28. n.
16. d. V. S.* † (2). Si alienatio ſit facta dolo malo *d. l. item ſi*
4. §. ſi quis 3. & §. ad jum 4. & d. l. quia pertinet 7. † (3.) Si 7 8
alienatio judicii mutandi cauſa facta ſit *h. n. rubr. d. l. ex hoc. 8. §.*
ait prætor 1. † *& l. unic. C. h. t.* (ubi per judicium intelligitur
futurum, non autem præſens judicium *d. l. 8. § 1.*) Ratio eſt, quia 9
cum jam eſt judicium, res cœpit eſſe litigioſa. Rei autem litigio-
ſæ alienatio, nullius eſt momenti *l. lite pendente 2. C. de Litigioſ.*
† Verba igitur in *d. cap. 1.* hæc: *de qua controverſia vertitur:* ita 10
ſunt cum Gloſſa exponenda, *ſi de poſſeſſione controverſia verti ſpe-
retur.* Aut debent intelligi de controverſia, quæ extra judicium
facta eſt de poſſeſſione. *Abb. ad d. cap. 1. n 1.* † (4.) & ulti- 11
mò, ſi per alienationem iſtam durior ſit reddita conditio noſtra
d. l. 1. in pr. h. t. Quibus autem modis id fiat, declaratur exemplis
in d. l. 1 §. 1. & legib. duab. ſeqq. d. cap. 1. & c. 2. h. n. t. † Præ- 12
terea datur hæc actio non tantum contra reum, verùm etiam con-
tra actorem *d. cap. 2. & l. pen. ibique Br. h. t. n. & Abb. in d. cap. 1.
n. 6.* † Denique datur iſta actio ad id, quod intereſt *d. l. 1. in* 13
*pr. l. quia etiam 3. §. ex quibus 4. & d. l. item ſi 4. §. hæc actio 5. h.
n. t.* † Quare ſi ab eo rem meam, in quem eſt tranſlata, non 14
poſſum conſequi, ago hâc actione ad æſtimationem rei. Si verò
eam conſecutus ſum, ago duntaxat ad damna extrinſeca. † Quæ 15
autem dicantur illa damna explicat *Abb. ad d. cap. 1. n. 4.* qui eſt
videndus.

Nec de matrimonio. 28.
Nec, niſi incidenter, de cauſâ reſtitutionis in integrum. 29.
Forma arbitrii. 30.
Compromittitur ſub pœna. 31.
Explic. l. 3. §. 2. h. t. 32.
Quæ debet utiliter promitti. 33.
Debet perpetuò poſſe exigi. 34.
Stipulatione promittenda. 35. *Exceptio.* 36.
Poteſt compromitti in plures. 37.
Sed ſatiùs, ſub diſpari numero. 38.
Non valet, ſi in duos compromiſſum, ut ſi diſſentiant tertium adſumant. 39.
Omnium arbitrorum requiritur præſentia. 40.
Niſi aliter conventum. 41.
Finis arbitrii. 42.
Arbiter cogitur dicere ſententiam. 43.
Effectus ſententiæ. 44.
Ab eâ non licet appellare. 45.
Objectioni reſpondetur. 46.
Ad varia negotia à Prætore dantur arbitri. 47.
Ad obſt. l. 1. de rec. arb. & l. 1. de appell. 48.
Reſponſio. 49.
Finitur compromiſſum morte alterutrius. 50.
Ratio. 51. *Exceptio.* 52.
Lapſu temporis. 53.
Acceptilatione pœnæ. 54.
Judicio accepto. 55. *Ubi expl. l. 30. h. t.*
Dubio ſatisfit. 56.
De aliis modis ſolvendi, remiſſivè. 57.

1 HActenus actum eſt de officiis diverſorum judicum tàm ordi-
narioꝛum, quàm delegatorum, ût & de aliis, in quibus offici-
um judicis verſatur. Quia verò Arbitri ſunt quodammodo judi-
ces, cùm adſumantur ad contentiones ſedandas, meritò poſt tracta-
tum de officiis judicum, ſequitur hic titulus *de Arbitris*, qui ideò
proximè antecedit titulum de Judiciis, quia compromiſſum ad ſi-
militudinem judiciorum redigitur *l. 1. h. t. Abb. ad h. n. rubr.* †
2 In arbitris autem, qui & jure civili arbitri recepti, quod ex recepto,
h. e. compromiſſo aſſumuntur *l. rem non novam 12. pr. C. d. judic.*
3 dicuntur, ante omnia videndum erit de perſonâ arbitri. † Ar-
biter autem poteſt eſſe, qui non prohibetur, cujuscunque ſit condi-
4 tionis † etiam filiusfam. & ignominioſus *l. Labeo 3. §. ult. l. ſed
5 & 5. & l. Pedius 7. in princ. d. Recept. qui arbitr. recep.* † Ex-
cipitur autem ſervus *d. l. 7. pr. junct. l. 1. h. t. & l. ſervus 6. C. d. ju-
dic.* pupillus, furioſus, ſurdus & mutus *l. ſed ſi 9. §. ſed neque 1. h. t.*
& cujus ſordes aut turpitudo manifeſta eſt *d. l. 9. §. ſunt & alii 3.*
6 † Ubi tamen diſtinguendum eſt inter eum, qui pecuniam accepit,
ut ſententiam non dicat, & inter eum, qui pecuniam accepit, ut
malè pronunciet. Ille enim cogitur dicere ſententiam *d. l. Labeo
7 3. §. 1.* hic verò non item *d. l. 9. §. 3.* † Excipitur etiam fœmi-
na *l. ult. C. h. t. & cap. dilecti 4. h. t.* in quo textu tamen fœmina
poteſt eſſe arbitratrix, quæ jurisdictionem habet ex conſuetudine
8 loci. † Putat quidem *Cujac. lib. 13. obſ. c. 33.* ante *d. l. ult.* mu-
lierem integræ opinionis ex compromiſſo potuiſſe arbitrium reci-
pere, verùm hoc refutat *l. 2. de R. J. l. 1. h. t. junct. l. cum Prætor 12.
9 §. non autem 2. de judiciis & ubi quisque ager. vel conv.* † Præ-
terea excipitur minor 20. annis in *l. cum lege 41. h. t.* ubi traditur,
quod nemini liceat minorem 20. annis compromiſſarium judicem
eligere, & ſi electus dixerit ſententiam, quod pœna nullo modo
10 committatur † fruſtra diſſentiente *Zaſ. qui in princ. h. t. n. 20.*
ſententiam minorum 20 annis, ſi fortè electi ſint, tuendam eſſe ſcri-
11 bit. † An autem in judicem ordinarium compromittere li-
12 ceat, controverſum eſt. † Quòd autem judex non poſſit pro-
13 prio auſu recipere arbitrium ejus rei de qua judex eſt, aut jubere, ut
in ſe compromittant litigantes, apparet ex *l. ſed ſi 9. §. ſi quis 2. h. t.*
Ratio

Digitized by Google

Ratio eſt, quia ſi is arbitrium poſtea recepit, incipiet perſonam ſu-
ſtinere duorum judicum; judicis videl. legitimi & arbitri. Quod
fieri non poteſt. Nam judex jubetur judicare, ita ut jure proditum
eſt *princ. Tit. J. de offic. jud.* Arbiter autem ita ſumitur, ut dicat,
quod ſibi æquum viſum eſt, rataque eſt ejus ſententia, ſive æquum,
ſive iniquum dixerit *l. diem 27. §. ſtari 2. h. t.* † Nihil igitur 13
prohibet, quo minus judex arbitrium recipere poſſit ejus rei, de
qua judex eſſe non cœperit *cap. cum tempore 5. & cap. ex parte 10.*
h. n. t. Donell. lib. 17. Comm. jur. civ. cap. 10. & Weſenb. in pr. Cod.
h. t. n. 8. † Veniunt autem in compromiſſum cauſæ contro- 14
verſæ, de quibus actum eſt, ut venirent in compromiſſum *l. quid ta-*
men 21. §. plenum 6. & l. de rebus 43. h. t. quæque ad ſolutionem pe-
cuniæ aut operam præbendam pertinent, ut ſcribitur in *l. non ex*
omnibus 39. pr. eod. tit. † Quæ verba obſcura ſunt. † Cu- 15
jac. *lib. 22. obſerv. c. 25.* operam hîc præbendam intelligit ab ipſis li- 16
tigatoribus, qui operam præbere dicantur eò, quòd ipſorum operâ,
id eſt compromiſſo conſtituatur aliquis arbiter: & rurſus ab arbi-
trio recedere poſſunt ſolutâ pecuniâ. † *Accurſius* verò *ad d.* 17
l. 39. operam præberi ait à partibus, quæ id agunt, ut finito arbitrio
eant ad judicem. † Alii aliter iſta verba interpretantur. † 18
Sed videtur nobis his verbis hoc velle JCtus, ſententiam arbitri 19
ſive pœnam ex ejus ſententiâ committi, de his duntaxat cauſis pro-
latam, quæ ſunt pecuniariæ, quæque ad operam præbendam perti-
nent, id eſt quæ ſunt propriæ arbitrorum. Hæc igitur verba, ex his
quæ ad ſolutionem pecuniæ, aut ad operam præbendam pertinent,
idem valent. † Operam enim præbere dicitur arbiter, ut & 20
judex operam dare, quæ ſunt phraſes peculiares & propriæ de judi-
cibus & arbitris cauſam cognoſcentibus, & de eâ pronunciantibus.
Ita operam dare dicuntur judices in *l. ſi longius 18. pr. d. judic. & l.*
pen. pr. d. Vacat. & Excuſat. muner. Operam autem præbere dici-
tur arbiter *in d. l. non ex omnibus 39.* † *& in l. quid tamen 21. §.* 21
ſed ſi 11. h. n. t. ubi hæc proponitur quæſtio, an ſi arbiter juſſerit li-
tigantes adeſſe in locum aliquem, in quem alter honeſtè venire
poſſit, alter non poſſit honeſtè, ſi is venerit, non committatur pœ-
na compromiſſi, an verò hoc juſſum arbitri pro nullo habeatur

quaſi operâ non præbitâ. i. e. quaſi fruſtra operam præbuerit arbi-
ter & inutiliter juſſerit? Et reſpondet JCtus, hanc operam haberi
pro non præbitâ. juſſum eſſe nullum, & proinde pœnam non com-
22 mitti. † Excipitur hoc loco 1. res propria, de hâc enim non
poteſt compromitti, quia neque imperare ſibi, neque ſe prohibere
23 quiſquam poteſt. *l. pen. h. t.* † Nec adverſatur *l. in re man-
dam 21. C. mand.* ubi quiſque dicitur rei ſuæ arbiter; quia ibi arbi-
ter non ſignificat arbitrum compromiſſarium, ſed moderatorem,
qui pro libitu de re ſuâ diſponit. *Joan. Baptiſta Peruſinus tract. d.
24 arbitris lib. 1. c. 6. & Menoch. lib. 1. d. Arbitr. judic. q. 1.* † 2.
Excipitur cauſa liberalis *l. non diſtinguemus 32. §. de liberali 7. h. t.
25 & cap. cauſa 9. in fin. de in integr. reſtitut.* † Ratio Exce-
ptionis eſt, quia hæc cauſa eſt graviſſima, ideóque non coram arbi-
tris, ſed majoribus judicibus h. e. non coram judicibus pedaneis
ſed coram magiſtratibus & præſidibus erit diſceptanda *d. cap. cau-
ſa 9. l. 2. C. d. pedaneis judicib. & l. pen. C. ubi cauſa ſtatus agi de-
26 beat.* † 3. Excipitur actio popularis *d. l. 32. §. 7. verſ. Idem
dicendum eſt.* quia actionibus popularibus non jus privati & ſingu-
lorum, ſed totius populi continetur *l. 1. de Popularib. Action.* Non
debent igitur privati & ſinguli de cauſis popularium actionum
27 compromittere, quaſi ad ipſos tantùm pertineant. † 4. Ex-
cipiuntur crimina *d. cap. cauſa 9. in f. & d. l. 32. §. Julianus 6.* Ra-
tio eſt, quia vindicta criminum ad rempublicam pertinet, & abſur-
dum eſt de criminibus arbitrum dicere ſententiam, cum damnatus
judicio publico fiat infamis *l. infamem 7. d. Public. judic.* Sententia
autem arbitri non affert infamiam *l. quid ergo 13. §. ex compromiſ-
28 ſo 5. de his qui notantur infamiâ.* 5. Non poteſt etiam cogno-
ſcere arbiter de matrimonio, quia matrimonium majores judices
29 exigit *d. cap. cauſa 9.* † Denique arbitri de cauſa reſtitutio-
nis in integrum cognoſcere nequeunt, niſi coram eis mota fuerit
incidenter *d. cap. 9.* quod etiam de jure civili verum eſt, quo magi-
ſtratus tantùm reſtituere poſſunt *l. in cauſa 13. §. ult. & legib. duab.
ſeqq. d. minor. 25. ann. & ult. C. ubi & apud quem cognitio in inte-
30 grum reſtitutionis agitanda ſit.* † Ad formalem arbitrii cau-
31 ſam pertinent tria. † Quorum primum eſt, quod compro-
mit-

mittatur ita in arbitrum, ut invicem litigantes pœnam promittant
ſolvendam, niſi arbitri ſententiæ ſteterint *l. Labeo 3. §. ait Prætor 2.*
h. t. † Ubi tamen requiritur † 1. Ut pœna ſit utiliter 32
promiſſa. Nam ſi mulier alieno nomine compromittat, non erit 33
pecunia compromiſſa propter interceſſionem *d. l. 32. §. ſi mulier. 2.*
† 2. Ut duret promiſſa, ita ut inde pœna perpetuò poſſit exigi 34
l. Pomponius 13. pr. & l. item ſi unus 17. pr. & d. l. 32. §. 1. † 3. De- 35
nique ut promiſſa ſit ſtipulatione *d. l. Pomponius 13. §. idem 1. l.*
quid tamen 21. §. ult. & aliis ſimilib. textib. quæ ideò exigitur, ut
promiſſa pœna debeatur, quæ alioqui pacto deberi non poteſt *l. ju-*
rigentium 7. §. ſed cum nulla 4. de Pact. † Interdum tamen 36
promiſſio, quæ per nudum pactum fit, ſufficit, ut in ſpecie *l. litiga-*
tores 11. §. 2. & §. 3. d. Recept. qui arbitr. recep. Donell. lib. 28. Comm.
jur. civ. cap. 11. † Secundum eſt, quod in plures arbitros 37
poſſit compromitti *cap. 1. cap. pervenit 3. cap. innotuit 12. h. t. l. i-*
tem ſi unus 17. §. item ſi plures 2. & d. l. non diſtinguemus 32. §. cum in
plures 13. d. Receptis, qui arbit. recep. † Et quia homines ad 38
diſſentiendum ſunt faciles *d. l. item ſi unus 17. §. principaliter 6. eod.*
tit. expeditius eſt diſpari numero arbitros aſſumi *cap. 1. h. n. t. &*
cap. 1. eod in 6. † Si tamen in duos fuit compromiſſum, ut ſi 39
diſſentirent, tertium adſumant, tale compromiſſum non valet,
quia in aſſumendo tertio poſſunt diſſentire, & ita res exitu careret
d. l. item ſi unus 17. §. ſi in duos 5. & cap. innotuit 12. h. t. † Ulti- 40
mum eſt, cum in plures compromiſſum eſt, requiritur omnium ar-
bitrorum præſentia *l. item ſi unus 17. §. item ſi plures 2. d. Recept. qui*
arbitr. recep. † Si tamen adjectum fuit in compromiſſo, ut 41
ſi unus vel alter abeſſet, reliqui nihilominus procederent, hoc caſu
præſentes cauſam agnoſcere, & decidere debent *l. non diſtinguemus*
32. §. cum in plures 13. eod. tit. † Ideò autem ſumuntur arbi- 42
tri, ut per eos tollantur lites *l. quamvis 37. d. Recept. qui arbitr. recep.*
res terminetur *l. inter 44. eod. tit.* & finis controverſiæ imponatur
d. l. non diſtinguemus 32. §. quæſitum eſt 16. d. t. † Unde eti- 43
am arbiter cogitur dicere ſententiam. Quamvis enim neminem
Prætor cogat arbitrium recipere, quoniam hæc res libera & ſoluta,
& extra neceſſitatem Jurisdictionis poſita eſt *d. l. Labeo 3. §. 1. de*

Re-

Recept. qui arbitr. tamen ubi ſemel quis in ſe recepit arbitrium, ad curam & ſollicitudinem ſuam hanc rem pertinere putat Prætor, non tantùm quòd ſtuderet lites finiri, verum etiam quoniam non deberent decipi, qui eum quaſi virum bonum, diſceptatorem inter ſe elegerunt. Finge enim poſt cauſam jam ſemel atque iterum tractatam, poſt nudata utriusque intima, & ſecreta negotii aperta, arbitrum vel gratiæ dantem, vel ſordibus corruptum, vel alia qua ex cauſa nolle ſententiam dicere, quisquamne poteſt negare, æquiſſimum fore, Prætorem interponere ſe debuiſſe ut officium quod in ſe
44 recepit, impleret? *d. l. Labeo 3. §. 1.* † Stari autem debet ſententiæ arbitri, quam de re dixit, ſive æqua ſive iniqua ſit, quia ſibi debet imputare, qui compromiſit *l. diem 27. §. ſtari 2. h. & l. ſocieta-*
45 *tem 76. pro ſocio.* † Unde ſequitur, non licere ab arbitri ſententia appellare *l. 1. C. de receptis arbitr.* ubi ſcribitur: Ex ſententiâ arbitri ex compromiſſo jure perfecto aditi, appellari non poſſe, ſæpè reſcriptum eſt. Huc facit etiam *d. l. non diſtinguemus 32. §. cum*
46 *quidam 14. in verb. etiamſi appellari non poteſt.* † Quibus non adverſatur *l. arbitro 9. qui Satisd. cogant.* Quia non agit de arbitris compromiſſariis, de quibus hoc loco agitur, ſed de arbitrio à Prætore conſtituto ad probandos fidejuſſores, judicio ſiſtendi cauſa da-
47 tos. † Solent enim à Prætore arbitri interdum conſtitui, ſive dari ad varia negotia, ùt propter legem Falcidiam ad ineundam quantitatem bonorum, ut ſciatur de quadrante Falcidiano *l. ſi debitor 12. ad l. Falcid.* aut ad rationes diſpungendas, aut excutiendas, inter heredem & ſervum *l. ſi quis dicat 3. §. 1. d. manumiſſionib.* aut ad reſtitutionem Fideicommiſſi *l. pen de confeſſis.* Sic etiam *in d. l. arbitro 9* datus eſt arbiter ad probationem fidejuſſorum ſint ne idonei & locupletes, nec ne, ut & *in l. ait Prætor 7. §. non ſolum 3. d. minor 25. ann.* Ab his igitur arbitris ad diverſa negotia conſtitutis appellare licet: à compromiſſariis non licet. Ratio differentiæ ex iis, quæ jam diximus, intelligitur, quia hi ſpontè & conſenſu litigato-
48 rum eliguntur; illi à prætore etiam invitis imponuntur. † Videtur etiam pro appellatione facere *l. 1. de Recept. qui arbitr. recep. & l. 1. d. Appellat.* In illâ enim dicitur, quod compromiſſum ad ſimilitudinem judiciorum ſit redactum. In hâc verò quod in judiciis &

à Jus

à Judicum ſententiâ appellatio concedatur. Ergò etiam ab arbitri ſententia appellatio erit concedenda. † Verùm reſponderi 49
poteſt, quamvis compromiſſa in quibusdam imitentur judicia, tamen plura ſunt, in quibus diſcrepent, de quibus videatur *Donell. d. lib. 28. Comm. jur. civil. c. 14. Conſentit Duar. ad d. tit. de Receptis, qui arbitr. recep. cap. d. effectu ſententiæ ab arbitro, qui tradit, in Galliâ appellari ab arbitri ſententiâ. Vaud. lib. 1. quæſt. jur. 14. Petr. Coſtal. ad d. l. arbitro 9. Andr. Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 49. & obſerv. 150. n. 8. & Mynſing. cent. 4. obſ. 68.* † Denique compromiſſum 50
factum variis modis ſolvitur. Et 1. quidem morte, tam arbitri *cap. præſentium 50. d. Teſtib. & atteſtation. & cap. uno 42. d. offic. & poteſtate jud. deleg. l. item ſi unus 17. §. item ſi 2. ibique gloſ. in verbis: ſed aut omnes l. in compromiſſis 45. d. Recept. qui arbitr. recep.* quàm unius ex litigatoribus *d. l. non diſtinguemus 32. §. ſumma 3. eod. tit. & cap. ult. h. t. n.* † Nam de facto ſuo ſpondent litigatores, 51
cùm ſpondent, ſe arbitri ſententiæ ſtaturos, & eo quidem facto, quod perſonæ eorum cohæreat. † Si tamen heredum mentio facta fuerit in compromiſſo, compromiſſum heredes tenebit 52
propter conventionem *l. diem 27. §. 1. de Recept. qui arbitr. recep.* Heredes autem intelligimus utriusque partis. Si enim ab alterâ duntaxat parte heredis mentio comprehenſa fuerit, compromiſſum ſolvetur morte cujuscunque ex litigatoribus, non ſecus, quàm ſi neutrius heredis perſona eſſet comprehenſa *l. ſed & 49. §. ult. eod.* quia compromiſſi obligatio eſt mutua, & non debet claudicare *arg. l. litigatores 11. §. pen. d. t.* † Deinde ſolvitur com- 53
promiſſum die h. e. lapſu temporis, quod erat deſtitutum *d. l. non diſtinguemus 32. §. ſumma 3. & l. quid tamen 21. §. Papinianus 5. & §. ſi intra 8. eod. tit.* † Præterea acceptilatione pœnæ *d. l. 32. §.* 54
3. & l. Pomponius 13. pr. eod. † Judicio accepto *d. l. 32. §. 3.* 55
& l. ſi quis rem 30. eod. t. in quo textu dicitur, quòd qui ſemel compromiſit in arbitrum, ſi poſteà recurrat ad judicem ante ſententiam arbitri, incidat in pœnam compromiſſi, & non cogatur arbiter dicere ſententiam. † Sed inquies, judicio ſolvitur compro- 56
miſſum. Soluto autem compromiſſo, extinguitur quoque pœna *d. l. 32. §. 3. & d. l. 30. in verbis: quia jam pœna non poteſt eſſe.*

S Reſpon-

Reſpondemus verum eſſe, judicio ſolvi compromiſſum, & proinde pœnam quoque deficere, ſi modo utriusque litigatoris conſenſu ab arbitro eatur ad judicem *l. ſed ſi 9. §. ult. & legib. duab. ſeqq. h. t.* In *d.* autem *l. 30.* unus, quem pœnituit, rem ab arbitro in judicium deduxit, ut indicat *verſ. ſed ſi hoc obtinuerit &c.* Ideò autem non cogitur arbiter hoc in caſu dicere ſententiam, quia indignum eſt cogi arbitrum, quem contemſerit litigator *d. l. 9. §. ult.* & quia ſententia non poteſt dici ab arbitro, niſi utroque litigatore præſente *d. l. diem 27. §. ſi quis 4.* At alter hic jam abiit ad judicem. Rectè igitur Paulus *in d. l. 30.* quorundam opinionem affert, exiſtimantium hunc arbitrum non cogi dicere ſententiam, & pœnam contra pœnitentem nullam eſſe. Sed hoc quod dictum eſt de pœnâ, reprehendit rectè Paulus, ut falſum, quod autem de ſententiâ eſt allatum, non reprehendit, ut verum.
57 † De aliis modis ſolvendi compromiſſum agitur in *d. l. 32. §. ſumma 3.*

Notabilia.

1. Fœminæ à publicis officiis ſunt remotæ. *cap. dilecti 4.*
2. Procurator fines mandati non debet excedere *cap. perpetuus 9.*
3. Sopitæ querimoniæ ſuſcitari non debent *cap. expoſitæ. 11.*

Finis hujus Libri I. Decretalium.

LI.

LIBRI II. DECRETALIUM

De Judiciis.

Titulus I.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Judicii etymon. 2.
Definitio. 3.
Impugnatur. 4. 6.
Defenditur. 5. 7.
Judicium aliud eccleſiaſticum aliud ſeculare. 8.
Aliud ordinarium aliud ſummarium. 9.
In quibus cauſis ſummario locus? 10.
Aliud civile, aliud criminale, aliud mixtum. 11. 12. 13. 14.
Aliud voluntarium, aliud contentioſum. 15.
Dubiis reſpondetur. 16. 17. 18.
De reliquis judiciorum diviſionibus remiſſivè. 19.
Præcepta generalia de judiciis. 20.
Judex debet ſolennitates in judicio obſervare. 21.
Non debet cognoſcere de privilegiis ſedis Apoſtolicæ. 22.
Dubium. 23. *Solvitur.* 24. 25.
Debet à judicando abſtinere ſi fermè ſimilem cum actore cauſam habeat. 26.
Recuſari poteſt tam ordinarius quam delegatus ob ſuſpicionem. 27.
Ità tamen ut cauſa ſuſpicionis legitima allegetur. 28.
Sed quænam illa? remiſſivè. 29.
Explic. c. 18. h. t. 30.

Digitized by Google

Non debet ſimul de principali negotio & exceptionibus præjudicialibus cognoſcere. 31.
Ratio. 32.
Apud Laicum non debent ventilari negotia Eccleſiaſtica. 33.
Opponitur. 34. *Reſpondetur.* 35.
Laicus non eſt clerici judex competens. 36.
Hinc infertur. 37
Laicus poteſt clericum comprimere, ſi non reſipuerit. 38.
Ità tamen ſi fuerit legitimè deprehenſus. 39.
Et convictus. 40.
Non tamen ei ſtatim debet tradi. 41.
Sed prius deponi. 42. *Depoſitio quid ?* ibid.
Differt à degradatione. 43. *Quæ pœna utrique in J. Civ. reſpondeant?* 44.
Deinde excommunicari. 45.
Factâ priùs competenti admonitione. 46.
Trinâ aut unâ peremtoriâ. 47.
Exceptio. 48.
Poſteà anathemate feriri. 49.
Tandem judici ſeculari tradi. 50.
Ad judicem Eccleſiaſticum ſpectant negotia Eccleſiaſtica. 51.
Explic. c. 2. h. t. 52.
Et cauſa juris Patronatûs. 53.
Expenditur c. 3. h. t. 54.
Et cauſa feudales. 55. *Limitatio.* 56.
Et crimina à Clericis commiſſa. 57.
Denunciatio itèm Evangelica. 58.

De-

Digitized by Google

Debent plenam juſtitiam exhibere Laicis, de Clericis querentibus. 59. 61.
Explic. c. 17. h. t. 60.
Actor non cogitur nomen actionis in libello exprimere. 62. *Ratio.* 63.
Limitatio, 64.
Debet ipſe, non ejus advocatus judici factum proponere. 65. *Exceptio.* 66. *Exceptionis limitatio.* 67.
Advocati officium. 68.
De templariis & magiſtris. 69. 70.
Ab agendo vel defendendo non repelluntur. 71.
Actor in poſſeſſorio obtinens non tenetur coram eod. judice ſuper proprietate reſpondere. 72.
Dubio ſatisfit. 73.
Reus contumax debet excommunicari. 74.
Excommunicatus conventus debet per alium reſpondere. 75. *Ubi expl. c. 7. h. t.*
Quid ſi nemo velit eſſe ipſius procurator? 76.
Explicatur c. 11. h. t. 77.
Explic. c. 15. eod. 78.

DUo conſiderantur in judiciis, nimirum præparatoria judiciorum, & judicia ipſa. *De judiciorum præparatoriis* actum fuit *in libro 1. Decretalium*; nunc ſequuntur *in hoc lib. 2.* ipſa judicia. *Gloſſ. Joan. Andrea & Abbas ad rubr. h. t.* Præmittit autem compilator Decretalium præcepta quædam generalia judiciornm *in h. t. 1.* qui *de judiciis* eſt inſcriptus. † Judicium quaſi Jurisdictio *cap forus 10. verſ. Vocatur autem judicium d. V. S.* ſeu quaſi juridicium dictum *teſte Caſſiodor. lib. 11. var. c. 9.* quia in judicio quid juris ſit dicitur, atque diſcutitur. † Definitur à veteribus *Azone* nimirum *& Gotbofredo*, referente *Joanne ab Imola ad n. rubr.* quod

1 2 3

quod ſit actus trium perſonarum vid. judicis, actoris & rei in judicio contendentium. Quam definitionem etiam approbat *Matthias Coler. ad d. rubr. & Weſenbec. ad tit. C. de Juriſdict. n. 2.*
4 † Eandem verò rejicit *Joan ab Imola d. loc. & Franciſcus d. Zabarella teſte Abbate ad h. tit. n. 1. Mamnt. parte 2. n. 17. Conrad. Lago in method. jur. civil. part. 5. c. 1. & Rosbach. in praxi civili c. 1. n. 3.* quòd cum ſuo definito non ſit convertibilis. Nam quandoque judicium eſt ſine actore, cùm judex procedit per inquiſitionem ex officio *cap. qualiter 24. d. Accuſat. inquiſitionib. & denunciation.* quandoque ſine reo, quando generaliter inquirit de maleficio notorio nec conſtat, quis illud commiſerit. *Innocent. ad cap. Bona memoria 36. d. Elect. & Elect. poteſt.*
5 † Ad quod dubium reſpondet *Abb. d. loc.* definitionem hanc veram eſſe ſecundum communiter contingentia, quodque hoc caſu fama habeatur pro accuſatore. *d. cap. qualiter 24. verſ. Ex quibus. in verbis: Non tanquam idem ſit accuſator & judex, ſed quaſi denunciante famâ, vel deferente clamore officii ſui debitum exequatur.*
6 † Illud etiam ſolet objici, quod in prædicta definitione judex refertur inter perſonas diſceptantes ſeu contendentes, cùm duæ tantùm ſint perſonæ in judicio litigantes, actor nimirum & reus. Judex verò ſit perſona inter litigantes medium agens, quæ ſua ſententiâ rei, inter actorem & reum controverſæ, finem imponat, eum, unde petitur, vel condemnando vel abſolvendo. *Donell. lib. 17. Comm. jur. civil. c. 3. & Vultejus lib. 2. Juriſpr. Rom. c. 1. n. 4.*
7 † Verùm ad illud reſpondendum eſt, quod non tantùm actor & reus diſceptare dicuntur, quando coram judice litigant, & invicem de cauſa contendunt. *L. Neſennius 34. de negot. geſt.* verùm etiam judex *d. cap. Forus 10. verſ. In omni quoque negotio.* ubi judex dicitur, quaſi jus dicens populo, ſive quod jure diſceptet. Jure autem diſceptare eſt juſtè judicare. Conſentit *l. in hâc actione 3. §. ibidem 13. ad exhibend. l. Labeo 3. §. tametſi 1. de Recept. qui arbitr. recep. & l. cum Clericis 25. princ. C. d. Epiſc. & Cleric.*
8 † Meritò autem conceptus eſt hic titulus de Judiciis in plurali numero, quia variæ ſunt judiciorum ſpecies, de quibus breviter videndum erit. *Primò* enim judicium dividitur in Eccleſiaſticum & ſeculare. *Mamnt pars. 4. diſt. 11. n. 1.* Quam divi-

diviſionem *Joan Paulus Lancelottus lib. 3. Inſtitut. Jur. Canon. tit. 1. §. ſumma.* appellat ſummam. In Eccleſiaſtico judicio, quod in veteri Eccleſiâ Catholicâ negat fuiſſe. *Gipb. in Comm. de diviſionib. jur. th. 116.* judicat perſona Eccleſiaſtica, in ſeculari verò ſecularis perſona. Non enim attenditur hîc, utrum Clerici coram ſeculari judice litigent; an verò coram Eccleſiaſtico; ſed tantùm conſideratur, utrum judex ſit Eccleſiaſticus, an verò ſecularis *cap. etſi Clerici 4. cap. Cùm non ab homine 10. h. n. t. cap. ad noſtram 20. d. Jurejur. & aliis ſimilib. text. Mamnt. d. loc.* † De- 9
inde aliud eſt judicium *ordinarium ſeu ſolenne & aliud ſummarium.* Illud appellant Dd. in quo exquiſito & ſolenni juris ordine ſervato proceditur: Hoc verò, in quo talis ordo non obſervatur, ſed ſimpliciter & de plano, atque ſine ſtrepitu & figurâ judicii proceditur. *Marant. d. part. 4. diſt. 9. n. 1.* Quorum verborum vis explicatur in *Clem. ſæpè contingit. 2. d. V. S.* † In quibus verò 10
cauſis ſummario judicio locus ſit conſtat *ex Clem. ult. d. Judic.* †
Præterea *gloſſa & Dd.* faciunt judicium aliud civile, aliud crimina- 11
le, & aliud mixtum. † *Civile* vocant judicium, quando prin- 12
cipaliter agitur in judicio ad commodum alicujus privati, ſive cauſa agendi vel obligatio deſcendat ex delicto ſive ex contractu. †
Judicium *criminale* dicunt, cùm principaliter agitur ad commo- 13
dum publicum, vel vindictam publicam, ut vel reus in corpore puniatur, vel pœna pecuniaria fiſco applicetur *l. Locatio 9. §. quod illicitè 5. d. Publican. & vectigal. & §. in ſumma 10. ibique gloſſ. voc. pœna & voce, extraordinaria J. de Injuriis. Gloſſ. ad princ. l. Prætor 3. in verbis: Centum aureorum d. ſepulchr. violato.* † *Mixtum* 14
denique judicium definiunt, quando pœna partim venit applicanda parti, & partim fiſco. *l. lege 25. §. ult. d. SC. Sillan. & Claudiano Videatur Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. q. 1. & Marcus Anton. Del-Rio in repetit. L. tranſigere 18. n. 9. & ſeqq. C. de Tranſact. qui varias de hâc diviſione recenſent Dd. opiniones.* † Dividitur eti- 15
am judicium in voluntarium, & contentioſum. Quid utrumque ſit explicat *Marant. d. part. 4. diſtinct. 18.* † Putat quidem 16
Scipio Gentil. lib. 1. de Juriſd. c. 18. quem ſequitur *Ilico Ummius in diſp. 1. ad Proceſſum judiciarium th. 1. n 4. in fin.* omne judicium eſſe con-

contentioſum, & nullum voluntarium propterea, quod judicium dicitur reddi in invitum *l. inter ſtipulantem 83. §. ſi Stichum. 1. d.*
17 *V.O.* † Quæ ratio tamen nihil probat, quia loquitur de ju-
18 dicio contentioſo, non autem voluntario. † Non etiam obſtat, quod objici ſolet, quæ ſunt voluntariæ jurisdictionis, ut eſt manumiſſio, emancipatio, adoptio expediri debere in jure & non in judicio, quia hoc refellitur *per l. fin. C. d. Emancipat. liberor. & §. prætereà 6. J. quib. mod. Jus patr. pot. ſolv.* ubi hi actus expediun-
19 tur apud judicem, & ita in judicio. † De reliquis judicii diviſionibus videri poterit *Maranta d. part. 4. P. Gregorius Tholoſan. in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 47. c. 4. cum duobus ſeqq. Weſenb. ad tit. C. de Judiciis n. 5. & Everhard. Speckhan. cent. 3. quæſt. jur.*
20 *claſſ. 3. q. 2.* † Poſt ſpecies judiciorum, videndum erit de præceptis generalibus, quæ proponuntur *in h. t.* & pertinent vel ad
21 judicem vel ad actorem, vel ad reum. † Judex debet 1. providere, ut debitæ ſolennitates in judiciis ſerventur, quibus omiſſis judicium redditur fruſtratorium *cap. cauſam 9. ibique Abb. n. 1 h. n. t.* Ratio eſt, quia proviſio iſta non ſolùm litigantibus utilis eſt, verùm etiam inſervit bono publico, ne lites fiant immortales, neve ſopitæ rurſus ſuſcitentur. *l. properandum 13. in pr. C. de Judic. cap. finem*
22 *5. d. dolo & contumac. & l. quidam 21. d. reb. Cred.* † Non debet judex cognoſcere de privilegiis ſedis apoſtolicæ *cap. cum veniſſent 12. h. t.* Interpretatio enim procedere debet, unde jus prodiit *cap. inter alia 31. d. ſententiâ excommunic.* Et ejus eſt legem interpretari, cujus eſt condere *can. ſicut 30. cauſa 11. q. 1. & l. fin. §. 1. C. de Legib. & conſtit. princip.* Quemadmodum igitur Imperator jus habet interpretandi ſuas leges *l. 18. d. l. fin §. 1. C. d. LL.* ita etiam Papa eandem habet poteſtatem declarandi ſuas conſtitutiones, cum vel obſcuræ, vel ambiguæ ſunt *cap. ult. de Conſtitut. & can. ult. verſ.*
23 *ſacri ſiquidem canones & c. cauſa 25. q. 1.* † Verùm objicitur quod nemo poſſit cognoſcere in propriâ causâ *l. unic. C. ne quis in ſuâ causâ judicet, vel jus ſibi dicat*, quod tamen fieret, ſi Pontifex
24 poſſet privilegia ſua interpretari. † Ad quod dubium reſpondetur, hoc eſſe ſpeciale in Papâ & Imperatore propter optimam præſumtionem, quam pro ſe habent, quòd etiam in propriâ causâ velint

velint judicare ſecundum jura & Leges *arg. l. unic. §. his cunabulis 1. de Offic. præf. Prætor. Vid. Hoſtienſ. ad. d. cap. cauſam. 9.* † Dici 25
etiam poteſt *cum Cujac. ad d. cap. 9.* Papam judicare in cauſa propriâ, non quaſi omninò propriâ tamen, ſed quaſi Eccleſiæ cauſa communi, exemplo magiſtratûs, cui injuriâ facta eſt, qui non tàm ſe, quàm magiſtratum, quem gerit, & Rempublicam ulciſcitur. *vid. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 35. n. 26.* † 3. Debet judex à 26
judicando abſtinere, cum habet penè ſimilem cauſam cum Actore, aliàs recuſari poterit *cap. cauſam 18. h. n. tit.* ſine ſuſpicione enim omnes lites debent procedere, *l. apertiſſimi 16. C. de judic. & cap. ſuſpicionis 39. d. offic. & poteſt. jud. delegat.* nam ipſa ratio dictat, quod ſuſpecti judices eſſe non debeant, *cap. ſecundo 41. in f. d. appellat. recuſat. & relation.* Et quodammodo naturale eſt, ſuſpectorum judicum inſidias declinare velle. *can. quod ſuſpecti. 15. cauſa 3. q. 5.* †
Suſpicio autem ex multis & variis cauſis oritur, ex quibus non ſo- 27
lùm judex pedaneus & delegatus *d. l. apertiſſimi 16. & l. fin. C. d. judic.* verùm etiam ipſe ordinarius recuſari poteſt *cap ſi quis 4. d. foro comp. & cap. cum ſpeciali 61. de Appellat. recuſat. &c.* † Non 28
autem ſufficit ſi nuda allegetur ſuſpicio, ſed oportet etiam ſecundum communem judiciorum uſum, de quo teſtatur *And. Gail. lib. 1. practic. obſ. 33. n. 16.* cauſam ſuſpicionis allegare *d. cap. cum ſpeciali 61 & l. ſi pariter 9. in fin. princ. d. liberali cauſa*, & quidem legitimam, non verò frivolam. *cap. ſi contra 4. d. offic. & poteſt. judic. delegat. in 6. cap. inter monaſterium 20. ibique Abb. d. ſent. & re judic. Hartm. Hartmann. lib. 1. practic. obſ. tit. d. judiciis 1. obſ. 12. n. 1.*
† Inter legitimas autem ſuſpicionis cauſas, de quibus latè agit 29
Speculat. tit. d. judic. delegat. § ſupereſt [illegible]idere. Æneas de Falconibus in addit. ad Abbat. ad. d. cap. cauſam [illegible]erbo: recuſari & Aufrerius in tr. d. Recuſat. n. 3. cum ſeqq. & illa refertur, quæ *in d. cap. cauſam 18.* exprimitur, quando videlicet judex, ut privatus penè ſimilem cauſam habet, quam habet ut judex, quia & tunc à judicando rectè removetur. Videretur enim nimis favorabilis alteri parti, quæ ratio affertur *in d. cap. cauſam 18.* Nam qua ratione putat æquum, quod putat ùt pars, eadem ratione putabit æquum, quod judicat ùt judex, cum conſcientia non poſſit eſſe diviſa in eo-

T dem

dem facto *arg. cap. penult. d. Elect. & Elect. poteſt. in 6. Abb. in d.*
cap. 18. n. 2. in f. quem ibi ſequitur Joannes Baptiſt. Vivian. in Ra-
30 *tion. jur. Pontific.* † Quemadmodum autem non omnimo-
do ſimilitudo *in d. cap. 18.* requiritur, propter voculam diminuti-
vam, *penè,* qua ibi Pontifex utitur; ita etiam non omnis ſimilitu-
do cauſæ ſufficit ad removendum judicem, ſed requiritur ſimilitu-
do in ſpecie, ut quia judex habet tanquam privatus cauſam ſuper
exceptione, & committitur ei ſimilis cauſa ſuper exceptione. *Gloſſ.*
& Canoniſtæ comm. ad d cap. 18. † Denique præcipitur ju-
31 dici, ut de principali negotio, & exceptionibus præjudicialibus ſi-
mul non cognoſcat, nec ſuper principali, lite non conteſtata teſtes
recipiat, aliàs licitè ab eo appellatur *cap. exhibita nobis 19. h. n. t.*
32 † Illud ideò fit, quia exceptiones præjudiciales à parte propoſitæ
prius debent à judice cognoſci ob rationem, quæ affertur *in cap.*
Tuam 3. d. ordine cognitionum, quòd nimirum probatis exce-
ptionibus præjudicialibus principalis quæſtio ſit peremta. Hoc
verò propterea non permittitur, quia ante litis conteſtationem,
quæ eſt de ſubſtantiâ judicii, & tanquam lapis angularis atque fun-
damentum judicii, quo deficiente, nihil poteſt ædificari. *Vantius d.*
nullit. ſententia ex defectu proceſſus n. 28. incertum eſt, utrum lis
ſit futura. *cap. quoniam frequenter 5. & ibi Canoniſt. ut lite non*
33 *conteſtatâ non procedatur ad teſtium receptionem &c.* † In
ſpecie autem proponuntur *in h. t.* tria, quorum primum eſt de ju-
dice laico ſeu ſeculari, quod apud ipſum non debeant ventilari ne-
gotia Eccleſiaſtica *cap. decernimus 2. h. t. n.* quia nemo debet po-
nere falcem in alterius meſſem. *can. ſcriptum eſt 1. cauſa 6. q. 3.*
Laicis autem diſponendi de rebus Eccleſiæ, nulla eſt attributa po-
teſtas, quos obſequendi manet neceſſitas non autoritas imperandi.
cap. Eccleſia 10. d. conſtitut. & cap. ult. d. rebus Eccleſiæ alienandis
34 *vel non.* † Nec contrariatur, quod Laicus poteſt cauſas me-
rè ſpirituales tractare, videlicet baptizare. *cap. ſanctum eſt 36. d.*
conſecratione diſt. 4. cap. 1. verſ. Et hoc utique ſacramentum. d. Sum.
Trinit. & fid. Catholic. & can. ſi quem fortè 40. cauſa 24. q. 1. Sa-
cramentum Euchariſtiæ adminiſtrare, modò non ſit hæreticus vel
excommunicatus *can. cepit 42. d. cauſa & q.* & confeſſionem audi-
re *can.*

re *cap. quem pœnitet 88. d. pœnitent. diſt. 1.* quamvis neque abſol-
vere, neque ligare poſſit, cùm claves non habeat *Hoſtienſ. & Inno-
cent. in cap. quanto 4. de conſuetudine.* Quis autem hujus confeſ-
ſionis ſit effectus, traditur *in d. can. 88. verſ. tanta itaque vis con-
feſſionis;* † Quia reſpondemus, hæc quæ objecta ſunt, regu- 35
lariter non poſſe fieri à Laicis, ſed tantùm in caſu neceſſitatis, quæ
legem non habet *d. cap. quanto 4. & can. Remiſſionem 39. cauſa 1.
q. 1.* Quod autem pro neceſſitate temporis ſtatutum eſt, ceſſante
neceſſitate, debet utique ceſſare pariter, quod urgebat *can. quod
pro neceſſitate 41. d. cauſâ & q. 1. Abb. ad d. cap. Decernimus 2.
n. 19.* † Secundum eſt, quod Laicus non ſit Clerici judex com- 36
petens *cap. nullus 2. & cap. ſi diligenti 12. d. For. competent.* †
Unde etiam Clericus coram ſeculari judice convictus vel confeſ- 37
ſus de crimine, propter hoc non poteſt à ſuo Epiſcopo condemnari
cap. etſi clerici 4. pr. h. t. n. Quemadmodum enim ſententia, à ju-
dice non ſuo lata, nullam obtinet firmitatem. *cap. ad noſtram 3. d.
conſuetud. can. In clericorum pen. cauſa 11. q. 1. & l. fin. C. ſi à non
competente judice judicatum eſſe dicatur;* ita etiam confeſſio, aut
convictio apud judicem non ſuum facta, nihil operabitur, quoad
condemnationem *d. cap. Etſi clerici 4.* † Ultimum eſt, quod 38
laicus judex poſſit clericum comprimere, ſi non reſipuerit *cap. cum
non ab homine 10. in f. h. t.* † Ubi tamen requiritur 1. Ut cle- 39
ricus ſit in crimine legitimè deprehenſus, antequam puniatur,
quod fit *juxta Gloſſam in verbis: deprehenſus legitimè* cùm aliquot
Clerici deprehenſioni & detentioni per ſpatium 20. horarum in-
terfuerint *l. capite. 25. pr. ad L. Jul. d. adulter.* † Deinde 40
requiritur, ut clericus ſit convictus *d. cap. 10.* † Licèt autem 41
Clericus ſit legitimè in crimine deprehenſus atque convictus, non
tamen ſtatim tradi debet judici ſeculari, ſed priùs videndum erit,
utrum à judice Eccleſiaſtico corrigi poſſit. Deponi igitur primò
debet. † Depoſitio autem *teſte Petro Gregor. Tholoſano in* 41
*ſyntagm. juris univerſi lib. 31. cap. 30. n. 1. & in partitil. juris cano-
nici lib. 4. tit. de pœnis 15. cap. 4. in ſcholiis lit. x.* nihil aliud eſt,
quàm verbalis graduum vel ordinum privatio. † Et differt 42
à degradatione, quia hæc eſt realis & actualis ordinum Eccleſiaſti-

dem facto *arg. cap. penult. d. Elect. & Elect. poteſt. in 6. Abb. in d.*
cap. 18. n. 2. in f. quem ibi ſequitur Joannes Baptiſt. Vivian. in Ra-
30 *tion. jur. Pontific.* † Quemadmodum autem non omnimo-
do ſimilitudo *in d. cap. 18.* requiritur, propter voculam diminuti-
vam, *penè,* qua ibi Pontifex utitur; ita etiam non omnis ſimilitu-
do cauſæ ſufficit ad removendum judicem, ſed requiritur ſimilitu-
do in ſpecie, ut quia judex habet tanquam privatus cauſam ſuper
exceptione, & committitur ei ſimilis cauſa ſuper exceptione. *Gloſſ.*
& Canoniſtæ comm. ad d. cap. 18. † Denique præcipitur ju-
31 dici, ut de principali negotio, & exceptionibus præjudicialibus ſi-
mul non cognoſcat, nec ſuper principali, lite non conteſtata teſtes
recipiat, aliàs licitè ab eo appellatur *cap. exhibita nobis 19. h. n. t.*
32 † Illud ideò fit, quia exceptiones præjudiciales à parte propoſitæ
prius debent à judice cognoſci ob rationem, quæ affertur *in cap.*
Tuam 3. d. ordine cognitionum, quòd nimirum probatis exce-
ptionibus præjudicialibus principalis quæſtio ſit peremta. Hoc
verò propterea non permittitur, quia ante litis conteſtationem,
quæ eſt de ſubſtantiâ judicii, & tanquam lapis angularis atque fun-
damentum judicii, quo deficiente, nihil poteſt ædificari. *Vantius d.*
nullit. ſententia ex defectu proceſſus n. 28. incertum eſt, utrum lis
ſit futura. *cap. quoniam frequenter 5. & ibi Canoniſt. ut lite non*
33 *conteſtatâ non procedatur ad teſtium receptionem &c.* † In
ſpecie autem proponuntur *in h. t.* tria, quorum primum eſt de ju-
dice laico ſeu ſeculari, quod apud ipſum non debeant ventilari ne-
gotia Eccleſiaſtica *cap. decernimus 2. h. t. n.* quia nemo debet po-
nere falcem in alterius meſſem. *can. ſcriptum eſt 1. cauſa 6. q. 3.*
Laicis autem diſponendi de rebus Eccleſiæ, nulla eſt attributa po-
teſtas, quos obſequendi manet neceſſitas non autoritas imperandi.
cap. Eccleſia 10. d. conſtitut. & cap. ult. d. rebus Eccleſiæ alienandis
34 *vel non.* † Nec contrariatur, quod Laicus poteſt cauſas me-
rè ſpirituales tractare, videlicet baptizare. *cap. ſanctum eſt 36. d.*
conſecratione diſt. 4. cap. 1. verſ. Et hoc utique ſacramentum. d. Sum.
Trinit. & fid. Catholic. & can. ſi quem fortè 40. cauſa 24. q. 1. Sa-
cramentum Euchariſtiæ adminiſtrare, modò non ſit hæreticus vel
excommunicatus *can. cepit 42. d. cauſa & q.* & confeſſionem audi-
re *can.*

re *cap. quem pœnitet 88. d. pœnitent. diſt. 1.* quamvis neque abſolvere, neque ligare poſſit, cùm claves non habeat *Hoſtienſ. & Innocent. in cap. quanto 4. de conſuetudine.* Quis autem hujus confesſionis ſit effectus, traditur *in d. can. 88. verſ. tanta itaque vis confeſſionis;* † Quia reſpondemus, hæc quæ objecta ſunt, regulariter non poſſe fieri à Laicis, ſed tantùm in caſu neceſſitatis, quæ 35
legem non habet *d. cap. quanto 4. & can. Remiſſionem 39. cauſa 1. q. 1.* Quod autem pro neceſſitate temporis ſtatutum eſt, ceſſante neceſſitate, debet utique ceſſare pariter, quod urgebat *can. quod pro neceſſitate 41. d. cauſâ & q. 1. Abb. ad d. cap. Decernimus 2. n. 19.* † Secundum eſt, quod Laicus non ſit Clerici judex competens *cap. nullus 2. & cap. ſi diligenti 12. d. For. competent.* † 36
Unde etiam Clericus coram ſeculari judice convictus vel confesſus de crimine, propter hoc non poteſt à ſuo Epiſcopo condemnari 37
cap. etſi clerici 4. pr. h. t. n. Quemadmodum enim ſententia, à judice non ſuo lata, nullam obtinet firmitatem. *cap. ad noſtram 3. d. conſuetud. can. In clericorum pen. cauſa 11. q. 1. & l. fin. C. ſi à non competente judice judicatum eſſe dicatur;* ita etiam confeſſio, aut convictio apud judicem non ſuum facta, nihil operabitur, quoad condemnationem *d. cap. Etſi clerici 4.* † Ultimum eſt, quod laicus judex poſſit clericum comprimere, ſi non reſipuerit *cap. cum* 38
non ab homine 10. in f. h. t. † Ubi tamen requiritur 1. Ut clericus ſit in crimine legitimè deprehenſus, antequam puniatur, 39
quod fit *juxta Gloſſam in verbis: deprehenſus legitimè* cùm aliquot Clerici deprehenſioni & detentioni per ſpatium 20. horarum interfuerint *l. capite. 25. pr. ad L. Jul. d. adulter.* † Deinde 40
requiritur, ut clericus ſit convictus *d. cap. 10.* † Licèt autem 41
Clericus ſit legitimè in crimine deprehenſus atque convictus, non tamen ſtatim tradi debet judici ſeculari, ſed priùs videndum erit, utrum à judice Eccleſiaſtico corrigi poſſit. Deponi igitur primò debet. † Depoſitio autem *teſte Petro Gregor. Tholoſano in* 41
ſyntagm. juris univerſi lib. 31. cap. 30. n. 1. & in paratitl. juris canonici lib. 4. tit. de pœnis 15. cap. 4. in ſcholiis lit. x. nihil aliud eſt, quàm verbalis graduum vel ordinum privatio. † Et differt 42
à degradatione, quia hæc eſt realis & actualis ordinum Eccleſiaſti-

corum ademptio *cap. novimus 27. de V. S. & cap. degradatio 2. d.*
44 *pœn. in 6.* † Qualis verò pœna in jure civili tàm depoſitioni, quàm degradationi reſpondeat, tradit *Joachimus Stephani lib.*
45 *3. Inſtit. jur. can. c. 7. n. 4. & 5.* † Sin autem depoſitus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet *d. cap. 10. verſ. qui ſi depoſi-*
46 *tus &c.* † Et quia ubi majus periculum vertitur, ibi cautius agendum eſt *cap. ubi periculum 3. d. Elect. & Elect. poteſt. in 6.* ideò ante excommunicationem debet fieri competens admonitio, ut clericus ſe corrigat & quidem præſentibus perſonis idoneis, per quas, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari monitio *cap. ſacro 48. d. ſent. excomm. cap. ſtatuimus 3. cap. conſtitutionem 9. & cap. ſtatutum 13.*
47 *eod. tit. in 6.* † Requiritur autem trina monitio, vel una pro omnibus *d. cap. 9. cap. ſi quiſquam 2. & cap. ſi autem 6. d. cohabitatione Clericor. & mulierum,* quæ peremtoria dicitur *can. de illicita*
48 *6. cauſa 24. q. 3. & l. nonnunquam 72. d. judic. &c.* † Si tamen facti neceſſitas accelerationem deſiderat, aut talis ſit culpa, quæ ipſo ſuo genere excommunicationis pœnam inducit, tunc trinæ monitionis aut dilationis tempus non debet expectari *d. cap. 9. & cap. reprehenſibilis 26. d. Appellat. recuſat. & relat. Tholoſan. d. lib.*
49 *4. tit. d. ſententia excomm. 16. cap. 6. in ſcholiis lit. A.* † Si verò poſt excommunicationem clericus non reſipiſcit, ſed contumacia ejus creſcat, debet anathematis mucrone feriri, ut dicitur in
50 *cap. 10. verſ. deinde contumaciâ creſcente.* † Etſi omnes haſce pœnas Clericus contemſerit, tradi debet judici ſeculari, ut ſuis pœnis illum comprimat, ne poſſit eſſe perditio plurimarum. *d. cap. cum non ab homine 10. verſ. poſtmodum verò &c.* Quando enim pœnæ Eccleſiaſticæ ad punienda delicta non ſufficiunt, judex ſecularis Eccleſiaſticum adjuvare debet *can. principes 20. cauſa 23. q. 5.*
51 *& cap. ſignificavit 6. d. offic. judicis ordinarii.* † Ad judicem verò Eccleſiaſticum dicitur ſpectare 1. cognitio atque tractatio negotiorum Eccleſiaſticorum, quæ tamen non debet fieri judicio
52 laicorum *d. cap. decernimus 2. h. t.* † Ubi per judicium autoritas intelligitur, quia conſilium petere poſſunt Clerici à Laicis, prout ſcribit *Joan. Andrea, Imola, Felinus & Hoſtienſ. ad d. cap. 2.*
53 † 2. Ad eundem judicem ſpectant cauſæ juris patronatûs *cap.*
quan-

Digitized by Google

quanto 3. h. t. † Ubi ratio affertur à Pontifice, quod jus pa- 54
tronatûs conjunctum atque connexum ſit cauſis ſpiritualibus. Quæ ratio etiam habetur in *cap. de jure 16. d. jur. patronat.* Connexa enim judicantur, ſicut ea, quibus connectuntur, aſſumuntque eandem naturam ex connexione & cohæſione *l. quæ religioſis 43. d. Rei vindicat. & l. arbor. 19. in pr. Comm. divid.* Quemadmodum igitur de cauſis atque negotiis ſpiritualibus ſeu Eccleſiaſticis tantùm judicare poſſunt perſonæ Eccleſiaſticæ *d. cap. decernimus 2. h. t.* ita etiam perſonæ Eccleſiaſticæ tantùm judicare poſsūt de cauſa juris pa- 55
tronatûs. † 3. Vaſallus quoq; poteſt conveniri coram domino feudi, etiā ſi dominus feudi ſit Eccleſiaſtica perſona. † Modò actor poſ- 56
ſit ibi ſuam juſtitiam conſequi, aliàs loci ordinarius poterit adiri *cap. cæterum 5. h. n. t.* † 4. Spectat quoque ad judicem Eccleſiaſticum 57
criminum à Clericis commiſſorum cognitio atque punitio. *cap. etſi Clerici 4. cap. Clerici 8. & d. cap. cum non ab homine 10. h. t.*
† Ut & 5. denunciatio Evangelica *cap. novit. 13. eod. tit.* ubi etiam 58
tradunt *Canon.* quid ſit illa denunciatio, & unde dicatur. † De- 59
nique injungitur Prælatis ſeu judici Eccleſiaſtico, ut Laicis de Clericis conquerentibus juſtitia plena exhibeatur *cap. qualiter 17. h. t.* Nemini enim eſt juſtitia deneganda *l. juſtitia 10. pr. d. J. & J.* quæ judicii cauſa finalis dicitur à *Manunt. part. 2. n. 37.* † Ideò au- 60
tem fit mentio Prælatorum in *d. cap. 17.* quia proprius judex Clericorum eſt prælatus *cap. 1. d. offic. jud. ordinar.* & actor ſequitur forum rei. *cap. cum ſit generalis 8. d. for. comp. can ſi quiſquam 16. cauſa 11. q. 1. & l. fin. C. ubi in rem actio exerceri debeat*, non autem ipſe Prælatus debet juſtitiam exhibere, ſed ſufficit, ſi illud fiat per alios. *Can. Te quidem 29. cauſa. 11. q. 1.* † Exhibenda autem eſt ple- 61
na juſtitia, quia judices oportet imprimis rei ſeu cauſæ qualitatem plenâ inquiſitione diſcutere *l. judices 9. C. d. judic. Donell. lib. 24. Comm. jur. civil. cap. 5. & ad l. à Divo 15. §. ſi reum 4. d. Re judicat.* ubi quid ſit plena inquiſitio explicat. Et hæc ſunt præcepta *in h. n. tit.* quæ ad judicem ſpectant. † De actore verò dicitur 1. quod 62
nomen actionis in libello ab eo non ſit exprimendum, cùm ex facto & narratione ejus jus agendi colligi poteſt *cap. Dilecti 6. h. t.* Et hoc etiam conſuetudine receptum eſſe, ſcribit *Gloſſ. in Novell. d. Exhibend. & introduc. reis & c. 53. cap. Illud quoque 3. voc. libel-*

Digitized by Google

lum. *Jaſ. ad l. 1. n. 94. d. Edend.* ubi etiam teſtatur de conſuetudi-
63 ne, & dicit hanc eſſe communem opinionem. † Ideò autem non eſt neceſſariò exprimendum nomen actionis, quia ex cauſa petendi & medio concludendi qualitas intentatæ actionis facilè colligi poteſt. *And. Gail. lib. 1. obſ. 61. n. 9.* Quando autem conſtat de effectu, non eſt ut de verbis ſimus ſolliciti *l. ſi quis 3. & ibi Dd. C.*
64 *d. liber. prateriit. vel exheredat.* † Hoc tamen ita limitandum putamus, ut habeat locum, quando cauſa in libello expreſſa, unam tantùm producit actionem. Si enim plures producit exprimere debet actor, qua actione uti velit, ut reus ſcire poſſit, utrum cedere an contendere debeat *d. l. 1. pr. d. edend.* † 2. Actori præcipitur ut ipſe judici factum proponat, & non ejus advocatus *cap. paſtoralis 14. h. n. t.* Ratio eſt, quia veritas inquirenda eſt ab illis, qui eam meliùs ſciunt. *cap. ſcriptum eſt 40. d. Elect. & Elect. poteſt. & cap. videtur nobis 3. qui matrimonium accuſare poſſunt vel contra illud teſtari.* Principales autem perſonæ magis præſumuntur ſcire veritatem de ſuo facto, quàm Advocati *cap. ab Excommunicato 41. ibique gloſſ. d. Reſcript. & d. cap. videtur nobis 3.* qui ſæpenumerò ad cauſam orandam accedunt, facto nondum benè perſpecto & percepto: de quo, *teſte Ammiano Marcellino lib. 30.* ſub ore judicis, inter ipſos conflictuum articulos tunc demum inſtruuntur. Accedit, quòd Advocati plerumque in facto narrando callidè nimis, & faſtidiosè ſe gerunt ut decipiant judicum religionem & fi-
66 dem. *Cujac. ad d. cap. Paſtoralis 14.* † Et hoc procedit, cùm ipſe principalis eſt in judicio præſens. Si enim per Procuratorem egerit, ipſe Procurator poteſt reſpondere, *l. non ſolùm 39. pr. d. Procurat. & defenſor.* quia per litis conteſtationem fit Dominus litis *cap. 10. verſ. Licet autem à Procuratore d. Procurat. in 6.* & ſententia
67 in eum fertur *l. 1. C. d. Sentent. & interlocut. omn. judic.* † Si tamen de jurejurando litigationis apud judicem præſtando agatur, aut de facto obſcuriore, cujus veritas facilè erui non poſſit, niſi ex rei ipſius vultu & ſermone, ut pleraque indicia ex his rebus duci conſtat *l. de minore 10. §. plurimum 5. d. Quæſtionib.* cogendus erit principalis, ut veniat & reſpondeat *l. in pecuniariis 26. C. d. Procu-*
68 *rat. Donell. lib. 18. Comm. jur. civil. c. 10.* † Licet autem advocati

cati factum, ut dictum eſt, non debent proponere, tamen ea, quæ juris ſunt, expediunt h. e. formant libellum, articulos probatoriales, interrogatoria, diſputationes &c. Poſſunt etiam eſſe præſentes, cum pars reſpondet ad propoſitiones, ne cavilloſa poſitione, obſcurâ, vel duplici capiatur. *Hoſtienſ. Anton. d. Butrio. Joan. Andrea & Abbas ad d. cap. Paſtoralis 14.* † Tertiò ſcribitur *in cap. cùm* 69
deputati 16. h. t. quòd præceptores templi pro domibus ſuis agere, ac illas defendere poſſint. Hi vocabantur Templarii *cap. porrò 7. cap. patentibus 10. & cap. petiſtis 20. de Privilegiis & exceſſib. Privilegiator.* à templo Dominico cujus partem primùm Hieroſolymis inhabitabant *Cujac. d. loc.* & fratres templi *cap. cum & Plantare 3. eod. Tit.* De horum origine atque officio agit *Platina in vitâ Gelaſii ſecundi Papæ* de interitu verò *in vitâ clementis V. Pontificis.* †
Qui autem templariis præerat magiſter appellabatur, ut colligi- 70
tur ex inſcriptione *d. cap. cum deputati 16.* qui ſolebat domibus ſive prædiis, quæ ad ordinem militiamque ſuam pertinebant, præficere præceptores, qui vulgò Commendatarii dicebâtur, quibus illorum prædiorum cura mandabâtur. *Cujac. ad. d. cap. 16.* † Quam- 71
vis igitur hi præceptores ſint religioſi, nec de eorum origine conſtet, tamen in proſecutione cauſarum ab agendo vel reſpondendo non poſſunt repelli *d. cap. cùm deputati 16.* † Denique pro- 72
ponitur *in cap. ult. h. t.* quòd Actor, qui in poſſeſſorio coram judice rei obtinuit, non teneatur coram eodem judice ſuper proprietate reſpondere, ſi ſit prorſus alterius fori. Ratio eſt, quia nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione *l. naturaliter 12. §. nihil 1. d. Acquir. vel amitt. poſſeſſ.* † Nec obſtat *cap. 1. d. cau-* 73
ſa Poſſ. & Proprietat. ubi dicitur, quod cauſa poſſeſſionis & proprietatis ſub eodem judice terminari debeat; quia hoc procedit, cùm Actor & reus ſunt ejuſdem fori *gloſſ. ad d. cap. 1. in verbis: ſub uno & ibi Canon.* Et ità etiam procedit regula, quæ vult, quod continentia cauſæ non debeat dividi *l. nulli 10. C. de Judic.* † Ultimò 74
habentur *in h. t. 1.* quædam capitula, quæ de reo loquuntur. Primò autem ſcribitur in *cap. 1. h. t.* quòd reus debeat excommunicari, ſi ſit contumax in non comparendo, vel non reſpondendo. Ratio eſt, quia qui mortaliter peccat, poteſt excommunicari *can. nemo 41.*

cau-

cauſa 11. q. 3. Qui autem ſuperiorem contemnit, & contumax eſt, mortaliter peccat *cap. ſi quis venerit. 2. d. major. & obed.* Hinc etiam dicitur in *can. certum eſt 43. d. cauſa & q.* quod pro his tribus criminibus quis excommunicari debeat, cùm ad ſynodum canonicè vocatus venire contemnit: aut ſi poſtquam illuc venerit, ſacerdotalibus reſpuit obedire præceptis: aut ſi ante finitam cauſæ ſuæ exa-
75 minationem à ſynodo abire præſumit. † Deinde traditur *in cap. intelleximus 7. h. n. t.* excommunicatum poſſe in judicio quidem conveniri, ſed debere eum per alium reſpondere. Ubi per excommunicatum is intelligitur, qui majori excommunicatione ligatus à communione fidelium eſt ſeparatus *cap. ſi quem 59. d. Sent. Excommunicat.* Nam ſi tantùm minori excommunicatione eſt notatus, poterit ipſe ſtare in judicio *cap. à nobis 2. d. Except. & cap. ult. d. Clerico excommunicato, depoſito &c. Anton. d. Butrio & Abb. ad d. cap. intelleximus 7. n. 4.* Excommunicatus igitur *in d. cap. 7.* non poterit ſtare in judicio *cap. Excommunicamus 13. §. credentes verſ. Nullus præterea &c. d. Hereticis & Auth. credentes C. d. Heretic. & Manich.* Ratio prohibitionis affertur *in cap. piâ conſideratione 1. d. Except. in 6.* Ne autem excommunicatus videatur de ſuâ malitiâ commodum reportare, debet in judicio per alium reſpondere *d. cap. Intelleximus 7.* Quamvis enim excommunicatus iſte, à fidelium communione ſit ſeparatus, & cum eo loqui non liceat. *Can. cum excommunicato 18. cauſa 11. q. 3.* eo ipſo tamen, dum jubetur per alium reſpondere, & ſibi Procuratorem conſtituere, quilibet poterit officium illud in ſe ſuſcipere. *cap. veniens 38. d. Teſtib. & atteſtat. cap. cum inter 5. d. Except. & cap. cum voluntate 54. d. Sent.*
76 *Excommunicat.* † Si verò nemo vult ejus Procurator eſſe, differendum erit judicium, donec excommunicatus fuerit receptus in Eccleſiam, aut ipſe erit admittendus, ut ſe in judicio defendat, aliàs legitima ei adimeretur defenſio, & condemnaretur mul-
77 toties abſolvendus, contra *cap. cum inter 5. d. Except.* † Præterea ſcribitur *in cap. quia 11. h. t.* quòd reſcriptum impetratum contra violentum ſucceſſorem, extendi etiam debeat ad vitioſum ſucceſſorem. Ratio eſt, quia qui ſcienter ſuccedit in vitium, non eſt omninò alius ab eo, qui dejecit, ſed eſt ei ſimilis, & cenſetur quaſi idem

Digitized by Google

idem in odium ſui, ac videtur quodammodo habere ratum factum prædeceſſoris *cap. 1. d. alienat. judicii mutandi cauſa fact. & cap. Adverſus 7. d. immunitate Eccleſiar. Gloſſ. & Abb. ad d. cap. quia 11.* † Denique conſtat *ex cap. Examinata 15. h. t.* reum 78 abſolvendum eſſe ab inſtantiâ judicii, quando actio & intentio, vel ſola etiam intentio eſt inepta. Verùm hoc procedit de illâ ineptitudine, quæ detegitur in proceſſu cauſæ. Quando enim notoria eſt ab initio ineptitudo actionis, aut libelli, debet libellum ſtatim judex rejicere, & non admittere probationes, aut ad alia procedere. *A. de Butr. ad d. c. 15. verſ. venio ad ſecundum & Abbas n. 16. quos ſequitur ibi Matth. Coler. n. 11.*

Notabilia.

1. Ut cogatur reus reſpondere, requiritur citationem ad Actoris inſtantiam eſſe factam. *cap. 1.*

2. Judicem poſſe interrogare partem, an velit cum adverſario experiri *d. cap. 1. in verb. interrogatus &c.*

3. Probandi delictum eſſe duplicem modum, convictionem atque accuſati confeſſionem *cap. Etſi Clerici 4. princ.*

4. Pœnam eſſe commenſurandam delicto *d. cap. 4. verſ. ſi verò coram Epiſcopo &c.*

5. Magiſtratum non debere quem duplici pœnâ afficere, cum una ſufficit *d. cap. 4. verſ. ſed non debet. &c.*

6. Subtilitatem in judiciis eſſe fugiendam *cap. 6.*

7. Neminem debere de ſuâ malitiâ commodum reportare *cap. 7. in f.*

8. Leges non dedignari ſacros canones imitari *c. 8.*

9. Litem ſemel ſopitam, non eſſe rurſus ſuſcitandam *cap. 9. in f.*

10. Creſcente malitiâ, creſcere debere pœnam *cap. 10. verſ. qui ſi &c.*

11. Eccleſiam non poſſe uti gladio temporali, niſi præmiſſo ſpirituali *d. c. 10.*

12. Jurisdictionem Eccleſiaſticam, & ſecularem debere ſe ad invicem adjuvare, & non perturbare *c. 13. verſ. non putet aliquis &c.*

Digitized by Google

13. Jurisdictionem Dominis feudi detrahi poſſe per conſuetudinem, vel privilegium *d. cap. 13. verſ. non enim intendimus &c.*

14. Conſuetudinem æquiparari privilegio, & per utrumque dari Jurisdictionem *d. verſ. non enim intendimus &c.*

15. Non eſſe faciendam diſtinctionem inter magnum & parvum, cum proceditur ad correctionem peccati, licêt in modo coercendi atque puniendi, & in generibus pœnarum ſit differentia *d. cap. 13. verſ. ſed forſan. dicetur.*

16. Peccatores eſſe revocandos à vitio ad virtutem, & ab errore ad veritatem *d. cap. 13. verſ. licet autem.*

17. Pacem eſſe vinculum charitatis *d. verſ. licet autem &c.*

18. Non eſſe fovendam diſcordiam ſub diſſimulatione *d cap. 13. verſ. ne ergò tantam diſcordiam &c.*

De Foro Competenti.

Titulus II.

Summaria.

Continuatio. 1.
De fori ſignificationibus. 2. *Notatur Hoſtienſis.* 3. 4.
An ſit Latina vox? 5.
Ejus etymon. 6. *Definitio.* 7.
Judex activè, litigãtes paſſivè habere forũ dicuntur. 8.
Forum competens & incompetens. 9.
Argumentum tituli. 10.
Clerici forum ſortiuntur ap. Epiſcopum. 11. *Ratio.* 12.
Cui nec juratò efficaciter renunciant. 13.
Ratio. 14. *Dubiis reſpondetur.* 15. 16.
De foro Laici conveniendi ſuper rebus Eccleſiæ vel Clerici. 17. 18. 19. 20.
Laicus à Laico ob cauſam civilem coràm judice Eccleſiaſtico conveniri nequit. 21.

Exce-

Exceptio. 22.
Laicus judex non poteſt ſupplere defectum Eccleſiaſtici. 23.
Quid ſi Laicus uſurpet jura Eccleſiaſtica? 24.
Species c. 16. h. t. 25.
Concordantia. 26.
Anathema & excommunicatio differunt. 27.
Plenum jus, quid? 28.
Diſceſſum à Joh. Andrea. 29.
Nec non à Gloſſâ & ſequacibus. 30.
Vera ſententia. 31.
De foro miſerabilium perſonarum. 32.
De foro privilegiati. 33. 35.
Species c. 17. h. t. 34.
Tenetur ſucceſſor Epiſcopi ex geſtis ab anteceſſore. 36.
Si contraxerit pro Eccleſiæ neceſſitate. 37.
De fori mutatione. 38.
Summa & ſpecies c. 19. h. t. 39.
De modis ſortiendi forum. 40.
Quorum quinque. 41.
Naſcitur (1.) ex delicto. 42.
Quâ ratione hoc introductum? 43.
(2.) ex contractu. 44.
Niſi aliò deſtinata fuerit ſolutio. 45. 46.
Aut ſcriptura alio loco intervenerit. 47.
Aut is, cum quo contractum, ſit in procinctu. 48.
(3) ex domicilio. 49.
Quid & quotuplex illud? remiſſivè. 50.
(4.) Ex rei ſitu. 51.
Actio in rem rectè e. proponitur in foro domicilii. 52.

Diſſ. Donellius. 53.
Adverſus quem diſputatur. 54.
Sententia hac communis. 55.
Etiamſi inſtituatur pro re mobili. 56.
Excutitur l. fin. C. ubi in rem act. & propon. ſententia communis. 57.
Azonis. 58.
Bellapertica. 59.
Azo defenditur. 60.
Plura de his, remiſſivè. 61.
(5.) Ex ſupremâ poteſtate. 62.
Modi plures ſortiendi forum. remiſſivè. 63.

1 IDeo poſt titulum *d. judiciis* rectè egit compilator Decretalium de hoc Titulo, quia prima quæſtio circa judicia ſolet eſſe de fori competentiâ, an videl. quis cogatur in iſto loco, & coram iſto judice reſpondere vel non. Exceptio enim fori declinatoria primo loco & ante omnia eſt opponenda, ne proceſſus retrò efficiatur nullus vel eluſorius, quod fieret, ſi ferretur ſententia ab incompetenti judice *l. 1. & t. t. C. ſi à non competente judice judicatum eſſe dicatur*
2 *& l. ſi Prætor 75. d. judic. & ubiquiſque agere vel conven. deb.* † Vox autem fori varias habet ſignificationes, de quibus conſulendi ſunt *Hoſtienſ. Joan. Andrea & reliqui Canoniſt. ad h. rubr.* In jure verò denotat locum litium exercendarum. *cap. Forus 10. de V. S.*
3 † Putat quidem *Hoſtienſis d. loc.* forum in neutro genere poni pro territorio cujuslibet judicis, intra quod poſſit jus reddere & in facinoroſos animadvertere *l. Pupillus 239. §. Territorium 8. d. V. S.* Forum autem in maſculino genere, ſignificare locum, in quo jus
4 redditur *d. cap. Forus 10.* † Verùm hæc Hoſtienſis opinio ex *d. §. territorium 8.* non probatur, quia ibi tantùm exponitur, quid ſit territorium, & non dicitur, quod forum ſit territorium. Admittimus tamen interdum forum & territorium promiſcuè accipi,
5 quia unum alteri eſt connexum. † An autem forus latina vox.

vox ſit, dubitatur. Sunt enim qui eam quaſi illatinam ideò rejiciunt, quòd in maſculino genere apud Latinos authores non reperiatur *vid. Alciat. lib. 2. diſpunct. c. 24. & Joan. Parladorius lib. 2. rerum quotidian. c. ult. part. 2. §. 3. n. 10.* A quibus rectè recedit *Cujac. in παράτιτλ. C. de jurud. omn. judic.* quia forus dixit *Iſidorus in d. cap. Forus 10. & alii, quos d. loc. Cujac. allegat.* † Dicitur au- 6
tem forus ſeu forum *teſte Iſidoro allegato loco* à fando, id eſt loquendo. Hinc forum ſtreperum, & forum loquax dicimus. Vel à Foronæo Rege, qui primus Græcis leges judiciaque conſtituit, *can. Moyſes 1. diſt. 7.* aut quod verius videtur ſecundùm *Varronem lib. 1. d. linguâ latinâ* à ferendo. Quemadmodum enim in forum venale videmus inferri res vendibiles; ita quoque in forum judiciarium litigantes deferunt ſuas controverſias. † Nihil 7
enim eſt aliud hoc loco forum quàm litium exercendarum locus, ut ſuprà diximus, ſeu in quo Magiſtratus jus dicit, aut judicat *l. pen. d. juſt. & jur. & l. voluit Prætor 4 d. Interrogat. in jur. fac.*
8 † Ex quibus ſequitur Magiſtratum habere forum activè quatenus in eo jus dicit, aut judicat, atque ita Juriſdictionem ſuam exercet, litigantes verò paſſivè, dum videl. in foro conveniuntur & reconveniuntur, parereque Magiſtratui jus dicenti ſeu judicanti coguntur. *Vultejus ad l. 1. C. d. Jurid. omn. judic. n. 7. & Matth. Stephani lib. 1. d. Jurid. c. 27. n. 10.* † Quando autem Magiſtratus 9
intra terminos ſuæ Juriſdictionis, quibus circumſcripta atque definita eſt, ſe continet, dicitur forum ejus competens. Sin autem eos excedit incompetens. *Vult. d. loc. n. 24. & ſeqq. & Math. Stephan d. cap. 27. n. 29.* Quodnam verò forum dicitur competens reſpectu litigatorum, conſtat ex hoc titulo, cujus inſcriptio eſt, *de foro competenti:* † Qui Titulus conſtat tribus membris. *In* 10
primo membro agitur de foro variarum perſonarum, videlicet Clericorum, Laicorum, miſerabilium perſonarum & privilegiatorum, qui certo loco reſpondere vel ſolvere promiſerunt. *In ſecundo membro* agitur de mutatione fori, poſtquàm quis eſt legitimè citatus. *In ultimo membro* proponuntur modi ſortiendi forum diverſi. † De Clericis dicitur, quòd forum ſortiantur apud 11
Epiſcopum *cap. 1. cap. ſi quis 4. h. n. t. & Can. ſi quis 45. cauſa 11.*

Digitized by Google

q. 1. Hinc ſcribitur in *cap. nullus 2. h. n. t.* nullus judicum, neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum ullum, aut minores Eccleſiæ ſine permiſſu Pontificis per ſe diſtringere aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab Eccleſia DEI, cui injuriam irrogare dignoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, quousque reatum ſuum cognoſcat & emendet. Idem dicitur *in Can. Nullus 2. cauſa 11. q. 1.* Ubi per judices intelliguntur ſeculares, uti apparet *ex cap. unic. d. Clericis conjugatis in 6.* & quia voce, judicum, ſimpliciter prælatâ veniunt ſeculares tantùm judices & non Eccleſiaſtici, *teſte Abbate ad d. cap. nullus enim 4.* Per Eccleſiæ verò minores aut juniores, ùt appellantur *in d. can. nullus 2.* intelliguntur acolythi, lectores, oſtiarii, & alii minoris ſeu inferioris ordinis *Cujac. ad d.*
12 *cap. nullus 2.* † Ratio autem prohibitionis affertur *in Can. Laici 14. cauſa 2. q. 7.* ubi dicitur, quòd Laici ſint infeſti Clericis. Deinde juriſdictiones non debent confundi *l. nemo 4. ubi gloſſ. voc. auxilium C. d. jurisd. omnium judic. &c. & l. conſultа 23. C. d. Teſtam. & quemadm. Teſtam. ordinent.* quia juſtitia confunditur, ubi jurisdictio ſua cuique non relinquitur *can. pervenit 39. cauſa 11. q. 1.* Confunderentur autem Jurisdictiones, ſi judicarent ſecu-
13 lares judices de clericis, qui habent judicem Eccleſiaſticum. † Ex his infertur, Clericum non poſſe ſuo foro renunciare & conſtituere ſibi judicem laicum, etiamſi proprium juramentum, & adverſarii conſenſus accedat *cap. ſi diligenti 12. h. n. t.* ubi Pontifex talem affert rationem, quòd juri publico pacto privatorum derogari non poſſit. Unde non poteſt jusjurandum hoc ſine peri-
14 culo animæ ſervari. † Ratio eſt, quia Clericus debet ſervare jus Canonicum *cap. 1. d. Conſtit.* quod ut diximus, foro Eccleſiaſtico Clericum renunciare prohibet. Quando igitur contra facit Clericus, & foro ſuo renunciat, peccat. *cap. ſi quis 2. d. Majorit. & obed.* & ita neque renunciatio, neque jusjurandum valet.
15 *l. non dubium 5. C. d. LL. & Conſtit. Princip. &c.* † Nec quicquam facit pro Clerico renunciante, quòd adverſarii voluntas acceſſerit; quia & ille ſuo conſenſu juri publico derogare non potuit *l. jus publicum 38. d. Pact. & aliis ſimilibus textib.* †
16 Nihil etiam facit, quòd juri pro ſe introducto quis poſſit renunciare,

re, *l. ſiquis 29. C. de Pact.* quia hoc non eſt beneficium perſonale, cui renunciari valeat, ſed potius toti collegio Eccleſiaſtico publicè indultum, cui privatorum pacto derogari non poteſt *d. cap. ſi diligenti. 12. verſ. manifeſtè patet &c.* † De foro autem Laici 17
agitur *1. in cap. ſi Clericus 5. h. n. t.* ubi conſtituit Pontifex, quod debeat ſuper rebus Eccleſiæ vel Clerici conveniri coram forenſi ſeu ſeculari judice, ſi probabiliter laicus aſſeveret, res iſtas, de quibus controvertitur, eſſe ſuas proprias. † Ante omnia igitur 18
examinandum erit & quidem ſummariè, an res ſint Eccleſiaſticæ. *cap. veniens 38. de Teſtib. & atteſtationib.* Quando enim negatur cauſa vel qualitas, quæ tribuit juriſdictionem poteſt judex ad fundandam ſuam juriſdictionem de cauſa vel qualitate illâ cognoſcere, ut videat an ſua ſit juriſdictio *cap. ſuper literis 20. d. Reſcript. cap. cum perſona 7. d. privileg. in 6. & l. ſi quis 5. d. jud. & ubi quisque agere vel conveniri debeat.* † Si igitur conſtiterit, res eſſe 19
Eccleſiæ vel Clerici, coram judice Eccleſiaſtico poterit conveniri Laicus. Quod in favorem Eccleſiæ eſt introductum, quia ſeculares judices in exhibendâ juſtitiâ perſonis Eccleſiaſticis ſæpè in judicio ſunt remiſſi *cap. cùm ſit generale 8. h. n. t.* & quia ex detentione rei Eccleſiaſticæ per laicum præſumitur mala detentio *arg. Can. nulli 3. Can. Qui abſtulerit 6. cauſa 12. q. 2. & cap. Epiſcopi 4. de reb. Eccleſiæ alienand. vel non. Abbas ad d. cap. ſi Clericus 5. n. 2.* † Si verò 20
non conſtiterit res iſtas eſſe Eccleſiæ vel clerici ceſſat mala iſta præſumtio injuſtæ detentionis, & ideò debet laicus de rigore juris (h. e. Secundùm juris ordinem, qui vult ut Actor forum rei ſequatur. Unde juris ordinem dicitur convertere in *l. 2. C. d. jurisd. omn. judic.* qui poſtulat, ut non actor rei, ſed reus Actoris forum ſequatur.) ad forenſem judicem trahi, propter regulam quæ præcipit, actorem forum rei ſequi debere. *d. cap. ſi Clericus 5. & can. ſi quisquam 16. cauſa. 11. q. 1.* † Deinde de foro Laici agit Pontifex 21
in *cap. licet ex ſuſcepto 10. h. n. t.* ex quo apparet, laicum à laico, ob cauſam civilem coram judice Eccleſiaſtico conveniri non poſſe. Ratio eſt, quia judex laicorum non eſt Eccleſiaſticus, ſed ſecularis ſeu forenſis *d. cap. ſi Clericus 5. h. t.* unusquisque autem coram ſuo judice debet conveniri *cap. cum ſit generale 8. eod. Tit.* aliàs enim con-

confunderentur jurisdictiones, quod jura prohibent *l. nemo 4. ibi-*
22 *que Gloſſ. voc. auxilium C. de jurisd. omn. judic.* † Si tamen conſtat judicem ſecularem litigantibus non exhibere juſtitiam, tunc poteſt Laicus à Laico ſuper re civili coram judice Eccleſiaſtico conveniri *cap. Ex tenore 11. in fin. h. n. t.* Ratio eſt, quia judex Eccleſiaſticus habet ad peccatum evitandum contra quoslibet actualem jurisdictionem. *cap. novit ille 13. d. judic.* ſi igitur judex Eccleſiaſticus ſe non intromitteret, quando negligens eſt ſecularis, ſæpè reus maneret in peccato, & Actor indebitè jure ſuo privaretur. *cap.*
23 *ſignificavit 6. & cap. licet 12. d. offic. judic. ordinar.* † Secularis tamen judex non poteſt ſupplere defectum Eccleſiaſtici judicis, quia ſecularis eſt planè incapax Eccleſiaſticæ jurisdictionis. *cap.*
24 *Eccleſia 10. d. Conſtitut.* † Denique Laici quoque uſurpantes jura Eccleſiaſtica veluti ſacrilegi forum apud judicem Eccleſiaſti-
25 cum ſortiuntur *cap. conqueſtus eſt nobis 16. h. n. t.* † Caſus enim talis ibi proponitur. Poteſtas & commune Bononienſium per violentiam temporalem jurisdictionem in quibusdam caſtris & villis uſurpabant, quæ pleno jure pertinebat ad Eccleſiam Bononienſem, & in cujus quaſi poſſeſſione prædicta Eccleſia erat. Quia verò propter hoc Epiſcopus Bononienſis conqueſtus fuit Papæ, ideò ille commiſit cauſam Palmerio Canonico S. Trinitatis, cui mandavit, ut ſupponat invaſores rerum Eccleſiæ, tanquam ſacri-
26 legos anathemati, donec congruè ſatisfecerint Eccleſiæ. † Idem dicitur *in Can. nulli 3. cum ſeqq. duobus Canonibus, & can. indignè*
27 *21. cauſa 12. q. 2. & Can. in Canonibus 57. cauſa 16. q. 1.* † In quibus textibus videtur confundi anathema cum excommunicatione majori, quæ tamen duo inter ſe differunt. Quamvis enim quoad vim & vinculum fortè non ſit majoris potentiæ anathema, quàm excommunicatio major, quæ eſt à perceptione Sacramentorum, & communione fidelium ſeparatio *cap. pen. d. ſententiâ excommunicat.* tamen quoad ſolennitatem & terrorem hæc duo differunt. Eſt enim anathema ſolennis maledictio, quæ fit per execrationes publicas adverſus excommunicatum, quo fit ut anathema propriè excommunicationem majorem præmittat. *Didac.*
28 *Covarruv. in cap. Alma mater §. 8. n. 8. d. t.* † Quia verò in

præ-

Digitized by Google

prædictâ facti ſpecie dicitur pleno jure temporalis jurisdictio ad Eccleſiam Bononienſem pertinere, quam Poteſtas Bononienſis per violentiam uſurpavit, unde quæritur, quid per *plenum jus* Pontifex intellexerit? † *Joan. Andrea in d. cap. conqueſtus eſt nobis 16.* 29
exiſtimat per plenum jus intelligi merum & mixtum imperium, ùt & jurisdictionem, cùm hæc omnia ſub jurisdictione, in quantum eſt genus, comprehendantur. Quæ explicatio eſt erronea, quia merum & mixtum imperium non ſunt ſpecies jurisdictionis *Georgius Obrecht tract. d. jurisdictione lib. 1. c. 3 & 4.* † *Gloſſa* autem, quam *Anton. de Butr.* *Hoſtienſis & Canoniſtæ comm. ſequuntur,* per plenum jus intelligit tam ſpiritualem, quàm temporalem jurisdictionem. Quæ expoſitio meritò rejicitur, quia *in d. cap. 16.* agitur de temporali jurisdictione, & dicitur quòd illa Eccleſiæ Bononienſi pleno jure competat. † Nos putamus ideo temporalem jurisdictionem pleno jure competere Eccleſiæ Bononienſi, quia Eccleſia iſta, & non alius eam exercet. *c. querelam 24. in verbis. pleno jure. & quæ ibi notat Abbas n. 4. de Elect. & Elect. poteſt.* † 30 31 32
Præterea de foro miſerabilium perſonarum, ſeu in quo miſerabiles perſonæ alium poſſunt convenire agitur *in cap. ex tenore 11. & cap. ex parte 15. h. n. t.* Dicitur autem ibi quod viduæ poſſint convenire Laicum coram judice Eccleſiaſtico, etiamſi cauſa ſit ſecularis modò per judicem ſecularem juſtitiam ſuam obtinere nequeant. Ratio eſt, quia vidua eſt miſerabilis perſona, quæ in ſacra Scriptura principum fidei ſolicitè commendatur, & inprimis ne à potentioribus contra jus opprimatur, & propterea etiam ſub protectione Eccleſiæ eſt *diſt. 87.* Cujus intereſt viduas defenſare, ut ſcribitur *in d. cap. Ex parte 15. verſ. ad hoc autem &c.* Hinc etiam conſtitutum eſt *in l. unic. C. quando Imperator inter pupillos vel viduas vel alias miſerabiles perſonas cognoſcit*, viduas in auditorio ſive curiâ Imperatoris convenire ſuos poſſe adverſarios. † Denique de foro 33
Privilegiati, qui certo loco reſpondere vel ſolvere promiſit, agitur *in cap. Dilecti filii 17. h. t. n.* † In quo talis facti ſpecies pro- 34
ponitur: Quidam cives Romani mercatores Epiſcopo Dunelmenſi certam pecuniæ ſummam crediderunt, quam Epiſcopus ille Lutetiæ ſe redditurum promiſit. Cùm autem Epiſcopus promiſſis ſuis non

ſtaret, atque prædicto loco non ſolveret, impetraverunt creditores contra eum reſcriptum ad Abbatem S. Genovefæ. Priusquam autem Creditores agere cæperunt, mortuus eſt Epiſcopus, & alius Epiſcopus in ejus locum electus atque confirmatus eſt, quem vigore impetrati reſcripti convenerunt. Ipſe verò ſucceſſor objiciebat creditoribus privilegiū Anglicanum à ſede apoſtolicâ obtentum, quo continebatur, ne Angli ſuper cauſis pecuniariis citra mare in judicium trahi poſſent, & ita prædictus Abbas noluit in cauſa procedere, ſed retulit hoc ad Pontificem Romanum, qui Epiſcopo Dunelmenſi, ſucceſſori primi mutuatarii reſcripſit, quamvis tale ſit privilegium, quale allegatur, Anglis conceſſum, illud tamen non prodeſſe iis, qui in certo loco reſpondere vel ſolvere Creditoribus ſuis promiſerunt, ſed poſſe illos & ibi, & ubi habent domicilium conveniri. Quocirca eidem mandat, ut prædictis Creditoribus pecuniam petitam cum juſtis & moderatis expenſis ſolvat, & de damnis, ſine tamen uſuris, ſatisfaciat, & ſi ceſſet, injungit judici delegato, videlicèt prædicto Abbati, ut in cauſa iſta juxta prioris commiſſionis te-
35 norem procedat. † Ideò autem Privilegiatus, qui non tenebatur ſolvere, niſi in certo loco, ſi alibi ſolvere promittit, ibi poterit conveniri, quia quilibet favori ſuo poteſt renunciare. *l. ſi quis 29. C. d. Pact.* & quia renunciatio valet, poterit iſte cogi in loco
36 promiſſo ſolvere *d. cap. dilecti filii 17.* † Tenetur autem ſucceſſor Epiſcopi ex contractu ſive negotio geſto ab anteceſſore ſuo *cap. 1. d. Solutionib.* quia ſucceſſor in beneficio eſt quaſi heres ſui prædeceſſoris *Gloſſ. in d. cap. 1. quæ allegat can. Convenior 21. cauſa 23. q. 8. & can. ult. cauſa 12. q. 2.* Quemadmodum enim heres ſuccedit in univerſum jus defuncti *l. hereditas 62. d. R. J. & l. cum heredes 23. in pr. d. A. vel A. P.* ita etiam Prælatus ſuccedit Prælato *cap. Relatum eſt. 12. d. Teſt. & ultimis volunt.* quamvis heres conſequatur jus à defuncto, ſucceſſor verò in beneficio à ſuperiore, à quo inſtitutionem habuit. Sicut etiam filius heres tenetur debita Patris ſolvere *l. ult. §. cum igitur 1. C. d. jur. delib.* ita etiam Prælatus ſui prædeceſſoris pro Eccleſiæ neceſſitate contracta *d. c. 1. d.*
37 *Solutionib.* † Diximus autem pro Eccleſiæ neceſſitate contracta, quia ſi pro ſua neceſſitate contraxit, ſucceſſor non tenetur.

Can-

Digitized by Google

Can. Ea enim 2. verſ. Et is Creditor hic intelligitur. cauſa 10. q. 2. cap. Ex præſentium 3. ibique gloſſ. d. Pignorib. & aliis caution. & l. Curator. 3. C. ſi aliena res pignori data ſit. Et hoc eſt primum hujus Tituli membrum. † *In ſecundo membro* agitur *de fori mutatione*, quando facta eſt citatio, de quo agitur *in cap. propoſuiſti nobis 19. h. t. n.* 38
† Cujus ſumma eſt, quod per citationem legitimam jus præventionis inducatur. Talis autem ibi proponitur facti ſpecies: Quidam à judice ſuo citatus ad reſpondendum adverſario, mutat poſtea forum, unde excipit de fori incompetentiâ, ſeque ab obſervatione judicii abſolvi petit. Quærebatur, quid juris? ad quam quæſtionem reſpondet Papa, præventum per citationem teneri in foro primo, citantis videlicet, reſpondere. Loquitur autem dictum capitulum de legitimè citato, ut probant *verba à te legitimè citatus.* Quando igitur citatio legitimè concepta, reoque juſſu judicis inſinuata eſt, jus præventionis inducit *d. cap. propoſuiſti nobis 19. & l. ſi quis 7. d. Jud. & ubi quisque agere vel conven. deb.* Ubi autem judicium eſt cæptum, quod fit per citationem *§. ult. J. de pœn. temerè litigant.* ibi & finem accipere debet *l. ubi ceptum 30. d. judic. & Socin. d. Citationib. artic. 31. n. 2.* Quare coram judice conventus, neceſſe habet uſque ad finem in judicio perſiſtere, etſi forum poſtea mutaverit *d. cap. propoſuiſti nobis 19. l. cum quadam puella 19. d. Jurisdict. & d. l. ſi quis 7.* 39
† Ultimum hujus Tituli membrum concernit varios modos, quibus quis forum ſortitur, de quibus agitur in *cap. ſanè ſi Epiſcopi 3. Cap. ex transmiſſa 6. ex duobus ſeqq. capitul. c. Poſtulaſti 14. & cap. ult. h. n. t.* 40
† Sunt autem quinque potiſſimùm modi ſortiendi forum, quorum quatuor priores ſunt ſpeciales, ultimus verò generalis. 41
† Primus ſpecialis modus eſt, cùm quis in alterius Magiſtratus territorio delictum committit *d. cap. ult. l. 1. & auth. quâ in provinciâ C. ubi de criminibus agi oporteat l. ult. d. Noxalib. action. l. ſi cui 7. §. idem Imperator 4. & l. fin. d. Accuſat. & inſcript. aliisque ſimilib. textib.* Per delictum autem intelligitur quodlibet delictum, ſive ſit publicum, ſive privatum, ſive ordinarium, ſive extraordinarium, ſive magnum, ſive parvum, *d. l. 1. ibique Vult. n 10.* 42
† Et hanc eſſe indubitati juris traditionem, ait *Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. q. 38. n 1.* 43

quæ eam habet rationem, quia exiſtimatum eſt, ad utilitatem publicam pertinere, in ſontes exempla publicæ vindictæ edi, ubi deliquerunt: fieri enim non poteſt, quando ibi maleficium ſit cognitum. Idcircò publicè utile eſt, ut qui admiſſum ſciunt, cognoſcant quoque ibi non fuiſſe impunitum: primùm ut bonis ſatisfiat, qui vel facto, vel etiam improbo exemplo læſi erant, tum ut iis metus adimatur, quibus hunc incuſſerat rei audacia & improbitas: Poſtremò ut ſi qui improbi exemplo maleficii audaciores facti ſint, cognito maleficii exitu terreantur, & ſpe impunitatis ademtâ fiant in poſterum ad injuriam tardiores *l. ſi quis fortè 6. § ſi quos 1. & l. capitalium 28. §. famoſos 15. de pœn. can. ſi peccaverit 19. cauſa 2. q.*
44 *1. & Can. ſi illic 29. cauſa 23. q. 4.* † Secundus ſpecialis modus fit ratione contractùs *d. cap. ult. h. n. 1.* ſive is ſit nominatus ſive innominatus, ſive verus, ſive quaſi, ſive alia obligatio, ex qua perſonalis actio oritur *l. heres abſens 19. §. 1. l. omnem 10. & l. interdum 36. §. ult. d. Judic. & ubi quisque agere &c. Gloſſ. in d. cap.*
45 *ult. in verbis: ſeu contractus.* † Quod fallit in tribus caſibus 1. ſi alibi, quam ubi contractus celebratus eſt, contrahentes effectum obligationis ſeu ſolutionem facere deſtinârunt. Nam tunc reus non in loco contractùs, ſed deſtinatæ ſolutionis & domicilii conveniri poterit *cap. Dilecti 17. & ibi Canoniſt. h. n. & Gloſſ. d. loc.*
46 † Et hoc procedit, ſive expreſsè quis alibi ſolvere promiſerit, ſive tacitè, puta ſi legis proviſione intelligatur actum, quod alibi, quàm in loco contractus ſolutio ſubſequatur. *Abb. in d. cap. ult. n. 32.*
47 † 2. Fallit, quando ſcriptura eſt de ſubſtantiâ contractûs, quod fit, cùm actum fuit inter partes, ut contractus redigeretur in ſcripturam. *l. contractus 17. C. d. Fid. inſtrum. & princ. verſ. In his autem Tit. J. d. empt. & vendit.* Tunc enim ſi in alio loco intervenerit ſcriptura, attenditur locus ſcripturæ, & non contractus *Abb.*
48 *d. loc. n. 31.* † 3. Denique fallit hoc, cùm quis cum eo contraxit, qui confeſtim profecturus eſt, tunc enim non in loco contractûs emtor eſt conveniendus, ſed in loco domicilii *d. l. heres ab-*
49 *ſens 19. §. perinde 2.* † Tertius ſpecialis modus, quo quis forum ſortitur fit ratione domicilii *d. cap. ult. d. l. heres abſens 19 §.*
50 *ſi quis 1. & ult. l. juris 2. C. d. Jurisd. omn. judic.* † Quid ſit domi-

domicilium, & quomodo dividatur, tradit *Vult. ad d. l. juris 2. &*
Georg. Obrecht. lib. 3. d. Jurisd. c. 11. † Quartus ſpecialis mo- 51
dus fit ratione rei, quæ alicubi eſt, de cujus poſſeſſione aut pro-
prietate agitur. Hæc enim ſubjicit unumquemque poſſeſſorem
jurisdictioni ejus loci, in quo res eſt, quamvis qui convenitur, ne-
que ibi domicilium habeat, neque ibi contraxerit *d. cap. ult. cap.*
ſanè 3. h. t. n. l. un. C. ubi de poſſeſſione agi oporteat. & l. fin. C. ubi
in rem actio exerceri debeat. Actor igitur debet actionem in rem,
quia ex præſenti poſſeſſione eſt, ut ſcribitur *in l. non alias 24. § ſed*
ſi poſtulatur 2. d. judic. & ubi quisque agere vel conven. debeat. co-
ram iſto judice adverſus poſſidentem movere. † Sed hoc ita 52
eſt accipiendum, niſi velit reum in loco domicilii convenire. Pu-
tamus enim actionem in rem etiam rectè proponi ab actore, in fo-
ro ubi reus domicilium habet, licèt res petita ibi non extet. † Quic- 53
quid etiã contra diſputet *Donell. lib. 17. Comm. jur. civil. c. 17.* † Quod 54
probatur inter alios textus *in l. fin. C. ubi in rem actio exerceri deb.*
Ibi enim 1. ſcribunt Imp. actor rei forum, ſive in rem ſive in perſo-
nam ſit actio, ſequitur. Hoc autem forum eſt locus domicilii, quia
utrique actioni tàm in rem, quàm in perſonam, forum, quod quis
ſortitur ex loco domicilii, convenire poteſt. Ex loco autem, in quo
res eſt conſtituta forum quis nunquam ſortitur in actione perſona-
li. *Vult. in l. 1. n. 10. C. d. t.* Deinde ajunt Impp. *d. loc. ſed & in locis,*
quaſi dicant, non ſolùm ibi, ubi reus habet domicilium, verùm eti-
am in locis, in quibus res propter quas contenditur, conſtitutæ ſunt,
jubemus in rem actionem adverſus poſſidentem moveri. Electio i-
gitur erit actoris, utrum inſtituere velit contra reum actionem ſu-
ãm in foro domicilii, an verò in foro rei ſitæ. *Accurſ. ad d. l. fin. voc.*
res. † Et hæc eſt, *teſte Anton. d. Butrio & Abbate hic n. 4.* 55
communis opinio, quam etiam in praxi receptam eſſe ſcribit *Vult.*
ad d. l. 1. n. 6. † Et hæc non tantùm locum habent cùm inſtitu- 56
itur actio realis pro re immobili, verùm etiam pro re mobili, de
quo tamen magna eſt controverſia. † Nam ferè omnes hoc 57
negant, qui exaudiunt *d. l. fin. C. ubi in rem actio exerceri debeat,*
de rebus tantùm immobilibus, quemadmodum teſtatur *ibi Accurſ.*
in voc. res. † Azo verò vult, legem iſtam etiam eſſe de rebus 58

 mobi-

59 mobilibus intelligendam. † *Petrus* autem *de Bellapertica* priorem opinionem putat procedere, ſi res mobilis non eſt permanſura in loco, ſed ſtat cauſa cuſtodiæ vel eſt tranſitoria, quia tunc non videtur adeſſe vel abeſſe. Poſteriorem verò dicit procedere, cum res mobilis in loco eſt permanſura. Et hanc diſtinctionem communiter à Dd eſſe receptam ſcribit *Abb. in d. cap. ult. n. 43.*
60 † Verum ab Azonis ſententia non putamus recedendum eſſe, quam præter *l. non altiùs 24. §. ſed ſi poſtulatur 2. & l. quod legatur 38. d. judic. & ubi quiſque ag. vel conven. deb.* vox, *rei* quæ abſolutè & generaliter eſt poſita in *d. l. fin.* confirmat, atque communis conſuetudo Germaniæ, de qua teſtatur *Sich. in d. l. fin. n. 3.* appro-
61 bat. † Plura de hâc controverſiâ videantur apud *Vult. d. loc.*
62 *n. 16. & ſeqq.* † Ultimus ſortiendi forum modus, qui generalis eſt, fit ratione ſupremæ poteſtatis. Ubi enim eſt Papa, ibi quis poterit conveniri, quia Papa eſt judex ordinarius ſingulorum *can.*
63 *Cuncta 17. cauſa 9. q. 3.* † Et hi ſunt modi, quibus quis regulariter forum ſortitur, ut probat vox, *regulariter*, quæ habetur *in d. cap. ult.* quibus addi poſſunt alii modi de quibus tractat *Gloſſ. ad l. heres abſens. 19. §. perinde 2. in verbo*: *debebit. d. judic. & ubi quiſque ag. &c. Hoſtienſis ad d. cap. ult. h. t. n. & Specul. lib. 2. particul. 1. rubr. d. competentis judic. aditione n. 1. & ſeqq.*

NOTABILIA.

1. Actor forum rei ſequi debet *cap. ſi clericus 5. & cap. cum ſit 8. h. t.*

2. Seculares judices in exhibendâ juſtitiâ, perſonis Eccleſiaſticis ſæpè in judicio ſunt remiſſi. *d. cap. cum ſit 8.*

3. Magiſtratus ſunt viduis in juſtitiâ debitores *cap. Ex tenore 11.*

4. Pacto privatorum juri publico non derogatur *cap. ſi diligenti 12.*

5. Privatum poſſe ex conſuetudine acquirere juriſdictionem ſuper homines ſuæ familiæ *cap. cum contingat 13. verſ. niſi fortè hi &c.*

6. Con-

6. Conſuetudinem & privilegium æquiparari *d. verſ. niſi fortè hi &c.*

7. Vidua retinet dignitatem mariti prædefuncti *cap. Ex parte 15.*

8. Nemo debet trahi in judicium ultra duas diætas à loco domicilii principalis computandas *d. cap. 15.*

9. Quod ſemel Eccleſiis relictum, ad alios uſus non debet transferri *cap. conqueſtus eſt 10. verſ. cum autem valdè ſit iniquum.*

10. Contractus factus cum prædeceſſore, tranſit ad ſucceſſorem cum ſuis qualitatibus *cap. dilecti filii. 17.*

11. Promittens ſolvere in certo loco, poteſt conveniri non tantùm in loco deſtinato ſolutioni, ſed etiam in loco domicilii *d. cap. 17. verſ. verùm quia etſi fuiſſet privilegium.*

12. Expenſæ peti debent juſtæ atque moderatæ non autem ſuperfluæ ſive delicatæ *d. cap. 17. verſ. Mandamus &c.*

13. Præſens in judicio non cogitur in eodem Termino reſpondere pro aliâ cauſâ, ad quam non fuit citatus *cap. ult. verſ. niſi pro alia &c. h. t.*

ERROR.

Romana Eccleſia eſt omnium Eccleſiarum mater atque magiſtra *d. cap. ult. verſ. Quia tamen omnium &c.*

De
Libelli Oblatione.
Titulus III.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Libellus quid? 2. *Ejus requiſita.* 3.
Quid ſi ſit ineptus? 4.
Debet in ſcriptis offerri. 5. *Ubi expl. c. 1. h. t.*
Explic. c. 2. 3. eod. 6.
Actor in rem agens debet eam deſignare. 7.

In

In perſonali actione, cauſa petendi exprimenda. 8.
Salutares clauſulæ. 9.
Poſt exordium. 10.
Poſt narrationem facti. 11. *Hæc an hodie ſuperflua?* 12.
Poſt concluſionem. 13.
De clauſulâ: ſuper quibus omnibus peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari. 14.
In oblatione Libelli quæ conſideranda? 15.
Offerri debet judici & reo. 16.
Cujus expenſis copia detur? 17. 18.
Offertur libellus omnibus in cauſis. 19.
Exceptiones, remisſivè. 20.
Offerendus in principio cauſæ. 21.
Ubi tamen ſtylus curiæ obſervandus. 22.
De libello jam ante ad effectum impetr. proceſſ. oblato. 23.
In curiis Saxonicis providè libellus cum citatione mittitur. 24.

1 POſtquam Compilator Decretalium in titulo præcedente egit de foro competenti, tractat nunc *de libelli oblatione*, quod ideo factum eſt, ut reus conventus ſtatim ſcire debeat, quid & qualiter petat Actor, & ſuper quo debeat reſpondere, quod ex libello conſtat. *Nov. d. exhibend. & introduc. reis & c. 53 cap. Illud quoque 3 Auth.*
2 *offeratur C. d. Litis conteſtat. & l. 1. pr. d. Edendo.* † In libello autem, qui hic nihil aliud eſt, quam commoda verborum conceptio, futuræ litis ſpeciem exhibens, ut probat *Georg. Obrecht. tract. d. Concipiend. & formandis libell. c. 2. n. 1. & ſeqq.* duo veniunt conſideranda, libelli nimirum conceptio, & ejuſdem obla-
3 tio. † Quomodo concipi, & formari debeat libellus oſtendunt ſequentes verſiculi, quos *Gloſſa* refert in *cap. 1. voc. libellus h. t. n.*

Quis

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo,
Recte propoſitus quuque libellus habet.

Item:

Conventi nomen, & nomen convenientis,
Judicis & nomen ſcribet, cauſamque petendi,
Et quaſcunque petet res, iſtas ſcribere debet.

Quæ omnia cùm rectè explicata ſint à *Gail. lib. 1. obſ. 61. Obrecht.*
d. tract. cap. 11. Donell. in l. 3. n. 6. & ſeqq. C. de Edend. Everhard.
Speckhan. cent. 1. quæſt. jur. 64. & aliis, eorum explicatione hîc
ſuperſedebimus. † Ubi tamen ſciendum eſt, ſi unum ex re- 4
quiſitis iſtis defuerit, libellum ineptitudinis argui poſſe. Quo ca-
ſu ſive ex officio, ſive reo petente, libellus rejiciatur, judex reum
ab inſtantiâ abſolvere, & actorem in expenſas condemnare debet.
Unde in Curiis Saxonicis ita pronunciari ſolet: Daß Beklagter
von angeſtellter Klag/inmaſſen die fürgebracht/mit Erſtattung der
Gerichtskoſten billich zu entbinden. Interdum etiam adjicitur
hæc clauſula: Jedoch iſt Klägern eine andere und förmlichere
Klage nochmals anzuſtellen hierdurch unbenommen/ *vid. Cap. Exa-*
minata 15. d. judic. Et de conceptione libelli agitur etiam *in h. n.*
titulo. † In capit. autem 1. ſcribitur, quòd judex non debeat 5
admittere actorem ad litigandum, niſi priùs in ſcriptis offerat li-
bellum. Nam ut conſtat ex *cap. Quoniam 11. d. Probat.* omnia ju-
dicii acta ſunt in ſcriptis redigenda, & ita etiam libellus, ne fraus
poſſit circa illa committi. † In reliquis verò *duobus capitu-* 6
lis agit Pontifex de conceptione libelli, quando inſtituitur vel a-
ctio realis vel perſonalis. † Cùm realis actio inſtituitur, 7
non ſufficit rem generaliter peti, ſed debet actor ita eam deſigna-
re, ut evitetur obſcuritas & æquivocatio: aliàs enim non tenetur
reus reſpondere libello, nec judex ſententiam ferre poterit ſuper
incerto *cap. Significantibus 2. & ibi Abbas h. n. t. l. ſi in rem 6. d.*
Rei vindic. can. ult. diſt. 33. & §. curare 32. J. d. Action. Et ſcribit
Nepos d. Monte Albano in libro de Exceptionibus reorum, qui fugi-
tivus vulgò dicitur tit. d. Exceptionibus contra libellum pag. m. 49.
quòd in actione reali libellus poſſit reprobari, niſi proprium no-
men fundi, ſi nomen habeat, exprimatur, & locus ubi ſit, & ſi pro-

Digitized by Google

ſula: *Super quibus omnibus peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari.* Quæ clauſula ſalutaris eſt, inquit *Jaſ. ad §. omnium 1. n. 147. J. de Action.* Sicut herba bethonica. Nam per eam imploratur judicis officium, qui deinceps poterit ſupplere, & impertiri ſuum officium. Deinde licèt ex narratione facti poſſint plures elici actiones, quorum aliquæ aptæ, aliquæ minus aptæ ſint, ac concluſio non ſatis apta appareat, virtute tamen hujus clauſulæ talis libellus ſuſtentatur. Eſt enim juxta *Angel. ad d. §. omnium 1. n. 7.* hæc clauſula tantæ efficaciæ, ut videatur deducta omnis actio, & remedium competens & reſultans ex narratis. *And. Gail. lib. 1. obſ. 61. n. 11.* † In 15
oblatione verò libelli tria ſunt conſideranda, quorum *primum* eſt perſona, cui fit oblatio. † Offerri autem debet libellus judi- 16
ci *cap. 1. h. n. t.* & reo *auth. offeratur C. d. d. Lit. conteſtation. & l. 1. pr. d. Edend.* Illi ideò, ut ſententiam libello conformem proferre poſſit *l. ut fundus 18. Comm. divid. & cap. licet 31. verſ. nam juxta canonicas ſanctiones ibique gloſſ. in voc. formam d. Simoniâ, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigat. vel promitt. And. Gail. lib. 1. obſerv. 66. n. 1.* Huic verò, ut deliberare poſſit, utrum cedere an contendere debeat: & ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum, cognitâ actione, quâ conveniatur *d. l. 1. pr.* † Cujus au- 17
tem expenſis copia libelli dari debeat, rei an actoris, controverſum eſt. Nam quidam imponunt hoc onus Actori. *Speculat. tit. d. Libelli oblat. n. 4. & Hameton. d. ordine judiciorum part. 3. rubr. d. Libelli oblatione*, quidam reo, ut *Sichard. ad d. auth. offeratur n. 11.* quidam denique utriſque tàm actori quàm reo, ut *Cynus in d. auth. offeratur.* † Nos autem ſequimur *Obrecht. tract. c. 4. n. 5.* qui 18
expenſis rei copiam eſſe dandam putat, ſi tamen nulla adſit conſuetudo in contrarium. Per reum verò non eum intelligimus, qui juſtè litigat, ſed qui temerè, cum *Ilicone Ummio in Proceſſu judiciario diſp. 6. th. 9. n. 42.* † *Secundum* quod in oblatione libelli oc- 19
currit, concernit cauſas, in quibus offerendus eſt libellus. In omnibus autem cauſis regulariter debet offerri libellus, adeò ut etiam partium conſenſu libelli oblatio omitti nequeat. Nam præcipitur in *d. auth. offeratur*, quod debeat libellus offerri. *Offeratur*, inquit ibi textus, *ei qui vocatur ad judicium libellus.* Et in *d. cap. 1.*

b. n. 1. tenetur Actor in ſcriptis libellum porrigere. Cur autem hoc
20 fieri debeat, apparet ex præcedentibus. † Diximus autem *re-*
gulariter eſſe libellum offerendum, quia quædam cauſæ libellum
neceſſariò non requirunt, quas enumerat *Johan. Oldendorp. in for-*
mulâ libelli, per quem editur actio tit. in quibus cauſis libellus ne-
21 *ceſſariò non requiritur, & Obrecht. d. tr. cap. 6.* † Ultimum,
quod conſideratur in libelli oblatione eſt tempus, quo fit oblatio.
Eſt autem in principio cauſæ offerendus libellus *d. auth. offera-*
22 *tur &c.* † Qua tamen in parte ſtylus Curiarum eſt attenden-
dus *l. teſtium 3. §. fin. d. Teſtib.* Secundum quem alibi citatio præce-
dit libellum, ut in Camerâ Imperiali, ſi quidem proceſſus per libel-
23 lum ſupplicem obtentus ſit. *Obrecht. d. tr. c. 4. n. 6.* † Sin
autem libellus actionis jam ante ad effectum impetrandorum pro-
ceſſuum oblatus ſit, is, in termino reproducitur, teſte *Schwanmanno*
24 *lib. 1. Proceſſus Cameralis c. 41. n. 2.* † In quibuſdam etiam
judiciis cum citatione mittitur libellus, quod Curiæ Saxonicæ ferè
obſervant, à quibus emiſſæ citationes copiam libelli inſertam ha-
bent, quod providè & circumſpectè fit, quia tali caſu induciæ deli-
beratoriæ non ſunt ulterius indulgendæ *cap. preterea 2. d. dilat.*
Gail. lib. 1. obſ. 51. n. 3. & 4. & Bernhard. Wurmſer. lib. 1. practic.
obſ. tit. d. Libello 9. obſ. 4. n. 2.

De Mutuis Petitionibus.

Titulus IV.

Summaria.

Continuatio 1.
Mutua petitiones unde? 2.
Materiæ ſubtilitas. 3.
Explic. c. 1. h. t. 4.
Judex poteſt cogere actorem ad reſpondendum. 5.
Ordo quis obſervandus? 6.

De-

Debet utraque cauſa unâ ſententiâ terminari. 7.
Quæ tamen reverà ſunt duæ ſententiæ. 8.
Modus procedendi datus per reſcriptum in causâ conventionis, intelligitur repetitus in causâ reconventionis. 9.
Quare? 10.
Dubium. 11. *Solvitur.* 12.
Requiſita reconventionis. 13.
Reus tantùm poteſt reconvenire. 14.
Non item, qui judicio intereſſe nequeunt. 15. *Actores reconveniuntur.* 16.
Etiamſi ſint Legati. 17. *Aut clerici.* 18.
Rationes & reſolutio dubiorum, remisſivè. 19.
Locum habet reconventio, ubicunque aliàs prodita eſt actio. 20.
An etiàm in causâ criminali? 21. 22.
Diſtinctio, remisſivè. 23.
De reliquis cauſis, remisſivè. 24.
Requiritur idem judex, qui fuit conventionis. 25.
Sive ſit ordinarius, ſive delegatus. 26.
Coràm arbitro non poteſt moveri reconventio. 27.
De tempore quo debet inſtitui. 28.

IN Titulo præcedente viſum eſt de libelli oblatione; ſed quia libelli plerumque ab utraque parte porriguntur, & fiunt hinc inde mutuæ petitionis, ideò ſequitur nunc hic Titulus videatur *Joan. Paulus Lancelottus in Inſtit. juris Canonici ad b. t. in pr. ubi aliam tradit continuationem.* † Dicuntur autem mutuæ petitiones, quia conventio eſt ex parte actoris, & reconventio ex parte rei. Sunt ergò duæ petitiones, & quia petitio fit ex utrâque parte, rectè appellantur mutuæ petitiones. † Quamvis autem hæc materia ſit ſubtilis & difficilis, ejusq; cognitio cauſarum Patronis per 1 2 3

quam neceſſaria teſte *Bernhard. Urſino tractat. d. Reconventionibus cap. 1. n. t. ubi alios allegat.* Pontifex tamen eam in duobos tantùm capitulis *b. t. n.* breviter explicat. † Quorum prius vult
4 judicem actorem ad reſpondendum reo in cauſæ mutuæ petitionis, ſeu reconventionis compellere utramque cauſam ordine ſucceſſivo
5 ſimul audire, & unâ ſententiâ terminare poſſe. † Cur autem judex cogere poſſit actorem ad reſpondendum, illa ratio eſt, quia cujus in agendo quis obſervat arbitrium, eum habere etiam contra ſe judicē in eodem negotio non dedignetur *l. cum Papiniano 14 in f. C. de Sentent. & interloc. omn. judic.* qui textus etiam allegatur in *Can. accuſatores 1. cauſa 3. q. 8.* His addatur *Tit. quod quiſque juris*
6 *in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur.* † Ordo autem ſucceſſivus talis hoc loco obſervari debet, ut primò expediatur actus in cauſa conventionis, quia primo actor provocavit ad judicium, *cap. cum dilectus 2. verſ. cum ea in modum d. ordine cognitionum & l. qui appellat 29. de judic. & ubi quis agere vel. &c.* & ſtatim expediatur conſimilis actus rei in reconventione; Evitandus eſt enim circuitus, & litium diſpendioſa prolixitas, ſi fieri poteſt. *Clem. audi-*
7 *tor. 3. de Reſcript.* † Debet autem utraque cauſa una ſententiâ terminari h. e. una poſt aliam ſtatim ferri ut illa verba rectè explicat *Gloß. ad d. cap. cum dilectus 2. in verbis: Eadem ſententiâ terminanda*, quam ſequitur *Abb. ad d. cap. 1. b. t. n.* quia finis litibus citò eſt imponendus, ne partes ultra modum graventur laboribus
8 & expenſis *cap. finem 5. pr. d. Dolo & contumaciâ.* † Reverâ tamen duæ ſunt ſententiæ *cap. Cum in Eccleſiâ Sutrina 3. d. cauſa poß. & proprietat.* quia quot ſunt articuli, tot ſunt petitiones & ſententiæ *l. etiam 29. §. 1. d. minor. 25. ann. & l. cum in unâ 17. d. Appel-*
9 *lat. & relat. Specul. d. lit. conteſtatione §. nunc dicamus n. 1.* † Poſterioris autem capituli ſumma eſt, quòd modus procedendi datus per reſcriptū in cauſa conventionis, intelligatur repetitꝰ in cauſa reconventionis. Quando igitur actor à Pontifice impetravit reſcriptum, cum hâc clauſula, *remotâ appellatione*, h. e. ne poſſit reus victus à ſententiâ provocare, extenditur hoc ad cauſam reconventionis, quod in ea Actor ſuccumbens ſimiliter appellare non
10 poſſit. † Talem autem affert Pontifex rationem *in cap. ult. b. t.*

Digitized by Google

h. t. quod actoris & rei eadem ſit conditio. Quod igitur conceſſum eſt actori, id multo magis concedi debet reo, cum favorabiliores rei potius quàm actores habeantur *l. favorabiliores 125. d. R. J.* Huc facit *l. ult. C. d. Fructib. & lit. expens.* in quâ dicitur quod privilegium actori conceſſum porrigatur etiam ad reum. † Sed hic 11 objici ſolet quod reſcripta ſint ſtricti juris, nec debeant extendi *cap. 40. in fin. d. offic. & poteſt. judic. deleg.* quodque privilegium uni conceſſum, non poſſit ad alium extendi propter identitatem rationis *cap. ſanè 9. d. Privileg. & exceſſib. Privilegiatorum.* † Ve 12 rùm hi textus loquuntur de actore, qui impetravit privilegium ſeu reſcriptum, quod non tendit in detrimentum alterius. Hoc enim ad alium non extenditur ſecus autem eſt, ſi alterius læſionem reſpiciat, quale eſt reſcriptum, quod impetravit actor *in d. cap. ult. n. tit. Bernhard. Urſinus d. tract. c. 18. n. 5. & 6.* † Antequam 13 autem ad alia progredimur, de requiſitis mutuæ petitionis ſeu reconventionis breviter videbimus, ut eò melius noſter hic Titulus intelligi poſſit. Iſta autem requiſita concernunt vel perſonas, quæ reconvenire vel reconveniri poſſunt, vel cauſas, de quibus reconventio inſtituitur, vel judicem, coram quo reconventio fit, vel tempus, quo reconventio inſtitui debet. † Ad primum, quod fu- 14 it de perſonis, reſpondemus, ex perſonis litigantibus reum duntaxat reconvenire poſſe. *l. cum Papinianus 14. & auth. & conſequenter C. d. Sent. & interlocut. omn. judic. cap. cùm dilectus 2. verſ. nos autem diſtinguimus d. ordine cognit. & cap. diſpendia 3. verſ. Reus quoque d. reſcript. in 6.* Non igitur Actor poteſt reum à quo fuit reconventus, iterum reconvenire, ne detur progreſſus in infinitum, contra *cap. cum in multis 2. de reſcript. in 6.* neve modus litium multiplicatus ſummam & inexplicabilem faciat difficultatem *l. ſingulis 6. d. Except. rei judic.* & quia reconventio non intelligitur, niſi quoad illum, qui primò convenitur *Gloſſ. in cap. 2. h. n. t. in verbu: eodem modo, & in d. auth. & conſequenter in verb. eundem judicem,* quam ſequitur ibi *Bartol. n. 8. Abb. in d. cap. 2. n. 6. ubi etiam allegat Hoſtiens.* His addatur *Bernh. Urſinus in d. tract. cap. 7.* qui etiam *n. 1.* alias affert rationes. † Requiritur autem in perſonis, 15 quæ aliòs volunt reconvenire, ut legitimam perſonam ſtandi in judiciis

diciis habeant. Nam reconventio eſt actio, quia ei conve-
nit actionis definitio, propoſita *in princ. J. de Actionib.* actio autem,
ut ibi definitur, & *in l. nihil aliud eſt 51. de O. & A.* eſt jus perſequen-
di in judicio quod ſibi debetur. Hinc conſequens eſt omnes eſſe re-
movendos à reconventione, qui in judicio intereſſe non poſſunt.
16 † Reconveniri verò Actores poſſunt. *novell. d. Executoribus, &*
de his qui conveniuntur & c. 96. cap. illud quoque 2. §. ſancimus igi-
17 *tur 1. & d. auth. Et conſequenter.* † Etiamſi ſint legati, qui
quamvis habeant jus revocandi domum, tamen ſi ipſi in aliquo lo-
co agant, compelluntur ſe adverſus omnes defendere *l. conſenſiſſe*
2 §. item ſi extra provinciam 5. d. judic. & ubi quisque agere vel conv.
18 *deb.* † Aut Clerici, qui alium coram judice ſeculari conveni-
unt. Hi enim coram eodem judice reconveniri poſſunt, non ob-
ſtante fori Eccleſiaſtici privilegio, ut habet communis Dd. opinio,
de qua teſtatur *Maranta in ſuo ſpecul. part. 4. in 6ta judiciorum di-*
19 *ſtinct. n. 53. & Mynſing. cent. 2. obſerv. 67. n. 7.* † Rationes au-
tem affert *Felin. ad cap. Et ſi clerici 4. n. 8. & ſeq. d. Judic. & Bern-*
hard. Urſin. d. tract. cap. 29. n. 4. & ſeqq. qui etiam ad contraria re-
ſpondet *à n. 15. usque ad n. 32.* de qua quæſtione videantur plura a-
pud *Henric. Zoeſ. ad h. t. n. 4. & ad Tit. Pand. de Re jud. n. 35.* †
20 Secundum concernit cauſas, in quibus reconventio locum habet.
Habet autem locum in omnibus cauſis, de quibus jure civili prodi-
tæ ſunt actiones. Quemadmodum enim in iis conceditur cōventio
ita & reconventio, quæ nihil aliud eſt, quàm actio, eum in finē com-
parata, ut quisque quod ſibi debetur, in judicio perſequi poſſit. *d.*
21 *pr. J. d. Act. & d. l. nihil aliud eſt 51.* † Verùm hoc procedit de ci-
vili cauſa, & non criminali juxta *gloſſam ad cap. at ſi clerici 4. d. ju-*
dic. quæ vult in crimine non admitti reconventionem, ubi illam
adducit rationem, quod non relatione criminum, ſed innocentiâ
reus purgetur. Hinc etiam, ſcribit *Stephanus Papa in Can. neganda*
4. cauſa 3. q. 11. neganda eſt accuſatis licentia criminandi, priusquam
ſe crimine, quo premuntur, exuerint: quia non eſt credendum con-
tra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ſunt, niſi ſe
prius probaverint innocentes, quoniam periculoſa eſt, & admitti
non debet rei adverſus quemcunque profeſſio. Huic rationi etiam
aliam

aliam addit *Henricus Zoeſ. ad h. n. 1. n. 6. & ad tit. 11. d. Re judicat. n. 37.* quòd reo, qui intentat reconventionem, per criminalem cauſam nihil acquiri poſſit, cùm pœna cedat reipublicæ. † Alii verò affirmativam ſententiam amplectuntur, maximè ob rationem 22
Papiniani *in l. cum Papinianus 14. C. de Sentent. & interloc. omn. judic.* quæ æquè in criminalibus ac in civilibus obtinere videtur, cùm aliàs illi ignoſcatur, qui provocatus voluit ſe ulciſci, & petitus ab aliquo, retorſit in eum crimina *l. qui cum major 14 §. ſi liber-tus 6. d. bon. libert. Urſinus d. tr. cap. 11. n. 19 & ſeqq.* † Re 23
ctiùs illi faciunt, qui ſequuntur *Br.* diſtinguentem *in d. l ſi quis 5. & in d. auth. Et conſequenter,* cui adſtipulatur *Abb. ad cap. 1. n. 21. h. n. t.* † De reliquis cauſis, de quibus etiam quæritur, utrum 24
admittant reconventionem, videndus eſt *Abb. d. loc. n. 17. & 31. Mamnta d. diſtinct. 6. n. 38. & ſeqq. Jacob. Cujac. ad capit. 2. n. tit. verſ. non eſt etiam omittendum.* † Tertium fuit de judice, 25
coram quo reconventio inſtitui debeat. Requiritur autem idem judex, qui fuit conventionis *l. qui non cogitur 22. d. judic. d. l. cum Papinianus 14. & d. auth. & conſequenter C. d. ſentent. & interloc. omn. judic.* † Et nihil refert, utrum ille ſit ordinarius, an de- 26
legatus *cap. 1. & 2. h. n. t.* Quamvis enim delegatus judex alterius beneficio, & non proprio jure exerceat juriſdictionem *l. 1. §. qui mandatam i. d. officio ejus, cui mand. eſt jurisd.* ejus tamen juriſdictio, quoad reconventionem, dependet à neceſſitate legis, qua Actor judicem, quem ipſe approbavit, contra ſe approbare cogitur *d. l. cum Papinianus 14.* † Coram arbitro tamen compromiſ- 27
ſario non poteſt moveri Reconventio, quia terminos compromiſſi non poteſt egredi. *cap. cum dilectus 6. d. Arbitris. Urſinus c. 22. d. tract. qui etiam cap. 23. quæſtionem illam examinat, an coram judice appellationis reconventio inſtitui poſſit.* † Ultimum fuit de tem- 28
pore, quo debet inſtitui Reconventio. Poteſt autem Reconventio inſtitui, tàm ante quàm poſt litis conteſtationem, modo non fuerit renunciatum probationibus & allegationibus, quod multis rationibus probat *Urſinus d. tr. cap. 13.*

De
Litis Conteſtatione.
Titulus V.
Summaria.

Continuatio. 1.
Quare neceſſaria ſit in judiciis L. C. 2.
Pars invita ad L. C. compelli poteſt. 3.
Origo L. C. 4.
Remotus fuit à Camerâ Aſſeſſor, quòd neſciverit L. Conteſtationem. 5.
Quomodo fiat? 6.
Monitio Gailii. 7.
Fit per petitionem & reſponſionem. 8.
Explic. c. un. h. t. 9.
Definitio Vulteji. 10.
Non datur L. C. affirmativa. Notatur Gæddæus. 11.
Plura de L. C. remiſſivè. 12.

1 POſt libelli oblationem, & mutuas petitiones, de quibus in titulis duobus præcedentibus eſt actum, ſequitur Titulus hic noſter, qui inſcriptus eſt *de litis conteſtatione.* Ratio eſt quia libelli oblatio, & mutua petitio non tam judicii partes habentur, quàm judiciorum præparatoria, litis verò conteſtatione conſtituitur ipſum judicium *Bl. in auth. Clericus n. 8. C. d. Epiſcop. & Cleric.* † Li-
2 tis autem conteſtatio in judiciis ideo eſt neceſſaria, quia eſt tanquam lapis angularis, & fundamentum judicii, quare ſi illa à partibus prætermiſſa fuerit, procul dubio omnia quæ ſecuta ſunt, corruent, ſeque ipſos litigatores inanibus laboribus, & ſumtibus vexabunt. Unde nec teſtes recipi, nec ad ſententiam per judicem procedi poterit. *rub. & cap. quoniam 5. ibique Socin. ut lite non conteſtatâ non procedatur ad teſtium receptionem, vel ſententiam definitivam. Marant. part. 6. d. Lit. conteſtat. membr. 10. judicii n. 1 Joan. Paulus Lancelottus lib. 3. Inſtit. juris Canon. tit. d. Litis conteſtatione in princ.*

princ. Andr. Gail. lib. 1. obſ. 75. pr. & Mynſ. cent. 1. obſ. 1. n. 1. † 3
Et proinde pars etiam invita ad litis conteſtationem compelli poterit, *arg. l. etiam ſtipulantem 83. §. 1. d. V. O. vel* captis pignoribus, vel detentione perſonæ *arg. l. 1. §. quid ergo 3. d. Inſpiciendo ventre Mamnt. d. loc. n. 9. ſeq.* vel etiam lite in contumaciam pro conteſtatâ, acceptâ, *Mynſ. cent. 4. obſ. 66.* † Videtur autem litis conteſtatio 4
traxiſſe originem à libertate Romanâ, ne per judicia quid violenti Introduci videretur in civilibus negotiis, ſed omnia volentibus partibus fierent, & ſolenniter ſecundum jus. *Joannes Oldendorpius in præfat. claſſium Tit. d. Litis conteſtatione.* † Quia verò in 5
Camerâ Imperiali aſſeſſor eo nomine fuit remotus, quod neſciret, quid eſſet litis conteſtatio, *teſte Rutgero Rulant. d. proceſſu judiciario part. 2. lib. 3. ad cap. 1. §. 1. verſ. uſque adeo*, idcircò quomodo fiat litis conteſtatio, breviter videbimus. † Explicatur au- 6
tem hoc *in cap. unic. n. tituli*, cujus ſumma eſt, quòd non per poſitiones & reſponſiones, ſed per petitionem in jure propoſitam, & reſponſionē ſecutam fiat litis conteſtatio, quâ omiſſâ nullus eſt proceſſus. Idem dicitur *in d. c. 54. verſ. licèt autem & c. de elect.* Cur autem per poſitiones & reſponſiones non fiat L. C. illa ratio eſt, quia qui ponit aliquid, nihil petit ab adverſario, nec etiam ſe agere velle, oſtendit *Gloſſa ad h. t. voce: reſponſiones*, quam ſequitur *Specul. d. litis conteſtat. tit. quid ſit litis conteſtatio n. 31. Georg. Obrecht. tr. d. litis conteſtat. c. 6. n. 2. & Andr. Gail. lib. 1. obſ. 73. n. 8.* † Qui 7
monet, ſi libellus articulatus exhibeatur, quod debeat exhiberi cum petitione, & ſuper eâ petitione imprimis lis conteſtari, nam tunc reum ad reſpondendum articulis urgeri poſſe, & hoc ipſum in praxi quoque obſervari. † Per ſolam igitur petitionem 8
in jure propoſitam, & reſponſionem ſecutam fit litis conteſtatio *d. cap. unic.* † Ubi per reſponſionem ſecutam intelligit Pon- 9
tifex contradictionem objectam per *l. rem non novam 14. §. patroni autem 1. C. d. Judic.* in qua lis dicitur conteſtata pòſt narrationem propoſitam, & contradictionem objectam. Nam non ſufficit ut actor contra reum aliquid affirmet, vel ab eo petat: ſed etiam requiritur, ut reus reſpondeat, & contradicat, quia aliàs inter actorem & reum nulla eſſet controverſia, & conſequenter quoque

nulla controverſiæ ſeu litis eſſet conteſtatio. *Obrechtus d. loc.*
10 † Hinc rectè definit *Vult. lib. 2. Jurispr. Rom c.31.* litis conteſta-
tionem judicii conſtitutionem factam affirmatione unius, & con-
11 tradictione alterius litigantis. † Corruit igitur opinio *Jo-
annis Gœddei* qui ad *l. litis 36. n. 21. d. V. S.* litis conteſtationem
ſtatuit dari etiam affirmativam, quem errorem ex profeſſo refutat
præ aliis *Johannes Niell. diſputat. Feud. 10. theſ. 4. lit. E.* ubi primò
adducit fundamenta, quibus probat non dari litis conteſtationem
affirmativam, poſtea ordine reſpondet ad argumenta Gœddei. †
12 Plura de litis conteſtatione, & quidem de ejus cauſis videantur a-
pud *Joan. Oldendorp. d. loc.* de effectis verò apud *Mamnt. d. membr.
10. n. 15. & Everhard. Speckhan. cent. 2. claſſ. 4. q. 16.* quibus addatur
*Obrechti tractatus d. litis conteſtatione, & Iliconis Ummii diſp. ad
proceſſum judiciarium duodecima.*

Ut Lite non conteſtata non procedatur ad Teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam.

Titulus VI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Argumentum tituli. 2.
Lite non conteſtatâ neque teſtes recipi neque ſententia ferri debet. 3.
Ratio. 4.
Ampliatur. 5. 6. *& remiſſivè.* 7.
Exceptio, remiſſivè. 8.

1 IN *Titulo præced.* egit compilator Decretalium de litis conteſta-
tione, quia verò plerumque lite non conteſtatâ petuntur teſtes
recipi, vel de facto recipiuntur, vel fertur ſententia definitiva & du-
2 bitatur quid juris eſſet, ideò deciditur hoc *in præſenti Titulo.* †
3 Ubi proponitur regula, & regulæ exceptio. † Regula eſt,
quod

quòd lite non conteſtatâ, neque teſtes recipi debeant, neque etiam ferri ſententia definitiva. † Ratio hujus regulæ illa eſt, quia 4
litem præcedere oportet teſtium receptionem, aut ſententiam definitivam. Etenim teſtes litibus adhibentur, & ſententia quoque fertur litium dirimendarum cauſa. Ante litis autem conteſtationem nulla eſt lis, quia ea eſt exordium litis, & fundamentum cauſæ. Ubi autem deeſt fundamentum nihil poteſt ſuperædificari *cap. Veniens 3. verſ. cumq́; ſuper ordinibus d. presbytero non baptizato. Cujac. hîc & Johan. Baptiſta Vivian. in ration. juris Pontificii ad cap. quoniam 5. h. t.* † Quæ regula etiam procedit, cùm agitur de 5
adulterio ad ſeparationem thori, & ita de re non favorabili, ſed odioſa, quo caſu lite non conteſtatâ non proceditur ad ſententiam definitivam *cap. 1. h. t.* † Sic etiam in cauſa reſtitutionis con- 6
tra contumacem, lite non conteſtatâ, ſententia proferri non poteſt *cap. antecedens 2. h. t.* † Plures caſus recenſentur *in cap. Tuæ* 7
fraternitatis 3. & in cap. accedens 4. eod. tit. in quibus prædicta regula locum habet. † Ab hâc autem regulâ aliquot caſus ex- 8
cipiuntur, in quibus lite non conteſtatâ teſtes propter ſpecialem rationem recipiuntur, qui proponuntur *in c. quoniam 5. h. n. t.* quod *Abb. Gloſſ.* & cæteri *Canoniſtæ* latè explicant.

Notabilia.

1. Ordo judiciarius in controverſiis eſt obſervandus *cap. 1. verſ. Conſultationi veſtræ &c.*

2. In crimine adulterii ad ſeparationem conjugii non ad conjunctionem tenditur *d. cap. 1. verſ. quia tamen.*

3. In matrimonialibus cauſis non tàm ad disjungendum, quàm ad conjungendum debemus exiſtere promtiores *cap. accedens 4. verſ. ſed qui & lite &c.*

4. Opera danda eſt, ne veritas occultetur & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur *cap. quoniam 5. pr.*

5. Eccleſia propter longam moram in ſpiritualibus & temporalibus non debet pati læſionem *d. cap. quoniam 5. verſ. Porrò ſpeciales cauſæ &c.*

Digitized by Google

6. In conjugio caſus multi occurrunt, in quibus conjuges ſine culpa, ſed non ſine cauſa continere coguntur *d. c. 5. verſ. ſi autem de carnali conjugio &c.*

De
Juramento Calumniæ.
Titulus VII.
Summaria.

Juramenti calumniæ neceſsitas. 1.
Etymon. 2.
Eſt de calumniâ vitandâ. 3.
Ejus capita. 4. *Definitio.* 5. *Species.* 6.
Mores Saxoniæ. 7.
Argumentum tituli. 8.
Clerici in cauſis Eccleſiæ ſuæ non cogendi per ſe juram. calumn. præſtare. 9.
Niſi permiſſu ſuperioris. 10.
Poſſunt tamen alteri committere. 11.
Limitatio. 12.
De reliquis perſonis jurantibus, remisſivè. 13.
Locum habet hoc jur. in omnibus cauſis. 14. 15.
Exceptio. 16. *Ubi explic. c. 2. h. t.*
Quod hodie mutatum. 17.
Poſt L. C. debet jurari. 18.
Et in quâlibet parte litis. 19.
Etiam in ſecundâ demum inſtantiâ. 20.
Plura, remisſivè. 21.
Pœna recuſantis. 22.

a QUia ſæpè contingit, ut tàm actor, quàm reus pro colorandâ ſuâ cujusque intentione falſis allegationibus utantur; ante omnia ab iis exigenda erit præſtatio juramenti calumniæ, ut via præclu-

cludatur calumniis *cap. 1. in f. h. t. in 6. Wilhelm Smuck. in Synopſi juris Canonici.* † Hoc autem juramentum calumniæ à calvo 2
ſeu calvor, quod fruſtror & decipio ſignificat, dictum. † Non 3
eſt de calumniâ committendâ, ſed vitandâ, quamvis hodie litigatores potius jurent de calumniâ committendâ quàm vitandâ *teſte Roberto Marantâ part. 6. tit. de Juramento n. 11.* qui *Bl.* allegat †
Hujus juramenti capita hæc ſunt: 4

Illud juretur, quod lis ſibi juſta videtur
Et ſi quæretur, verum non inficietur.
Nil promittetur, nec falſa probatio detur
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Quos verſus allegat *Gloſſ. ad cap. 1. n. tit. in verbis: Calumniæ juramentum.*

† Definitur autem juramentum *calumniæ*, quod ſit juramentum, 5
quo litigatores jurant, ſe non calumniandi animo, ſed juris ſui opinione & fiduciâ fretos, bonâ fide & conſcientiâ, cauſam ſuam, quam ſe bonam fovere putant, perſecuturos *Cujac. in rr. C. de jurejurando propter calumn. dando.* † Faciunt autem Dd. duplex 6
juramentum calumniæ, unum generale ſeu univerſale, alterum ſpeciale, ſeu particulare. Illud præſtatur ſtatim poſt litem conteſtatam ſuper totâ causâ ab actore & reo; hoc verò ſuper certo actu tantùm, tradente *Br. ad l. cum & judices 2. n. 17. C. d. t.* † In 7
foro verò Saxonico juramentum calumniæ univerſale locum non habet, ſed tantùm ſpeciale, & ita etiam uſus obſervat. *Joachimus à Beuſt. ad rubr. tit. d. jurejurand. ſive voluntario ſive neceſſario, ſive judiciali n. 181.* †. Quatuor autem occurrunt *in h. n. titulo* de 8
quibus breviter videndum erit. † Quorum 1. eſt de perſonis. 9
Ubi ſciendum eſt Clericos in cauſa Eccleſiæ ſuæ non cogendos eſſe per ſe juramentum calumniæ præſtare *cap. 1. h. t.* Ratio eſt, quia Clerici Eccleſiaſticis regulis & canone à beatiſſimis Epiſcopis antiquitùs inſtituto jurare prohibentur *l. cum clericis 25. §. memorati 1. in fin. C. d. Epiſcop. & Cleric.* Et ita in nonnullis Patrum canonibus deciſum reperitur, ut clerici omninò jurare non audeant. *d. cap. 1. & can. In novo 3. Cauſa 22. q. 1.* Unde etiam de calumnia jurare non debent. Turpe enim videtur hos in calumniæ ſuſpicionem vocare,

cum

cùm ob religionis & pietatis profeſſionem ab ea longiſſimè abeſſe putentur *Georg. Obrecht. tract. d. juram. calumn. C. 5. n. 14. & cap.*
10 *8. n. 14.* † Si tamen ſuperioris acceſſit permiſſio, poterunt
11 Clerici jurare *d. cap. 1. verſ. verùm cum hâc moderatione.* † Diximus, quod per ſe non cogantur jurare, quia alteri poſſunt juramentum calumniæ committere, ſi hoc Eccleſiæ expediat. *d. cap. 1. verſ. Nos itaque ibi. ſed aliis idoneis defenſoribus, ſi expedire Eccleſiæ*
12 *ſuæ noverit, hujuſmodi officium liceat delegare.* † Et hoc procedit, quando cauſâ Eccleſiæ peragitur: ſecus eſt in propriis cauſis, quia tunc Clerici hujuſmodi privilegio minimè gaudere noſcuntur, ſed jurant de calumniâ, conſuetudine, quæ legi contraria eſt non obſtante. *cap. Caterum 5. h. n. t.* Rationem reddit illam *Vivianus in ration. jur. Pontific. ad d. cap. Caterum*, quòd in propriis cauſis clerici præſumantur melius informati, quàm in cauſis Eccleſia-
13 rum, quæ per extraneorum ſucceſſiones variantur. † De reliquis verò perſonis, quæ vel per ſe vel per alium jurant de calumniâ, tractatur in *cap. In pertractandis 3. C. Imperatorum 4. cap. cum cauſam 6. & cap. ult. in pr. h. n. t. ab Obrechto in cap. 7. d. tract.*
14 *& Speckhan. cent. 2. claſſis 4. q. 22. 23. & 24.* † Alterum eſt de cauſis, in quibus juramentum de calumniâ locum habet. Habet
15 autem locum in omnibus cauſis *l. 1. in pr. C. h. t.* † Et ita etiam in criminalibus *d. cap. 1. verſ. Nos itaque, ibique gloſſ. voc. Cri-*
16 *minali. & Abb. n. 12.* † Non tamen in ſpiritualibus *cap. libertas 2. h. t.* ubi ſcribitur, quod Rom. Eccleſia in his caſibus in quibus de Eccleſiis, & decimis, & rebus ſpiritualibus agitur, juramentum calumniæ nec dare nec recipere conſuevit: eò quòd tales cauſæ non ex legum diſtinctione, ſed ex canonum æquitate finem debitum ſortiuntur. Canones autem juramentum calumniæ in hujuſmodi cauſis nulli prorſus inducunt. Ratio autem cur illud non fiat, illa videtur eſſe, quia in hujuſmodi cauſis homines præſumuntur magis Deum habere præ oculis & in memoriâ, & ita non calumniari velle. *Gloſſ. ad cap. 1. voc juramentum h. t. in. 6. & Canon. ad d. cap.*
17 *libertas 2.* † Hoc tamen eſt hodiè mutatum à Bonifacio 8. Pontifice in *d. cap. 1. verſ. ult.* quia ex experientia patefecit, quod hominum creſcente malitiâ, etiam in cauſis ſpiritualibus litigantes

fre-

frequenter calumniabantur. † Tertium concernit tempus, 18
quo præſtandum ſit juramentum calumniæ. Scribitur autem *in princ. d. cap. 1. h. n. t.* quod omnes principales perſonæ in primo litis exordio debeant ſubire juramentum calumniæ *l. cum & judices 2. §. ult. ibique gloſſ. & Dd. C. h. t.* h. e. poſt litis conteſtationem, quia tunc demum judicium incipit *Novell. d. Litigioſis & de decimâ parte litis & c. 112. cap. 1.* † Si autem de calumniâ in pri- 19
mo litis exordio non juretur, ut debet, poterit poſtmodum in qualibet parte litis jurari: cum hujusmodi juramenta præſtari ab initio de ſubſtantiâ ordinis judiciarii non exiſtat. *cap. 1. princ. h. n. t. in 6.*
† Et addit *Joachimus à Beuſt. d. loc. n. 191.* quòd qui juramentum 20
hoc in primâ inſtantiâ non petiit, ſi à ſententiâ appellavit, poſſit id petere in ſecundâ inſtantiâ, & ſic in proſecutione appellationis. Et dicit, ſe ita vidiſſe pronunciari. † Plura hâc de re videantur 21
apud *Obrecht. d. tract. cap. 9. n. 2. & ſeqq.* † Ultimum eſt de 22
pœnâ recuſantis hoc jusjurandum. Scribitur autem *in cap. ult §. ult. h. t.* quod pœna recuſantis hoc juramentum, cùm præſtandum fuerit, ſit, ut actor ab inſtitutâ cadat actione, reus autem haberi debeat pro confeſſo. Quod deſumtum eſt *ex d. l cum & judices 2. §. quod ſi actor 6. & §. ſi autem reus 7. C. d. jurejur. propter calumn. dand.* Hoc autem non fit ipſo jure, ſed per ſententiam *auth. principales. §. ſi quis autem litigantium. C. d. t. Gloſſ. ad d. cap. ult. §. ult. in verbis: pœna verò & ibi Abb. n. 11.*

Notabilia.

1. Graviores quæſtiones per ſummum Pontificem ſunt terminandæ *cap. 1. in pr.*

2. Canones Patrum vim legum habent *d. cap. 1. verſ. Nam cum Imperator &c.*

3. Novis morbis, nova convenit antidota præparari *cap. Cæterum 5.*

De Dilationibus.
Titulus VIII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Dilatio quid? 2. *Terminus unde?* 3.
Ejus adſignatio. 4.
Defin. Expl. 5.
Dilationum diviſio. 6.
Subdiviſio. 7. *Rejicitur.* 8. *Melior adfertur.* 9.
Dilatio probatoria ſemper intelligitur peremtoria. 10.
Ubi & quoties detur? 11. *&* 13. *ubi except.*
An etiam in adulterio? 12.
Semper eſt communis utrique parti. 14.
Plura remiſſivè. 15.
Summa & explicatio c. 1. h. t. 16.
Summa c. 2. h. t. 17.
Cap. 3. eod. 18.
Explic. c. ult. eod. 19.

1 COmpilator Decretalium ideò hoc loco rectè præpoſuit *Titulũ de Dilationibus*, quia factâ litis conteſtatione, & præſtito calumniæ juramento, judex procedit ordine ſucceſſivo ad rationem termini probatorii, ubi litigantes ſolent inducias ſeu dilationes petere interdum ad poſitiones, interdum ad probationes faciendas *Gloſſ. ad h. rubr. & Maranta part. 6. tit. d. dilatione n. 1.* †

2 Dilatio definitur à *Weſenb. in Comm. ad tit. π. d. feriis & dilationibus, & diverſis temporibus n. 9.* quòd ſit aſſignatio certæ diei, ſeu termini, quo cauſam tractari oportet, cum juſto temporis intervallo facta; aut, *ut alii definiunt*, eſt diei per judicem pro tribunali ſedentem cum cauſæ cognitione, ad aliquid expediendum facta adſigna-

ſignatio. † Dies autem qui aſſignatur, appellatur etiam terminus *in cap. 1. & aliis in locis h. t. n.* Cujus ſignificationis in veteri jure non ita fit mentio, ſed jus Pontificium, & uſus fori eam vocem ceu nuperam nobis obtrudunt. *Joan. Ferrarius d. Judiciorum praeexercitamentis lib. 3. c. 5. mihi pag. 199.* † Illa autem dies adſignatur per judicem pro tribuanli ſedentem *l. 1. & l. à praecedente 4. ibique gloſſa C. d. dilation. Speculat. d. Dilationibus §. nunc videamus, in princ.* & quidem cum cauſæ cognitione *d. l. 4.* † Denique dicitur in definitione, ad aliquid expediendum, quia omnis dilatio conceditur cum in finem, ut aliquid expediatur. † Solent autem dilationes variè dividi. Quidam faciunt alias judiciales, & alias extrajudiciales. † Judicialium affert multas ſpecies *Speculator. d. dilationib. in pr.* † Quas ideò reſpuit *Gipban. in comment. d. Diviſionib. jur. th. 153.* quia dilationes confundit *Specul.* cum feriis, quæ tamen in jure diſtinguuntur, & quia omnia fere tempora diverſis rebus & negotiis in jure attributa vocat dilationes, cùm judiciales probationum fere cauſâ dentur † Rectius dicitur dilationem judicialem aliam eſſe citatoriam, aliam deliberatoriam, & aliam probatoriam. *Citatoria* eſt, cum præfigitur citato certum tempus ad comparendum. *Deliberatoria*, quando oblato libello datur dilatio ad deliberandum ſuper petitis in libello. *Procumtoria* eſt dilatio, quæ propter probationem conceditur. *Abb. ad cap. 1. n. 15. h. n. tit.* † Qui *n. 16.* dicit, dilationem probatoriam ſemper intelligi peremtoriam, quod etiam vult *Marant. d. loc. n. 2.* ubi allegat *Alex. & Dd. comm.* † Hinc inferri ſolet, dilationem probatoriam non dari poſſe, niſi ſemel, quod procedit in cauſis pecuniariis, in criminalibus verò cauſis dantur duæ dilationes accuſatori, & tres reo *l. fin. d feriis & dilation.* quia rei favorabiliores habentur, quam Actores *l. favorabiliores 125. d. R. J.* Et humanitas poſtulat, ut in capitalib. cauſis mitiùs agatur propter periculum capitis, quod reis imminet. † A criminalibus autem cauſis excipitur crimen adulterii, in quo nulla dicitur dilatio dari *l. in crimine 41. ad L. Jul. d. adult.* quod etiam ait *Paulus lib. 2. ſentent. tit. 28 §. ult.* Ratio eſt, quia in hoc crimine multa ſingularia partim favore matrimonii, partim odii adulterorũ, par-

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

tim denique ob criminis qualitatem ſunt recepta, quod non ita eſt in aliis criminibus capitalibus *Donell. lib. 24. Comm. jur. Civil. c. 6. vid. Cynus ad l. 1. C. d. dilat. & Pacius. cent. 1.* Εναντ. *q. 85.* qui ali-
13 ter reſpondent. † Quod verò diximus in cauſis pecuniariis, unam tantùm dilationem dari, hoc regulariter procedit qui à causâ cognitâ iterum danda eſt *l. omtione 7. & l. ult. d. Fer. & dilat. Pac. d. cent. 1. q. 83.* & quidem propter caſum *arg. l. 2. §. ſi quis 3. Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemp. l. ſi quis 6. §. ult. cum l. ſeq. in pr. d. Edend. & l. interdum 36. pr. d. judic. & ubi quisque ag. vel conven. debeat* propter juſtam ignorantiam *d. l. omtione 7. junct. l. qui in alterius 42. d. R. J.* & propter juſtum dolorem *d. l. interdum 36.* Quæ omnia latè explicat *Donell. d. cap. 6.*
14 † Quibus & hoc eſt addendum, quòd dilatio probatoria ſemper ſit communis utrique parti *Marant. d. loc. n. 18. qui Bl. allegat ad l. petenda 6. C. d. temporibus in integrum reſtitutionis & c. & Felin.*
15 *in cap. prudentiam 2. d. mutuis petitionibus.* † Reliqua quæ pertinent ad materiam dilationum peti poterunt ex authoribus allegatis & noſtro Titulo , cujus capitula breviter percurremus.
16 † Hoc autem vult *capit. 1.* quòd dilatio citatoria, cum peremtoria non debeat eſſe nimis brevis, maximè ubi de rebus Eccleſiaſticis agitur, niſi neceſſitas aliud requirat. Quamvis enim dilationes ſint amputandæ *l. 2. pr. C. de temporibus & reparationibus appellationum.* tamen terminus earum non debet eſſe nimis brevis *d. cap. 1.* quia dari ſolent dilationes, ut intra eas quis poſſit commodè adimplere id, ad quod citatur *Can. de Inductis 2. cauſa 3. q. 3.* quia verò non exprimitur, quis terminus dicatur nimis brevis, ideò arbitrio judicis hoc relinquitur, qui inſpectâ qualitate negotii & locorum diſtantiâ terminum juſtum ſtatuet *cap. cùm ſit Romana 5. in pr. d. Appellat. recuſat. & relationib. & l. 1. §. ult. de jur. deliber. gloſ. ad d. cap. 1. in verbis: nimis brevem, ibique Abbas n. 7.* Ideò autem dictum eſt, hoc maximè locum habere, quando de rebus Eccleſiaſticis agitur, quia res Eccleſiaſticæ ſunt favorabiles *l. ſunt perſonæ 43. in f. d. religioſ. & ſumt. fun.* additum verò eſt niſi neceſſitas aliud requirat *d. cap. 1. ibi: niſi fortè neceſſitate urgente.* Diſcretus enim judex in aſſignatione peremtorii non debet juriſdictionem ſuam,

ſuam. (niſi neceſſitas exigat) adeò coarctare *cap. conſuluit 24. d. offic. & poteſt. judic. delegat.* Ideò autem caſus neceſſitatis excipitur, quia neceſſitas non habet legem *cap. diſcipulos 26. d. Conſecrat. diſt. 5.* Et quod non eſt lege licitum, neceſſitas facit licitum. *c. quod non eſt 4. d. Regul. jur.* † Summa verò *cap. preterea 2. h. t.* 17
hæc eſt, quòd induciæ deliberatoriæ ſint denegandæ reo, ſi per literas citatorias plenè potuit inſtrui, & deliberare ſecum ſuper eo, de quo quæritur. Ratio eſt, quia nulla cauſa occurrit, cur debeant hoc caſu induciæ deliberatoriæ reo ulterius concedi. Ubi autem nulla cauſa ſubeſt, dilationes ſunt amputandæ, non concedendæ *l. 1. C. d. dilat.* Et tradit *Br. & Salicetus in l. reſcriptum 10. d. Pactis,* quòd etiam dilatio in modico lædat creditorem, quos refert & ſequitur *Vincent. d. Franchis deciſ. 281. n. 1.* † Et hæc 18
ratio etiam locum habet *in cap. litera 3. h. t.* ejus ſumma eſt, quod propter declarationem verbi generalis vel ambigui in libello reperti non ſint novæ induciæ dandæ, ſi ex aliis verbis libelli poſſit reus certior fieri, utrum cedere vel contendere debeat. † Si ta- 19
men reus citatus in cauſâ arduâ de longinquo vocatur pro publicâ utilitate ad locum judicii, ita quod intra terminum Citationis deliberare, & alia ſibi neceſſaria ad comparendum explicare non potuit, in termino reſpondere non cogitur ſi reperiatur in judicio, ſed ei dandæ ſunt novæ induciæ ad deliberandum. Et hic eſt ſenſus *cap. ult. h. n. t.* Ratio eſt, quia, cum locus judicii ſit valdè diſtans, non debet reus nudus comparere, ſed inſtructus, & ſi ſupervenit impedimentum tollens facultatem deliberandi cum aliis, nova danda eſt dilatio *Abb. ad d. cap. ult. n. 6.*

De Feriis.
Titulus IX.

SUMMARIA.

Cont. tit. 1.
Feriæ unde? 2. *& quid?* 3.
Quotuplices ſecundùm alios? 4. *Autoris ſentent.* 5.

Solennes quæ & quotuplices? 6.
Profanarum diviſio & ſubdiviſio. 7.
Feriæ ruſtica. 8. *Sementina.* 9.
Nundinæ. 10. *Repentinæ.* 11.
Ferias condere eſt ſolius Principis. 12.
An etiam Magiſtratuum? 13.
Dubio ſatisfit. 14.
De computatione feriarum. 15.
Sacrarum. 17. *Profanarum.* 17.
Judiciis ſolùm feriæ ſunt ſervandæ. 18.
De renunciatione feriarum diſt. 19.
Feriæ dant vacationem à laboribus. 20.
Exceptiones 21. 22. 23. 24. 25. (ubi de agricolis) 26. 27. (ubi de Scholaribus & Studioſis, de quib. tamen vid. n. 28.)
Citatio facta die feſto, ut citatus die non feriato compareat, non valet. 29. 30.
Probatur. 31. *ſeqq.*
Objectionibus reſpondetur. 34. 35.

1 QUia feriæ magnam habent cognationem cum dilationibus, & feriis quoque judicia & jura differuntur *l. omnes dies 7. C. de Feriis*, ideò poſt Titulum de dilationibus ſequitur *hic Titulus*. Ob quam etiam cauſam in Codice poſt Titulum de Dilationibus continuè ſubjicitur *Titulus de Feriis*. In pandectis verò de utriſque agi-
2 tur in uno titulo. † Feriæ dictæ quaſi foeriæ, quod præſtant vacationem ab his, quæ in foro ſolent agi, vel à feriendis hoſtibus *Feſtus lib. 6. Dambouder. in praxis civilis cap. 119. n. 3.* vel denique ab epulis ferendis, quia in iis epulæ fiebant ex pecorum frugumque pro
3 ventibus. *Perott. Cornucop. pag. 26. n. 29.* † Sunt dies ab actibus judicialib. vacui *l. pridie 5. d. Feriis & dilat. l. omnes 7. & l. ult. C. d. Feriis cap. 1. & cap. ult. h. t. n. Vult. lib. 2. jurispr. Roman. c. 30.*

c. 30. n. 40. † Et ſolent variè dividi. *Macrob. lib. 1. Saturnal.* 4
c. 16. feriarum publicarum refert quatuor genera. *Aut enim*, ait, *ſta-*
tivæ ſunt, aut conceptivæ, aut imperativæ, aut nundinæ, de quibus
videatur *Johan. Roſin. lib. 4. antiquit. Romanar. c. 3. & Sich. ad l. 3.*
n. 8. C. d. dilation. Speculator verò d. feriis §. *1. n. 2. & ſeqq.* dividit
ferias in ſolennes, repentinas, & indictas ſive publicas, ſeu ruſticas.
† Nos ſequimur *Weſenb. in π. ff. d. Feriis & dilationib. n. 4. &* 5
Donell. lib. 24. Com. jur. Civil. c. 7. qui dividunt ferias in ordinari-
as, ſeu ſolennes, & repentinas ſeu extraordinarias *l. ſed etſi 26. §. ſi*
feria 7. Ex quibus cauſis major 25. ann. in integr. & l. ſive pars 3. C.
de dilation. † Feriæ ſolennes ſunt legibus definitæ, ut quot- 6
annis recurrant, & peræquè ſemper ſerventur: ex quo etiam appel-
lantur ordinariæ *Vult. d. loc. n. 41.* Hæ autem ſubdividuntur in ſa-
cras & profanas. Sacræ dicuntur, quæ ob cultum divinum inſtitutæ
ſunt, de quibus agitur *l. ut in die 2. l. quadraginta 6. & legib. duab.*
ſeqq. l. ult. C. de feriis & h. n. t. † Profanæ feriæ diſpeſcun- 7
tur in honorarias, & neceſſarias. Illæ ſunt, quæ ob memoriam ali-
cujus facti celebrandam inſtituuntur, ut ſunt dies, qui vel lucis au-
ſpicium, vel imperii ortum. Principi obtulerunt *l. omnes 7. verſ.*
noſtris etiam diebus & d. l. ult. verſ. Et ſi in noſtrum ortum C. d. Fer.
Hæ verò iterum ſunt vel ruſticæ vel nundinæ. † Ruſticæ ſunt 8
vel cereales, vel vindemiales *l. 1. h. t. & d. l. omnes 7. pr.* Illæ incipi-
unt à die octavo Kalendarum Julii, & durant usque ad Kalendas
Auguſti. Hæ verò à decimo Kalendarum Septembris usque in I-
dus Octobris conceduntur *d. l. ut in die 2.* † Huc etiam refert 9
gloſſa in l. 1. C. de Agricol. & cenſit. lib. 11. ferias ſementinas, quibus
frumenta ſulcis mandantur, quam ſequitur *Jaſ. ad l. 1. n. 1. & ibi*
Petr. Caſtal. n. 9. h. t. † Nundinæ feriæ ſunt publicorum 10
mercatuum, qui autoritate principis exercentur, ut ſunt nundinæ
Francofurtenſes, Lipſienſes, Naumburgenſes, de quibus feriis agi-
tur *in tit. D. & C. de nundinis.* † Feriæ denique repentinæ ſeu 11
extraordinariæ aut temporales ſunt, quæ pro re natâ temporis tan-
tùm cauſâ indicuntur à principe, extra conſuetum ordinem & mo-
rem, veluti ob rem à principe proſperè geſtam, vel in honorem
principis *d. l. ſed. etſi 20. §. ſi feria 7.* † Poteſt autem ferias 12
con-

13 condere ſolus princeps *l. à nullo 4. C. de Feriis.* † Reliqui verò Magiſtratus & judices non poſſunt novas ferias inſtituere, ſed ſtatutas antiquitus ferias indicere, & ex conſuetudine cujusq; loci moderari *l. præſides 4. d. Feriis & dilat. & l. ſi in aliam 7. pr. d. offic. Proconſ. & Legat.* h. e. quandoque tardiùs, quandoque citiùs eas indicere, ne commodum cæleſti munere datum, temporis ratione non habitâ pereat. Aliæ enim regiones aliud ingenium ſoli habent, nec omnia eâdem tellure pari ubertate & velocitate progenerantur *Franciſ. Polletus lib. 1. Hiſtoriæ fori Romani C. 8. & Specul. de Fe-*
14 *riis §. feriarum ergò n. 6.* † Quibus non adverſatur *d. l. ut in die 2.* quæ meſſibus & vindemiis certum præfinit tempus. Quidam enim putant. *d. l. 2.* eſſe ſubdititiam, quia eam nec libri veteres, nec Græci agnoſcunt, teſte *Cujac. in Comm. d. diverſ. tempor. præſcriptionibus c. 13.* alii verò reſpondent *d. l. 2. eſſe reſcriptam ad preces* Viceni Conſultoris, qui forte ejus regionis incola fuit, cujus cælo id tempus, quod ibi meſſibus & vindemiis præfinitum eſt, conveniebat. Nam pleraque reſcripta Impp. quæ in Codice extant, non continent generales definitiones juris, ſed ſolùm ſunt reſcriptiones ad ſpeciem propoſitam. Nos dicimus, regulam ex regionum & provinciarum Imperii crebriore uſu collectam, proponi in *d. l. 2.* Ab illâ autem cujusque loci conſuetudinem excipi *d. l. præſides 4. & d. l. ſi in ali-*
15 *am 7.* † De computatione verò feriarum tenendum eſt, ali-
16 ter computari ferias ſacras, aliter ferias profanas. † Illæ computantur de veſperâ in veſperam, *Exod. 12. cap. verſ. 18. Leviticor. cap. 23. verſ. 5. cap. 1. h. n. t. & cap. 1. d. Conſecrat. diſt. 2. Didac. Covarruv. lib. 4. variar. reſolut. c. 19. n. 9.* niſi tamen loci & provinciæ conſuetudo aliud introduxerit *cap. quoniam 2. ibique Cujac. h. n. t.*
17 † Hæ verò incipiunt à mediâ nocte, & ſequentis noctis mediâ parte finiuntur *arg. l. more 8. d. feriis & dilation. Weſenb. in Comm. ad Tit. C. de Feriis n. 25. vid. Alciat. & Gœdd. ad l. 2. §. 1. d. V. S. & Pac.*
18 *cent. 1. Εναντ. q. 8.* † Et quia ſæpè accidit, ut propter diverſitatem locorum diſcrepent feriæ, diſputari ſolet, utrum Actoris an rei, an denique judicis feriæ ſint ſervandæ. Nos autem putamus judicis ferias eſſe ſervandas, quia feriæ ſapiunt ordinem proceſsûs, & intelliguntur litigantes ſe adſtrinxiſſe ad conſuetudinem in provin-
ciâ

Digitized by Google

ciâ judicantis exiſtentem, quoad ordinationem cauſæ & proceſſus
arg. l. teſtium 3. §. ult d. Teſtib. l. 1. §. in honorariis 10. de Extraordin.
cognit. & cap. cum veniſſent 3. de Eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei
ſervandæ vid. Matth. Coler. ad cap. 2. n. 32. d. Except. † Præ- 19
terea in renunciatione feriarum diſtinguimus inter ferias 1. quæ
ſunt introductæ vel in favorem hominum, vel in honorem Dei. Illis
feriis poſſumus renunciare *l. 1. pr. & §. 1. l. ſi feriatis 6. d. feriis &*
dilation. His non poſſumus *cap. ult. h. n. t. & l. omnes 7. C. eod. Tit.*
Jus enim publicum pactis privatorum mutari non poteſt *l. jus pu-*
blicum 38. & l. inter debitorem 42. d. Pact. Br. ad l. ſi feriatis 36. n.
2. d. Recept. qui arbitrium recep. Gail. lib. 1. obſ. cap. 53. n. 16. † 20
Denique ſciendum eſt, ferias à forenſibus & reliquis laboribus dare
regulariter vacationem *d. cap. ult. h. n. t. d. l. 1. l. pridie 5. l. ſi feria-*
tis, & l. Divus 9. d. feriis & dilat. l. 2. l. 3. l. 6. cum duab. ſeqq. & l.
ult. C. de feriis, ne vel cultus divinus, vel fructuum collectio, vel
neceſſariorum comparatio vel denique gaudium aut luctus impe-
diatur *Exod. cap. 12. verſ. 14. d. l. 1. pr. h. t. l. unic. C. de nundinis &*
mercationib. l. ſed et ſi 26. §. 7. Ex quibus cauſis major. † Excipi- 21
tur autem cauſa neceſſaria *d. cap. ult.* ſi videlicet res tempore peri-
tura, aut actionis dies exiturus ſit *l. ſolet 3. pr. h. t. l. Pomponius 13.*
§. pen. & l. ſi feriatis 36. de Recept. qui arbitr. recep. Tunc enim co-
gendus eſt reus in ipſis feriis ad prætorem venire, ut tantùm litem
conteſtetur *d. l. 1. §. ult.* † 2. Si Teſtes ſint ſenes, & valetu- 22
dinarii, tunc & hi poſſunt examinari tempore feriato, juxta *Bl. &*
Jas. in d. l. 1. §. ſed excipiuntur 2. † 3. Si debitor de fugâ ſu- 23
ſpectus ſit, poteſt per judicem capi, & cuſtodiæ tradi, tempore et-
iam feriato, quia periculum eſt in morâ *Gloſſ. in l. ult. voc. Fidejuſ-*
ſiones C. de Feriis & Br. in l. ait Prætor 10. §. ſi debitorem 16. Quæ in
fraudem Creditor. facta ſunt. † Et 4. Permittitur etiam die- 24
bus ſacris piſcatio ſeu captura halecum *cap. licet 3. h. n. t.* quia non
ſemper ſed certis temporibus maximè poſt æquinoctium autumni
halecum copiam mare agit in littus. Idem eſt de thynnis atque aliis
piſcibus, qui ſolo uno anni tempore, eodemque brevi capiuntur
Dom. Soto lib. 2. d. J. & J. q. 4. art. 4. † 5. Licet agricolis fa- 25
cere opus rureſtre die Dominico; quoniam frequenter evenit, ut

4. & *Henricus Zaſius ad h. n. 1. n. 14. & 15.* † Quibus & nos 31
adſtipulamur maximè propter *d. l. fin. §. 1. C. d. Feriis*, ubi ita generaliter reſcribunt Impp. Dominicam diem ita ſemper honorabilem decernimus & venerandam, ut à cunctis executionibus excuſetur: nulla quenquam urgeat admonitio, nulla fidejuſſionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio delitеſcat, ſit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox ſileſcat, &c. † De 32
inde non poteſt negari, quod citatio pertineat ad proceſſum, & ſit fundamentum judicii *§. ult. J. de pœnâ temerè litigant.* unde etiam *in cap. Quoniam 11. d. probat.* citationes referuntur ad acta judicii: proceſſus autem die feriato habitus, eſt nullius momenti *d. l. fin. & d. cap. ult.* † Præterea quamvis citatio non arctet 33
reum, ſtatim ut compareat, tamen arctat eum, ut hoc fiat in termino, afficitque citatum, & quodammodo eum provocat ad iram, & abſtrahit à contemplatione Dei. *Abb. ad d. cap. ult. n. 20.* † Ve- 34
rùm objici ſolet, quòd effectus maximè in una quaque re debeat conſiderari, qui in citatione eſt comparitio. Ea igitur cum rejecta ſit in diem non feriatum, citationi non videtur nocere. Ad quod argumentum reſpondemus in actibus judicialibus conſiderari rei principium *l. denique 3. §. ſcio 2. d. minor. 25. ann. & l. fin. C. qui legitimam perſonam ſtandi in judiciis habeant vel non.* Principium autem hoc loco vitioſum eſſe probavimus, quapropter nunquam ullo tempore effectus validus ex eo exiſtere poterit *l. quod ab initio 29. & l pen. d. R J.* † Deinde objicitur, operis novi nun- 35
ciationem etiam die feriato fieri poſſe *l. 1. §. item nunciatio 4. ibique Duar. d. novi oper. nunciat. Donell. lib. 15. Comm. jur. civ. c. 45.* Quæ objectio levis eſt, quia hoc ideò permittitur, ne partes ad arma & rixam procedant *l. ſi cujus 13. §. ſed ſi 3. d. uſufr. & quemadmodum quis utatur fruat.*

Notabilia.

1. Dies Dominici cum omni veneratione obſervari debent *cap. 1.*
2. In diebus Dominicis mercatus non debet fieri *d. cap. 1.*
3. Romana Eccleſia ſpeciale feſtum de Trinitate non a-

gnoſcit *cap. Quoniam 2. circa fin. ubi etiam ratio allegatur.*

4. Quocunque tempore matrimonium contrahitur, conſenſu interveniente legitimo de præſenti *cap. Capellanus 4. verſ. quia ergò &c.*

5. Illa ſententia eſt approbanda, quæ meliori & ſubtiliori utitur ratione *d. cap. 4.*

6. Non prorogari, ſed expediri decet quæſtiones *cap. ult. in princ.*

De
Ordine Cognitionum.
Titulus X.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
An priùs diſcutienda quæſtio conſanguinitatis quàm ſuper matrimonio pronuncietur? 2.
An ſpoliationis quæſtio omnium prima debeat tractari? 3. *Diſt. in c. 2. h.* 4.
Hereditatis petitio an ceſſet donec cauſa ſtatûs ac nativitatis ſit deciſa? 5. *Ubi expl. c. 3. h.*
Explic. c. ult. h. t. 6.
Spoliator ſpoliationem in modum exceptionis opponens ſpoliatum ab agendo repellit. 7.

1 QUia ſæpè duæ cauſæ vel quæſtiones in idem judicium veniunt vel deducuntur, quæritur, de quâ priùs cognoſcendum ſit, quod explicatur *in hoc Titulo 10.* ubi quatuor proponuntur quæſtiones, quæ à Pontifice Rom. deciduntur. † Prima autem
2 quæſtio eſt talis: Quædam mulier petebat quendam in virum, & inducebat teſtes ad probandã ſuam intentionem. Vir metuens ſibi fieri præjudicium per teſtes illos exceptionem conſanguinitatis objecit, per quam mulieris petitionem repellere intendebat. Quæſitum fuit, an prius diſcutienda eſſet quæſtio conſanguinitatis, quàm

Digitized by Google

quàm ſuper matrimonio pronuncietur? ad quam quæſtionem reſpondet Pontifex Clemens III. *in cap. 1. h. t.* quod cùm exceptione probatâ quæſtio principalis perimatur, ante cognoſcendum ſit de ipſâ, quàm ad definitionis articulum procedatur: quo facto, virum ab impetitione mulieris (prout expoſcit ratio juris) eſſe abſolvendum. Ratio cur prius de Exceptione ſit cognoſcendum, quàm de matrimonio, illa eſt, quia exceptio de conſanguinitate matrimonio fecit præjudicium. Hoc enim in prohibito gradu conſanguinitatis non tenet *cap. non debet 8. d. Conſanguinit. & affinitate.* † Secunda quæſtio, quæ proponitur *in cap. cùm dilectus filius 2. h. n. t.* eſt talis: Abbas de Ferentino conqueſtus fuit nomine monaſterii, quod quidam nobiles, Domini de Artone manu armatâ, & cum exercitu ad caſtrum monaſterii venerunt, illudq; ſpoliarũt, juſtitiamq; ſibi fieri poſtulavit. Prædicti verò nobiles excepe-runt, & quidem citra litis conteſtationẽ, ſe per Abbatis dolũ & violẽtiã caſtrum Sirati amiſiſſe, quod & progenitores eorũ tenuerant, & ipſi in quiete poſſederant; petieruntque ſibi illud priùs reſtitui, quàm petitionibus Abbatis reſponderent. Abbas autem replicavit, à ſe non poſſe dicti caſtri reſtitutionem peti, cùm ipſe non fuerit ſpoliator, & caſtrum illud ad ſuum monaſterium pertineat. 3

† Hæc eſt quæſtio *in d. cap. 2.* propoſita, cujus deciſio dependet ab illâ diſtinctione, utrum ſpoliationis quæſtio à nobilibus objecta ſit in modum actionis ad reſtitutionem petendam; an verò in formâ exceptionis ad intentionem adverſarii repellendam. Priore caſu dicit Pontifex utramque quæſtionem ſimul eſſe terminandam, & eam quæ prius fuit propoſita, prius debere tractari. Ideo autem utraque quæſtio ſimul eſt terminanda, quia hic intelliguntur mutuæ petitiones, quæ ſimul ſunt tractandæ *cap. 1. d. mutuu petitionib.* ut diximus in explicatione *d. t.* Cur autem quæſtio, quæ prius fuit propoſita, etiam prius debeat tractari, ratio adſignatur à Pontifice *in d. cap. 2. verſ. Cum ea in modum actionis &c.* Quando verò à nobilibus ſpoliationis quæſtio in modum tantùm exceptionis objecta eſt, tunc nobiles prius ſunt audiendi ſuper ipsâ exceptione, & ſi eam probaverint, non coguntur Abbati reſpondere, donec reſtituuntur ab ipſo *d. cap. 2. verſ. ſed quoniam quæſtio.* Ratio eſt, quia in favo- 4

rem ſpoliati, & in odium ſpoliantis ante reſtitutionem ſpoliatus ſpoliato reſpondere non cogitur *Vivianus ad d. cap. 2.*

5 † Tertia quæſtio moveri ſolet de hereditatis petitione, utrum ea ceſſet, donec cauſa ſtatus aut nativitatis deciſa ſit? Ad quam quæſtionem reſpondetur affirmativè *in cap. Tuam non credimus 3. h. n. t.* cujus ſumma eſt, quod petenti hereditatem obſtet exceptio nativitatis, quæ coram Eccleſiaſtico judice debet prius terminari. Ideò autem obſtat petenti hereditatem iſta exceptio, quia eſt præjudicialis. Cauſa enim ſucceſſionis ab inteſtato dependet à validitate matrimonii, & legitimitate prolis *cap. Labor præſentium 5. Qui filii ſint legitimi.* Ubi autem quæſtio eſt præjudicialis, de eâ ſolâ primo eſt cognoſcendum, antequam de principali cognoſcatur, quia eâ probatâ principalis quæſtio eſt peremta *l. 1. & l. ſi crimen 3. C. d. ordine cognitionum Gloſſ. ad d. c. 3. in verbis: dependentem ex illâ.* Ideò autem debet exceptio nativitatis à judice Eccleſiaſtico decidi, quia cauſa matrimonialis ſpectat ad judicem eccleſiaſticum, non ſolùm quando agitur inter ipſos conjuges, & diſputatur de validitate conjugii, ſed etiam quando principaliter agitur de legitimitate filiorum, cùm deciſio dependeat ex validitate matrimonii *d. cap. 3* Ratio eſt quia matrimonium eſt unum de ſeptem ſacramentis, & ideò de eo non poteſt Laicus, ſed Eccleſia judicare. *cap. debitum 5. d. bigamis non ordin.*

6 † Ultima quæſtio talis proponitur *in cap. ult. h. t.* Titius agens poſſeſſorio recuperandæ convenit Sejum, quòd ab eo fuerit ſpoliatus, petiitque ut ſibi reſtitueret res ablatas. Sejus autem ſpoliator reconveniebat Titium propter aliam ſpoliationem, unde quæritur, utrum Titius cogendus ſit reſpondere Sejo ſpoliatori ante reſtitutionem rerum ablatarum? Et reſpondetur quòd non, quia reſtitutionis petitio in hoc eſt privilegiata ut ipſam intentans non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatori reſpondere *h. n. cap.* Hinc illud vulgatum, & receptum inter omnes, ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum *cap. in literis 5. de Reſtitutione ſpoliator.*

7 † Annectit autem Pontifex *in fin. d. c. ult.* quòd ſpoliator, ſi ſpoliationem ſuam in modum Exceptionis oppoſuerit, ſpoliatum ab agendo repellat. Ratio eſt, quia natura Exceptionis eſt repellere actorem. Dicta enim eſt exceptio, quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni cu-

Digitized by Google

ni cujusque rei ſolet, ad excludendum id, quod in intentionem h.e. petitionem, condemnationemve deductum eſt. *l. exceptio 2. pr. d. Exceptionib. præſcription. & præjudiciis.* Hinc rectè ſcribit *Gloſſ. in d. cap. ult. voc. petentem*, quod ſpoliator, ſi excipiat de ſuâ ſpoliatione, actionem ſpoliati elidat, & ita remaneat conventio & reconventio inefficax.

NOTABILIA.

1. Mutuæ petitiones ſeſe tanquam diverſæ minimè contingunt. *cap. cùm dilectus 2. verſ. Cum ea in modum &c.*

2. Qui prior appellat, prior agat. Et quæ prius ſunt propoſita, prius debent tractari. *verſ. cum ea in modum.*

3. Spoliatori ſpoliatus ante reſtitutionem non cogitur ullatenus reſpondere *d. c. 2. verſ. ſed quoniam &c.*

4. Non debemus diverſis proceſſibus intricare negotium, & confuſione quadam judicii ordinem perturbare. *cap. Tuam 3.*

De Plus petitionibus.
Titulus XI.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Argumentum tituli. 2.
Quinque modis plus petitur. 3.
Pœna plus petentium quæ olim? 4.
Quæ hodiè plus petentium tempore? 5.
Induciæ quomodo duplicentur? 6. 7.
Quæ pœna plus petentium loco? 8. 9.
De plus petentib. re vel causâ. 10.
Quomodo pœnæ illæ evitentur? 11.

IN Titulo proximo præcedente egit compilator Decretalium de ordine cognitionum, verùm quia interdum excipitur actorem 1
plus

plus petere, & dubitari poſſet de ordine & modo procedendi, ideò
2 ſubjicit nunc *hunc Titulum. Abbas ad rubr. hanc.* † Duo autem proponuntur in iſto titulo, videlicet modi plus petendi, & pœ-
3 næ plus petentium. † Quatuor modis plus petitur, nimirum re, tempore, loco & cauſa, qui modi plus petendi comprehenduntur in hoc verſiculo:

Plus petitur causâ, vel tempore, reque locoque.

Et explicantur *in cap. unic. h. n. t. & §. ſi quis agens 33. verſ. Plus autē J. de actionibus*. Notandum autem eſt *in dd. textib.* omitti plus petitionem qualitate, quæ eſt, quando quis poſtulat ejusdem ſpeciei rem meliorem, quam Paulus tradit *lib. 1. recept. ſentent. tit. de Plus petendo 10.* qui viciſſim plus petitionem causâ omittit, *Ægid. Hortenſ. ad d. verſ. plus autem.* ubi *ex l. 2. C. Theodoſ. d. Calumn. & plus petit.* probat plus petitionem qualitate à plus petitione causâ
4 differre. † Quod verò pœnas plus petentium attinet, diſtinguenda ſunt ſunt tempora, jure enim antiquo cadebat cauſa, hoc eſt, rem amittebat, ſi quis agens intentione ſua plus complexus fuerat, quàm ad eum pertinebat: nec facilè in integrum reſtituebatur à Prætore, niſi minor erat viginti quinque annis. Huic enim ſicut in aliis cauſis causâ cognitâ ſuccurrebatur, ſi lapſus juventute ſeu juvenili temeritate fuerat. Ita & in hâc causâ ſuccurri
5 ſolitum erat: *Juſtin. in d. §. ſi quis 33. pr.* † Poſtea verò pœna hæc fuit correcta excepto caſu, qui proponitur *in l. ult. C. de de plus petitionib.* & in ejus locum aliæ ſtatutæ. Nam qui plus tempore hodiè petit, punitur in duplicatione induciarum ſeu temporis, ita quòd duplo plus, & diutius cogatur expectare, & nihilominus etiam expenſas ſolvere. Ita enim inter alia ſcribit Pontifex *in d. cap. unic. Ei verò à quo ampliùs tempore petitur, induciæ duplicantur, nec litem excipiet, niſi ei ſolvantur expenſæ.* Quod deſumtum eſt ex §. *temporales 10. verſ. Hodie autem Inſt. de Exception.* Ita enim ibi habent verba Imperatoris: *Hodiè autem non ita ſtrictè hoc procedere volumus: ſed eum, qui antè tempus pactionis vel obligationis, litem inferre auſus ſit: Zenonianæ conſtitutioni ſubjacere cenſemus, quam ſacratiſſimus Legiſlator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: & inducias, quas ipſe Actor ſponte indulſerit, vel quas*

Digitized by Google

quas natura actionis continet, ſi contempſerit, in duplum habeant ii, qui talem injuriam paſſi ſint: & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis antea acceperint: ut actores tali pœnâ perterriti, tempora litium doceantur obſervare. † Qualiter 6
autem duplicandæ ſint dilationes, quæritur, utrum duplicetur totum tempus, inchoando à tempore contractus, uſque ad diem ſolutionis, an verò quod ſupereſt à tempore petitionis, uſque ad diem ſolutionis, veluti: Habebat debitor annum ad ſolvendum, petiit autem Creditor decimo menſe, & ita per duos menſes ante terminum, quæritur an ſolùm duplicentur iſti duo menſes, an verò integer annus? Quòd integer annus duplicari debeat, volunt *Dd. comm. teſte Zaſio ad* §. *ſed hac n. 2. Inſt. d. action. Joanne Schneidw. ad d.* §. *ſi quis agens 33. verſ. ſed hac quidem. n. 3.* à quibus recedit *Br. ad l. juſtas 6. C. de Jure Fiſci lib. 10.* qui ſcribit, quod duplicatio tantùm fiat iſtorum duorum menſium, quem ſequuntur *Abbas hîc n. 14. Joannes Tavardus ad d.* §. *ſi quis agens 33. n. 3. Giphan. ad d.* §. *temporales 10. verſ. Hodie autem, & alii.* † Quamvis autem 7
horum opinio videatur æquior & humanior, tamen aliud videtur probari *in d.* §. *temporales 10. verſ. Hodie autem,* ubi expreſsè dicitur, quod inducias, quas ipſe Actor ſpontè indulſerit, vel quas natura actionis continet, ſi contempſerit, in duplum habeant ii, qui talem injuriam paſſi ſint. † Qui vero plus petit loco, condemna- 8
tur in expenſas, & in id, quod intereſt rei conventi. Ei enim utilitas adimitur, quam haberet, ſi ſtatuto loco ſolviſſet *h. n. cap. verſ. Qui autem plus loco &c. & d.* §. *ſi quis agens 33. verſ. loco plus petitur &c.* † Judex autem ex officio æſtimabit, quantum ſit æ- 9
quum & bonum, ſubveniendi debitori, & conſulendi ei, ut conſequatur utilitatem ademtam *vid. Zaſ. ad d.* §. *ſi quis agens verſ. loco enim 1. in fin.* ubi ait, materiam conventionis ad certum locum eſſe obſcuram, perplexam, & ſubtilem, ob quam etiam cauſam latè eam explicat. *in d. verſ.* † Denique quando plus petitur re vel 10
causâ, condemnatur actor in triplum, & in omne damnum, quod paſſus eſt reus *d.* §. *ſi quis agens 33. verſ. ſin autem quantitate ult. Joan. Tavardus d. loc. & Schneid. d. loc. ad verſ. ſed hac quidem. n. 6.*
† Poteſt tamen plus petens iſtas pœnas evitare, ſi eum pœnituerit 11

Repudiatur. 20.

Quid ſit probandi dominii facultatem ſubtrahere? 21.

Sola fama non probat. 22.

HIc quoque Titulus dependet à Titulo de ordine cognitionum, 1
quia ſæpè quæri ſolet, qualis ordo attribuendus ſit cum cauſa poſſeſſionis & proprietatis ab uno vel diverſis in judicium deducuntur. Hoc igitur in præſenti Titulo exponitur, qui octo habet capitula. Nos de præcipuis tantùm breviter videbimus. † Pri- 2
mum autem capitulum agit de judice in poſſeſſorio & petitorio ejusque officio. † Dicitur autem *primò*, quòd debeat eſſe 3
unus & idem judex in causâ poſſeſſionis & proprietatis *cap. 1. h. t.* ubi momenti voce intelligitur à Pontifice poſſeſſio *rubr. C. ſi de momentaneâ poſſeſſione fuit appell.* Cur autem momentum dicatur poſſeſſio, explicat *Gloſſa in d. cap. 1. voc. momenti.* Et quamvis poſſeſſio & proprietas ſint res diverſæ *l. ſi idem 7. C. d. Codicill.* & nihil commune habeat proprietas cum poſſeſſione, ut ſcribitur *in l. naturaliter 12. §. nihil 1. d. acquir. vel amitt. poſſ.* tamen quia habent ad invicem connexitatem aliquam, tam ratione ejusdem ſubjecti, quia utraque cauſa verſatur circa eandem rem, quàm ratione facilioris cognitionis, qui enim cognovit de poſſeſſione faciliùs diſcernere poteſt cauſam proprietatis *Gloſſ. hîc in verbis: ſub uno, & Abbas ad d. cap. 1. n. 3.* ideò ab uno judice rectè cognoſcuntur. Continentia enim cauſæ dividi non debet *cap. 1. de ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuum & l. nulli 10. C. de judic.* † Deinde 4
ſcribitur in *d. cap. 1. h. t.* quod judex contra inauditam partem non poſſit aliquid definire. Nam ſi ſecus fieret, adimeretur ei defenſio, quod fieri non poteſt, quia defenſio provenit à jure naturali. *Clem. Paſtoralis 2. verſ. Cæterum defectus d. ſentent. & re judic.* quod eſt immutabile, quia divina providentia eſt conſtitutum *§. pen. J. d. J. N. G. & C.* unde etiam rectè dicitur *in l. 1. pr. d. requirendis vel abſentibus damnandis, & l. abſentem 5. in pr. de pœn.* abſentes non debere damnari, cum inauditâ culpâ quenquam damnari, æquitatis ratio non patiatur. † Præterea hoc quoque ſpe- 5
ctat ad officium judicis, quòd ſi actum eſt poſſeſſorio & petitorio,

Digitized by Google

poſſit judex, receptis probationibus ſuper utroque, prius diſcutere
probationes ſuper poſſeſſorio, & illud terminare. *cap. ad ultimum
2. h. t. n. l. ordinarii 13. C. d. R. V. & l. incerti 3. C. d. Interdict.* u-
bi etiam affertur ratio, cur orta proprietatis & poſſeſſionis lite,
prius quæſtio poſſeſſionis decidenda ſit, ut ex hoc, ajunt ibi Impp.
Diocletianus & Maximianus, ordine facto de dominii diſceptatio-
ne probationes ab eo, qui de poſſeſſione victus eſt, exigantur. Ra-
tio rationis eſt, quia petitorium judicium procedere non poteſt,
niſi priùs conſtet de poſſeſſore. Civilis enim & naturalis ratio fa-
cit, ut alius poſſideat, & alius à poſſidente petat §. *retinenda 4. J. de*
6 *Interdict.* † Si autem utrumque judicium tàm petitorium,
quàm poſſeſſorium eſt decidendum, tum debet judex in modo ter-
minandi poſſeſſorium præferre petitorio; in exequendo verò pe-
titorium poſſeſſorio *cap. Cum dilectus 6. h. n. t.* Ratio eſt, quia
proprietas eſt longè nobilior, quàm poſſeſſio, & magis dignum
trahit ad ſe minus dignum *cap. quòd in dubiis 3. de Conſecrat. Ec-
7 cleſiæ vel altaris & cap. ſi Eccleſiam unic. d. t. in 6.* † Sequi-
tur *cap. cum Eccleſia 3. h. t. n.* in quo agitur de ſpoliato, qui egit
ſimul poſſeſſorio & petitorio, & quia poſſeſſionem atque ſpolia-
tionem, ſed non dominium ſeu proprietatem probavit, ideò is ob-
tinere dicitur in poſſeſſorio, ſuccumbere autem in petitorio. Ra-
tio cur obtineat in poſſeſſorio, illa eſt, quia probavit ſe poſſediſſe,
& ſpoliatum fuiſſe. Diximus autem *in titulo de ordine cognitio-
num*, quòd ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, ideò autem ſuc-
cumbit in petitorio, quia in eò agitur de dominio ejusque proba-
tione *l. exitus 35. in fin. d. acquir. vel amit. poſſ. & l. officium 9. d.
R. V.* Spoliatus autem illud non probavit, & actore non proban-
te reus abſolvitur *l. Actor. 23. C. d. probation.* Nec ſufficit, quòd
poſſeſſionem probavit, quia à poſſeſſione ad proprietatem non re-
ctè concludimus *l. naturaliter 12. §. 1. d. acquir. vel amitt. poſſeſ-
8 ſione.* † Nunc etiam videndum erit de difficili *capitulo Pa-
ſtoralis 5. h. t.* cujus ſumma eſt hæc, qui egit rei vindicatione, poteſt
pendente judicio ante cauſæ concluſionem, interdictum recupe-
randæ vel adipiſcendæ poſſeſſionis intentare. Poſt concluſionem
verò, & ante ſententiam, hoc non poteſt, niſi juſta ſubſit cauſa.

Spe-

Digitized by Google

Species autem facti talis ibi proponitur; Quidam ſpoliatus coram
Novionenſi Epiſcopo conquerebatur de violentiâ ſibi illatâ per
adverſarium, qui tamen non concludebat in poſſeſſorio, ſed pete-
bat ſibi ſimpliciter tanquam domino & proprietario prædia, quæ
detinebat conventus, reſtitui, & ita intentabat petitorium. Poſtea
pendente judicio hoc, & antequam concluderetur in causâ, vult
inſtituere judicium poſſeſſorium. Quia verò judex dubitabat, an
iſtam mutationem libelli admittere deberet, pro informatione
requirit ſententiam Pontificis, qui reſcribit, eum, qui ab initio in-
ſtituit judicium proprietatis, deinceps judicio poſſeſſorio, ſive
adipiſcendæ ſive recuperandæ poſſeſſionis, rectè experiri poſſe,
dummodo non ſit in cauſa concluſum; poſtquam autem conclu-
ſum eſt, non poſſe. Niſi tamen ſubſit juſta cauſa, quæ animum ju-
dicantis movere poſſit, ut etiam poſt renunciationem libelli mu-
tationem admittat. † Ideò autem reſcripſit Pontifex, quòd 9
qui primum inſtituit petitorium, deinde poſſit, pendente proprie-
tatis judicio, poſſeſſorio experiri, quia ſtatutum reperitur in jure
civili, eum, qui fundum vindicavit ab eo, cum quo interdicto unde
vi potuit experiri, pendente judicio, interdicto poſſit experiri, ut
apparet *ex l. cum fundum 18. §. eum qui 1. d. vi & vi armat.* Dici-
tur, *pendente judicio*, h. e. ad tempus ſuſpenſo judicio proprietatis.
Non enim hoc agitur, quòd cauſa petitorii in totum extinguatur,
ſed quòd ea interim ſuſpendatur, donec judicium de poſſeſſione
finem acceperit. Quo caſu recurritur ad deciſionem cauſæ pro-
prietatis *cap. ſignificaverunt 36. de teſtib. & atteſtation. Gloſs. hic in
voc. pendente*, ubi *Joannis* opinionem aliter ſentientis, rectè reji-
cit. † Ratio autem rationis in interdicto recuperandæ poſ- 10
ſeſſionis videtur eſſe odium ſpoliatoris, & favor ſpoliati, cujus ra-
tione admittitur hæc cumulatio poſſeſſorii cum petitorio, non
tantùm ab initio, verùm etiam ante concluſionem in causâ *Clem.
unic. d. cauſa poſſ. & propriet.* Ratio verò decidendi, quoad in-
terdictum adipiſcendæ poſſeſſionis, illa eſt, ut poſſeſſionis quæſtio-
ne deciſâ competentibus actionibus ex hoc ordine facto de do-
minii diſceptatione probationes ab eo, qui de poſſeſſione victus
eſt, exigantur *d. l. incerti 3. C. d. Interdict.* † Hæc autem 11

Digitized by Google

Pontificis ſententia procedit antequam renunciatum ſit, aut concluſum in proprietatis judicio primitus inſtituto. Nam quando renunciatum eſt vel concluſum, ut jam poſſit cauſa proprietatis definitivæ ſententiæ calculo definiri, causâ non decisâ poſſeſſorio non erit utendum *d. cap. paſtoralis verſ. ſi verò renunciatū fuerit &c.*
12 † Ubi innuit Pontifex, dum utitur voce, *vel*, ut & in præcedentibus voce, *aut*, renunciationem & cauſæ concluſionem eſſe actus diſtinctos, quia prædictæ voces ponuntur inter diverſa *l. aut facta 16 pr. d. pœnis & l. mortis 3. cum LL. duab. ſeqq. d. mortis causâ donat.* Quod etiam conſtat *ex cap. Quoniam 11. d. Probat.* ubi diſtinguitur inter renunciationes & concluſiones, dum quælibet vox per ſe po-
13 nitur *Specul. de renunciatione & concluſione n 3.* † Eſt autem renunciare palam profiteri, ſe nullis aliis probationibus & allegationibus uti velle, ſeque nihil aliud habere, quod in judicium afferat, ſuæ cauſæ muniendæ gratiâ. Concludere verò in cauſa eſt ipſam litem & cauſam cognitioni atque deciſioni judicis ſubmittere. *Ilico*
14 *Ummius, diſput. ad proceſſum judiciarium. 19. th. 1. n. 2.* † Alii autem ut *Innocent. & Joannes Andrea*, quos ſequitur *Abbas ad d. cap. Paſtoralis n. 7.* volunt, renunciationem eſſe, cum renunciatur probationibus facti: ut quia renuncians non vult aliud producere in illâ causâ. Concluſum verò propriè dici, cum ſic concluditur, quando ulterius nec de facto, nec de jure quicquam dicatur. †
15 Quamvis autem hæc duo inter ſe differant, ſi exactè loqui velimus, à pleriſque tamen practicis hodie concluſio cum renunciatione confunditur. Videatur *Andr. Gail. lib. 1. obſ. 107. n. 3.* ubi in causâ concluſum eſſe tradit, quando utrinque probationibus, & allegationibus renunciatur. Quod etiam olim voluit *Gofredus*, quem *d. loc. Abbas* allegat, *Vult. lib. 2. juriſpr. Roman. c 31. n. 44. & Cujac. ad d. cap. Paſtoralis 5.* ubi ſtultos appellat, qui inter renuncia-
16 tionem & concluſionem differentiam faciunt. † Excipit autem Pontifex *in d. cap. 5. verſ. aliis Poſſeſſoriis &c.* judicia poſſeſſoria, quæ vindicationem Dominii ſui natura præcedunt, & vult ea in ſuo robore durare, ubi videtur intelligere interdictum uti poſſidetis, & interdictum utrubi, quæ ſunt retinendæ poſſeſſionis, *Gloſſ. in d. cap. 5. in verbis: quod de recuperanda.* Horum enim interdicto-

rum

rum robur eſt, quod rei vindicationem præcedere, non verò ſequi debeant, ut oſtendunt allegata verba: quæ vindicationem ſui naturâ præcedunt. † Petitorio igitur intentato, non poteſt actor 17 confugere ad interdictum uti poſſidetis, quia aliàs inſurgeret contrarietas: Qui enim agit rei vindicatione, fatetur reum poſſidere *§. omnium 1. in f. J. d. Action. & l. qui petitorio 36. in pr. d. R. V.* fruſtrà diſſentiente *Giſanio ad l. naturaliter 12. §. 1. n. 17. & ſeqq. d. A. vel A. poſſ.* Qui verò intentat interdictum uti poſſidetis, aut utrubi, videtur dicere, quod ipſe poſſideat, quia hæc duo interdicta ſunt retinendæ poſſeſſionis, ideoque tanquam contraria allegans, non erit audiendus *cap. ſollicitudinem 54. inf. d. Appellat. recuſat. & relationib. & cap. Examinata 15. d. Judic. Gloſſ. & cæteri Canoniſtæ ad. d. cap. Paſtoralis 5.* † Denique ſubjicit Pontifex in ſæpè 18 dicto *cap. Paſtoralis 5. verſ. niſi judex &c.* & poſtquam concluſum eſt, causâ cognitâ, poſſe poſt judicium proprietatis inſtitui poſſeſſorium, puta cùm ex perſpicuis indiciis facilè arguitur iniquitas invaſoris, & ſpoliato caſu ſeu malitiâ probandi dominium ſubtraxerit facultatem. Quæ verba videntur deſumta *ex l. dolum 6. C. de dolo malo.* †. In qua tamen pro voce, *indiciis*, legendum putat, 19 *inſidiis*, *Cujac. in d. cap. 5. & lib. 11. obſ. c. 11.* Quam lectionem etiam probat *Donell. lib. 15. Comm. jur. Civil. c. 40. & Giphanius ad. d. l. dolum 6.* † Quæ correctio non videtur neceſſaria. Nam cùm 20 dolus conſiſtat in animo, nec in oculos incurrat, perſpicuis tantùm indiciis probetur. *Celſus Bargal. d. dolo lib. 4. c. 8. q. 4. n. 29. & ſeqq.* † Dicit autem Pontifex probandi Dominium ſub- 21 traxerit facultatem, quod fit, ſi aut invaſor incenderit domum ſpoliati, atque ita perdiderit inſtrumenta, aut teſtes occiderit. Probatur enim Dominium non ſolùm inſtrumento, puta emtionis, donationis, teſtamenti *l. indicia 19. C. de R. V. & l. proprietatis 4. C. de probation.* Verùm etiam teſtibus, qui interfuerunt, cum Titius dominium Sempronio venderet, & ex eâ causâ traderet pretio ab emtore accepto. *Gloſſ. ad d. l. 4. voc. Legitimus*, ubi etiam Dominium per famam conſentientem probari aſſerit. † Rectè autem 22 ait, conſentientem, quia ſola fama non probat, ſed quando cum aliâ probatione, exempli gratiâ, cum uno teſte concurrit, *Marb. d.*

Affict.

Digitized by Google

Afflict. deciſionum Neapolitanarum 337. n. 2. & Sub. ad d. l. 4. n. 3. Exigitur verò probatio dominii in petitorio judicio *l. officium 9. d. V. R. & l. exitus controverſia 35. de A. vel A. poſ.*

Notabilia.

1. Judices debent gravioribus partium ſumtibus parcere *cap. ad ultimum 2.*

2. Id venit in judicium, de quo actum eſt ut veniret, & id non venit, de quo nominatim actum eſt, ne veniret *cap. Cum Eccleſia 3. verſ. Verum quoniam &c.*

3. Non debent lites litibus inculcari, & via non debet fraudibus aperiri *cap. Paſtoralis 5. verſ. ſi verò renunciatum fuerit &c.*

4. Res inter alios acta, non debet aliis præjudicium generare *cap. cum olim 7. in fin.*

De Reſtitutione Spoliatorum.
Titulus XIII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Regula: Spoliatus ante omnia reſtituendus. 2.
Spoliatus quis intelligatur? 3.
Ante reſtitutionem quænam probare debeat? 4.
Quoad omnia eſt reſtituendus. 5.
Expl. c. 18. h. t. 6.
Exceptiones à ſuperiori regulâ. 7. 8. *& remisſivè.* 9.

1 IN Titulo præcedente egit Compilator Decretalium de ordine, quo cauſæ poſſeſſionis & proprietatis tractandæ ſunt: ſed quia dubitari poteſt, quis ordo in judicio ſpoliationis ſeu poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis ſit ſervandus, an nimirum ſpoliatus in diſtinctè ſit reſtituendus, vel non, ideo hoc explicatur *in præſenti Titulo.*
2 † Sciendum autem eſt, regulam eſſe, quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus *rub. & t. h. t. can. redintegranda 3. cauſa 3.*

Digitized by Google

ſa 3. q. 1. & aliis ſimilibus textib. Ratio eſt quia ſpoliator nullâ juſtâ exceptione ſe tueri poteſt *l. 1. §. 1. Quod vi aut clam Donell. lib. 15. Comm. jur. Civil. cap. 31.* † Spoliatus verò non ſolùm is intel- 3
ligitur, qui à privato quocunque homine rerum quarundam poſſeſſione indebitè privatus fuit: ſed etiam ille, quem judex ipſe juris ordine prætermiſſo beneficio vel aliis rebus carere coëgit. *c. 7. h. t.* Nec refert ſpoliatus prædo fuerit vel non, quia prædo quoque ſecundum juris rigorem eſt reſtituendus *cap. in literis 5. h. n. t. & l. 1. §. qui à me 30. d. vi & vi arm.* † Spoliatus autem antequam 4
reſtituatur, debet probare, quòd poſſederit tempore ſpoliationis, & quòd ſpolium fuerit factum ab eo, contra quem agitur aut alio ejus mandato, vel ratihabitione *cap. ex parte 14. & cap. ſeq. 15. h. n. t.* Ratihabitio enim mandato comparatur, *cap. Ratihabitionem 10. d. R. J. in 6. l. 1. §. dejeciſſe 12. & §. ſed etſi 14. d. vi & vi armata, & l. fin. C. ad SCtum Macedonian.* quibus conſequens eſt per ſolam traductionem mulieris ad domum viri factam, non præcedentibus ſponſalibus, vel invalidis, eâ recedente propriâ autoritate, nō competere reſtitutionem, cùm non acquiratur poſſeſſio *d. cap. ex parte 14.* † Spoliatus autem quoad omnia eſt reſtituendus, nam 5
jus canonicum & civile cuncta ſpoliato vel ejecto redintegranda, & damna ſarcienda eſſe præcipit: fructus quoque non tantùm à violento poſſeſſore perceptos, ſed enim qui veriſimiliter potuiſſent à veteri poſſeſſore percipi, reſtituendi erunt: nec reſtitutionis ſolùm ſententiâ ſufficiet, niſi reipſa omnia judicis officio reſtituantur, ita ut ejectus, vel ſpoliatus etiam naturalem poſſeſſionem recipiat, cunctaque quæ ſibi ablata fuerint, eodem loco, unde ſurrepta fuerunt, revocentur *d. can. Redintegranda cap. gravis 11. ibique Abbas h. n. tit. & d. l. 1. §. qui vi dejectus 31. de vi & vi armat.* † Is quoque qui recipit ſcienter rem invaſam à 6
ſpoliatore, tenetur eam ſpoliato reſtituere, quia ſpoliatori quaſi ſuccedit in vitium, eò quòd non multum interſit, quoad periculum animæ, injuſtè detinere ac invadere alienum *cap. ſæpè contingit 18. h. n. t.* Qui tamen textus non eſt trahendus ad iſtos, qui bonâ fide & juſto titulo res acceperunt *And. Fachin. lib. 9. controverſiar. jur. c. 12. & Henr. Zoëſius ad h. t. n. 5. & ad Tit. Pand. de vi & vi armata n. 12.*

Digitized by Google

7 *n. 12.* † Et hæc eſt regula, à quâ aliquot caſus excipiuntur, in quibus ſpoliatus non eſt reſtituendus, veluti quando ſpoliatus conſentit, ut ſpoliator probet, rem ſuam eſſe *cap. 1. & ibi Canoniſtæ h. n. 1.* quia favori pro ſe introducto quis poteſt renunciare *cap. ad Apoſtolicam 16. d. regularib. & tranſeuntib. ad relig. & l. pen. C. de*
8 *pact.* † Aut quando quis beneficio Eccleſiaſtico ante ſpoliationem renunciavit *cap. accepta 3. h. n. 1.* quia per hujusmodi renunciationem perdidit tàm poſſeſſionem quàm proprietatem, *cap. In præſentia 6. d. Renunciatione.* Unde non poteſt dici ſpoliatus,
9 quia privatio præſupponit habitum. † De reliquis caſibus videatur *Joannes Paulus Lancelottus in Inſtit. Juris Canonici lib. 3. tit. de reſtitutione ſpoliatorum 10. verſ. ſunt & alii caſus & verſiculis ſeqq.*

Notabilia.

1. Non eſt veriſimile, quòd ſponte juri ſuo renunciaverit, qui renunciat ſpoliatus *cap. ſollicitè 2.*

2. Quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam *cap. literas 13. verſ. Porrò cum mulier &c.*

3. Præſumendum eſt pro ſententiâ judicis *cap. cum ad ſedem 15. in fin.*

4. Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit *cap. olim vobis 16.*

5. Non multum intereſt, quoad periculum animæ, injuſtè detinere, ac invadere alienum. *cap. ſæpè contingit 18.*

De *Dolo & Contumacia.*
Titulus XIV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Dolus quid, & quis h. l.? 2.
Contumacia unde, & quid? 3.
Ejus diviſio. 4. *Repudiatur.* 5.

Quot

Quot modis committatur? 6.
Quomodo coërceatur contumacia actoris? 7. *& rei?* 8.
Jus Saxonicum. 9.
Legitima impedimenta. 10.

TItulus præcedens egit de reſtitutione ſpoliatorum, quia verò ſpoliatus quandoque dolo vel contumaciâ rei reſtitutionem 1
conſequi non poteſt, ideò meritò ſubjicitur *hic Titulus de dolo & contumaciâ.* † Dolus hoc loco non intelligitur bonus, ſed malus, qui eſt omnis calliditas, fallacia & machinatio ad circumve- 2
niendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitâ *l. 1. § dolum malum 1. de dolo malo.* Hoc autem in Titulo non omnis dolus intelligitur; ſed quatenus contumaciæ eſt adjunctus, quia dolo ceſſante nemo poteſt dici contumax *l. contumacia 53. §. pœnam 2. d. Re judicatâ &c.* Ceſſante enim cauſa, h. e. culpâ, ceſſat effectus, h. e. pœna, *cap. cum ceſſante 60. d. Appellat. recuſat. & relationib.* † Contumacia à contemnendo dicta, juxta *Verium longum de ortographiâ*, quem allegat & ſequitur *Cujac. ad cap. 1. de dilationib. &* 3
lib. 18. obſ. cap. 30. vel à *con*, & *tumeo*, quod turgeo & in tumore ſum ſignificat, quia contumax inflatur, & ſuperbus efficitur nolendo aliis parere. *Marant. part. 6. tit. de Contumacia n. 7. ubi Cardinalem citat*; nihil eſt aliud, quàm inobedientia erga judicem commiſſa *d. l. contumacia 53. in pr. & §. ult. & cap. 1. d. Appellat. in 6. Hoſtienſ. ad h. t. n. quem ſequitur Joan. Paul. Lancelott. lib. 3. Inſtit. Jur. Canon. tit. d. dolo & contumac. 6. in prmc.* Quamvis enim non omnis, qui non obedit, contumax ſit, cùm eum adverſa valetudo, vel majoris cauſæ occupatio excuſare poſſit, *d. l. 53. §. pœnam 2.* omnis tamen contumax inobediens eſt *Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 48. c. 3. n. 6.* † Eſt autem Dd. contumacia alia vera, alia ficta, & alia præſumta. *Verum* dicunt con- 4
tumaciam, cùm citatus reſpondet, ſe citationi non obediturum, idque poſteà re & non-comparitione declarat. *Fictam* appellant, quando citatio facta eſt ad domum, & non ad faciem citati: tunc jus fingit, talem citationem ad notitiam citati non perveniſſe.

Præſumta denique contumacia Dd. eſt, cùm citatus executori, aut
nihil reſpondet, aut reſpondet quidem ſe comparere velle, ſed ta-
men non comparet. Quo caſu jus præſumit, citatum ob impedi-
mentum comparere non potuiſſe. Et ita ſentiunt *Maſuerius in pra-
ctica forenſi tit. d. contumaciâ n. 1. & duab. ſeqq. num: Jodocus
Damhouderius in praxi rerum civilium cap. 78. n. 26. & ſeqq. Petr.*
5 *Gregor. Theodoſ. d. loc. n. 7. & alii:* † A quibus recedit *Gi-
phan. in tract. d. diviſionib. jur. th. 152.* exiſtimans, in jure non fieri
mentionem, aut rationem haberi, niſi veræ contumaciæ. Cujus o-
pinio haud eſt improbabilis. Si enim jus fingit, citationem ad do-
mum miſſam, non perveniſſe ad notitiam citati, quomodo ille po-
terit dici contumax, cùm non ſit inobediens? Sic etiam à contu-
maciâ excuſatur citatus, quando jus præſumit, eum ob juſtum im-
pedimentum comparere non potuiſſe *d. l. contumaciâ 53. §. pœnam
2.* Neque igitur ficta, neque etiam præſumta erit contumacia. †
6 Vera autem contumacia variis ſolet committi modis 1. non veni-
endo *cap. Cum dilecti 6. h. t. n.* 2. Non reſtituendo *l. qui reſtitue-
re 68. d. R. V.* 3. Non reſpondendo, vel obſcurè reſpondendo *l. de
ætate 11. §. qui tacuit 4. & §. nihil 7. de interrogat. in jur. faciend.*
4. Infecto negotio, recedendo *cap. 1. d. judic. cap. prout nobis 4. h.
n. t. aliisq; ſimilib. textib.* 5. Non exhibendo *l. ult. §. juſſus 1. de Ap-
pellat. & relat.* 6. Non jurando *l. manifeſtæ 38. d. Jurejur. ſive vo-
luntar. ſive neceſſar.* Unde verſus iſti, quos *Gloſſa* affert *cap. ex lite-
ris 2. in voc. Contumaciter h. t.*

Non veniens, non reſtituens, citiusq; recedens
Nil dicens, pignusq; tenens, jurareq; nolens,
Obſcureq; loquens, iſti ſunt jure rebelles.

7 † Variè autem coërcetur contumacia, & quidem aliter actoris, &
aliter rei, modò alter alterius accuſaverit contumaciam. Contu-
max enim non intelligitur quis, niſi ejus contumacia fuerit accuſa-
ta. *Maranta d. loc. n. 1. & Andr. Gail. lib. 1. obſervat. cap. 55. n. 6.*
Quando actor eſt contumax, & ad ſimplicem citationem non com-
paruit, reus, lite non conteſtatâ, ab inſtantiâ judicii abſolvitur, a-
ctorque in expenſas condemnatur, neque ad agendum admittitur,
niſi prius iis refuſis *l. eum quem 79. pr. d. judic. & ubi quisque ager.*

vel

vel conven. deb. Ita enim ſolet pronunciari: Daß der Beklagte von dieſer inſtanz nicht unbillich zu entbinden/ und iſt Kläger hierüber die verurſachten Unkoſten auff vorgehende liquidation, und darauff erfolgte Ermeßigung zu erſtatten ſchuldig/ auch mit ferner Klag nicht zu hören/ er habe denn zuvor dieſelbe Beklagten entrichtet. Quod ſi vel trinâ citatione, vel unicâ peremtoriâ citatus non venerit, petere poteſt reus, ut juxta diſpoſitionem *cap. cauſam 3. h. n. t. & Novell. d. litigioſis & c. 112. cap. omnem verò 3.* in totum ab impetitione actoris abſolvatur. *Matth. Coler. deciſ. 104. n. 4.* Si verò poſt litem conteſtatam actor contumax fuerit, nec legitimè citatus venerit, judex reum ab obſervatione judicii abſolvere, ſi non plenè ei de cauſa conſtet; vel ſi de eâ ſatis ſit inſtructus, ſententiam pro eo, qui juſtam cauſam fovet proferre, & actorem ſemper in expenſas condemnare debet *l. properandum 13. §. Et ſiquidem 2. C. d. judic.* quod poſterius ideò eſt conſtitutum, quia major & fœdior actoris contumacia eſt, quàm rei, ſiquidem actor non niſi benè perpenſo judicio, litem incipere debet: reus verò ex improviſo ſæpiùs pulſatur judicio, ut ſic major illius, quàm hujus temeritas appareat, quæ propterea etiam majoribus fuit conſtringenda pœnis. *Specul. de contumaciâ. §. nunc nobis videndum n. 2. & Cujac. ad cap. ult. in fin. ut lite non conteſtatâ non procedatur ad teſtium recept.* † Cùm autem reus eſt contumax, contra eum lite 8
conteſtatâ proceditur juxta *d. l. properandum 13. §. ſin autem 3.* Lite verò non conteſtatâ ſolet actor mitti in poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ cauſa, donec reus veniat reſponſurus *l. Prætor ait 2. princ. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur,* de quâ miſſione in poſſeſſionem in *ſeq. titulo,* pluribus erit agendum. Et hæc de jure civili & canonico obtinent. † De jure verò Saxonico longè brevio- 9
ri viâ contra contumaces proceditur. Nam ſi reus per tria edicta aut uno peremtorio, prout in hiſce provinciis utplurimum obſervatur, citatus fuerit, tunc ipſum pro convicto haberi, & cauſâ cecidiſſe, ac inſuper in mulctam ſuam incidiſſe, judex pronunciat LandR. *lib 3. artic. 39. & lib. 2. artic. 24. princ. & artic. 26. Matth. Coler. deciſ. 104. n. 12.* Uſu autem obtinuit, ut ſi in primo termino reus non compareat, non quidem pro contumaci protinùs habea-

Digitized by Google

tur, ſed ſub pœnâ contumaciæ, ut ſe proximo judicio ſiſtat, citari ſoleat, ideoque hâc vel ſimili formâ pronunciatur, daß Beklagter noch zur Zeit vor ungehorſam nicht zu achten / Er iſt aber nach anderweit Ladung bey Straff Ungehorſams zu erſcheinen ſchuldig. Quod ſi autem in ſecundo citationis termino ſe ſimiliter contumaciter judicio ſubtrahat, in legitimum impedimentum,
20 biß auff Ehehafft condemnatur. † Legitimi autem impedimenti genera quatuor jure Saxonico prodita ſunt, videlicet captivitas, infirmitas, peregrinatio, hoc eſt, Walfarten auſſer Landes & publica expeditio. LandR. *d. lib. 2. Artic. 7.* Quibus annumeranda ſunt alia, veluti, quando locus non eſt tutus, aut citatus non habet ſecuritatem, aut quando munere aliquo municipii impeditur, aut tempeſtate, aut vi fluminis, aut quia ſine ſuo dolo malo retentus à magiſtratu eſt, aut ſi mulier citata gravida eſt, funereve impeditur domeſtico. Hi enim caſus legitimum præſtant impedimentum *l. non exigimus 2. §. ſi quis 1. & §§. ſeqq. Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa fact. non obtemperaverit.* Et generaliter quoties quis probabili aliquâ occaſione, vel opinione ductus non doloſè à judicio abeſt, excuſatur in foro Saxonico, & liberatur à condemnatione legitimi impedimenti, auditurque in cauſâ principali. *Math. Coler. d. Proceſſib. executiv. part. 1. c. 2. n. 21.* Unde pronunciari ſolet, wird aus der Ehehafft / darin Er vertheilet / wiederumb genommen und nochmals mit ſeiner Nothdurfft in der Hauptſache gehört. Quod ſi autem tunc non reus comparuerit, vel legitimum impedimentum docere potuerit, pronunciatur: Daß Beklagter numehr biß auff die Hülffe erſtanden, ac mox in eâdem ſententiâ condemnatur in cauſâ principali, quæ deinceps etiam, niſi per appellationem ſuſpendatur, executioni mandari ſolet.

NOTABILIA.

1. In Eccleſiaſticis perſonis & negotiis, rigor & diſtinctio juris non requiritur *cap. 1.*

2. Malitia & dolus nulli patrocinari debet, *cap. ex literis 2. circa fin.*

3. Finis litibus eſt imponendus, ne partes ultra modum graven-

ventur laboribus & expenſis, & immortales exiſtant *cap. finem 5. cap. & cap. ult. in pr.*

4. Nemo debet reportare commodum, de malitiâ ſuâ *cap. contingit 9.*

5. Contumax non debet melioris conditionis eſſe quàm obediens *d. cap. 9.*

De Eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſâ rei ſervandæ.

Titulus XV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Miſſio fit per decretum. 2.
Primum. 3.
Et ſecundum. 4.
Quid ſi reus non ſit dominus? 5. *Diſſent. Reſp. remiſſivè.* 6.
In realibus actionibus locum non habet decretum ſecundum. 7.
Sed primum. 8. 9. 10. 11.

QUia propter contumaciam rei interdum actor mittitur in poſſeſſionem bonorum, ut conſtat ex Titulo præcedente, ideò nunc exponitur, quo ordine hæc miſſio peragi ſolet. 1
† Fit autem miſſio iſta per decretum, quod eſt duplex: primum & ſecundum. 2
Quid ſit decretum & primum atque ſecundum, explicat *Gloſſ. notabilis ad l. ſi finitæ 15. §. ſi plurès 15. voc. prius de damno infecto, Innocent. ad h. t. & Abbas ad cap. 1. d. t. vid. Br. ad d. ſ. 5.* † Miſſio ex primo decreto fit 1. in poſſeſſionem mobilium bonorum, ſi verò 3
reus illa non habeat, aut non ſufficiant, in poſſeſſionem immobilium bonorum *cap. ult. in fin. ut lite non conteſtam non procedatur ad*

Teſti-

Digitized by Google

Teſtium recept. Et ſi hæc quoque non ſufficiant, in rerum incorporalium atque nominum poſſeſſionem *l. à divo Pio 15. §. in venditione 2. de re judicat. Specul. d. primo & ſecundo decreto §. reſtat. videre n. 1.* Quæ tamen miſſio in nomina non eſt vera, ſed quaſi, ſiquidem & eorundem nominum vera non eſt poſſeſſio *l. ſi ædes 32. §. 1. d. S. P. U. & l. ſequitur 4. §. ſi viam 27. d. Uſurpation. & uſucap.* Unde judex convocat debitores, & ſi fateantur ſe eſſe debitores ipſius conventi, interdicit eis, ne ſolvant creditori, ſine ejus licentiâ, & ut agenti reſpondeant, jubet. *Specul. d. loc. n. 2. & Weſenb. in tr. d. damn. infect. n. 6.* quæ miſſio non privat Dominum poſſeſſione *l. ſi finitâ 15. § ſi quis autem 20. d. t. l. ii, cui 5. pr. Ut in poſſeſſionem legatorum vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſa eſſe liceat, & l. cum legatorum 12. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.* ſed confert tantùm jus pignoris *l. non eſt mirum 26 pr. de Pignorat. action. l. ſi decreto 2. C. qui potior. in pign. habeantur & l. ſi poſtquam 3. C. ut in poſſeſſionē legatorum vel fideicom. ſervand. cauſa mittatur.* ut ſcilicet tædio perpetuæ cuſtodiæ reus affectus, judicio ſe ſiſtat, cautionemque judicio ſibi præſtet, & damna actori, quæ paſſus eſt, reſtituat *d. l. ii cui 5. princ. & auth. Et qui jurat C. d. Bon authorit. jud. poſſidend.* Aboletur autem hæc miſſio ex primo decreto, cum in judicio contumax comparet, & non ſolùm actori de damno & expenſis ſatisfacit verùm etiam cautionem de lite deinceps proſequendâ præſtat *Novell. d. Exhibend. & introducendis reis & c. 53. cap. ſi verò ſemel 4. in fin.* ubi per cautionem non intelligitur pignoratitia, ut putat *Speculator d. loc. §. jam de effectu primi decreti n. 22.* ſed fidejuſſoria.

4 † Si verò contumax intra aliquod temporis ſpatium non comparet, quod plerique annuum eſſe volunt propter *cap. ult. verſ. In aliis verò caſibus, ut lite non conteſtatâ non procedatur cap. 1. h. t. & l. pen. §. pen. C. d. præſcript. 30. vel 40. annor. Weſ. d. loc. verſ. In perſonalibus non videtur &c.* alii autem illud judicis arbitrio relinquendum cenſent. *Gloſſ. d. loc. & Menoch. lib. 2. de arbitrar. judic. quæſtion. caſu 6. n. 13.* procedit judex ad ſecundum decretum, & cauſâ cognitâ, miſſum ex primo decreto poſſeſſorem declarat *l. poſſideri 3. §. ult. d. Acquir. vel amit. poſſ. & d. l. ſi finita 15. §. non autem ſtatim 21.* qui ſi reus dominus ſit, etiam dominium conſequitur

l. 1. pr.

Digitized by Google

l. 1. pr. d. fundo dotal. l. ſed ſi res 5. l. comm. uni 7. §. planè 9. Comm. divid. d. l. ſi finita ſit 15. §. Julianus ſcribit 16. cum §. ſeq. 17. † Sin 5
minus uſucapiendi conditio in eum tranſit *l. Prætoris 5. in pr. & l. bis qui 12. d. damno inf.* Et ita poſt *Bulgar. Joannem & Pyleum,* veteres Gloſſographos, ſtatuit *Accurſ. ad princ. d. l. 5. verbo: capere.* † A quibus recedit *Cujac. tract. 9. ad African. ad l. cum poſtulaſſem. 44 d. t. & Joan. Vaudenſ. lib. 1. var. quæſtion. 37.* qui miſſum ex ſecundo decreto non dominum, ſed poſſeſſorem duntaxat effici contendunt, quorum rationibus & textibus quos allegant reſpondet *Gipban. ad l. ſi quis 10. n. 21. & ſeq. d. acquir. vel amitt. poſſeſſ.* † 6
Et hæc locum habent in actionibus perſonalibus, non verò realibus. 7 In his enim ſecundum decretum non habet locum, quia per hoc poſſeſſio & dominium poſſidenti adjudicatur. Qui verò dominum ſe eſſe profeſſus eſt, & rem vindicat, is poſtquam ex primo decreto posſidere cepit, fruſtra ſibi dominium adjudicari, quod habere intendit, petit. *Gloſſa in d. l. ſi finita ſit 15. §. ſi plures 15. voc. prius d. damn. infect.* videatur *Abbas d. loc. n. 6.* qui ſecundum decretum etiam in actione reali interponi poſſe ait, non quidem ut adjudicetur actori dominium, ſed tantùm poſſesſio. † In 8
reali tamen actione etiam mittitur actor ex primo decreto in poſſeſſionem rei petitæ, ut tædio affectus reus veniat reſponſurus. †
Qui ſi venerit intra annum, & judicio ſiſti cautionem præſtiterit 9
ac ſatisfactionem expenſarum congruam exhibuerit poſſesſionem recuperat. † Si verò cautionem offerre neglexerit in- 10
tra annum, actor poſt annum verus conſtituitur poſſeſſor. Nec ſufficit, quòd reus habuerit intra annum voluntatem cautionem præſtandi, ſi eam in effectum non deduxerit *cap. 1. h. n. t. & cap. final. verſ. In aliis verò caſibus &c. ut lite non conteſtatâ non procedatur ad teſtium receptionem,* quia ſola voluntas non ſufficit ſine effectu *can. non ſatis eſt 14. diſt. 86. & l. ſi ſe 4. §. ait prætor 3. d. Re jud. Gloſſ. ad d. cap. 1. voc. voluntatem.* † Tempus autem an- 11
nale non currit ei, qui miſſionem paſſus eſt, ſi intra illud cautionem judicibus, vel alteri eorum aliis abſentibus obtulit, & per eos ſeu per eú recepta non fuerit *cap. cum ſicut 2 h. n. t.* Nam quando per me non conſtat, quò minus faciam, quod debeo, non eſt mihi im-

ctum ſit, quò minus ad ſtatum perveniret. Quòd autem lite pendente innovari nihil debeat, hoc uno atque altero exemplo in noſtro Titulo oſtenditur. † Primum eſt de privilegio, etiam à principe impetrato, per quod privatur quis uſu poſſeſſionis, ſine 4
cauſæ cognitione lite pendente. Et dicitur, quòd hoc privilegium poſſeſſori non debeat facere præjudicium *cap. 1. h. n. 1.* Nam princeps non præſumitur in cujusquam injuriam beneficia ſua velle tribuere *l. nec novus 4. C. de Emancipat. liberorum & l. Prætor ait 2. §. ſi quis 16. Ne quid in loc. publ. vel itinere fiat.* Unde hoc privilegium videtur ſubreptitiè impetratum, & ex certâ principis ſcientiâ non emanâſſe. *cap. ex parte 2. d. Reſcript.* † Alterum 5
exemplum proponitur *in cap laudabilem 2. h. n. 1.* ex quo conſtat, quòd accuſatus de adulterio ad ſeparationem thori non debeat, lite pendente, poſſeſſione conjugali aut commercio carnali privari. Ratio eſt, quia præſumtio eſt pro cōjuge, quòd licitè poſſideat.
† Nec adverſatur *cap. Tenor literarum 10. d. ſent. & re judicat.* ubi 6
mulier ſecunda privatur jure ſuo ante finem cauſæ; quia reſpondetur, in objecto *cap. Tenor,* matrimonium, cujus uſus prohibetur, fuiſſe contractum lite pendente, & ita non eſſe ibi poſſeſſionem à jure approbatam. Secus verò eſſe, quando conjuges pendente lite ſunt in quietâ & juſtâ poſſeſſione, de quo caſu loquitur *d. cap laudabilem 2. Gloſ. in d. cap. tenor. in verbo: accedat, quam ſequitur Abb. in d. cap. 2. n. 4.* † An autem probatâ accuſatione de 7
adulterio, ſed ſententiâ nondum latâ fiat interdictio carnalis commercii, quæri ſolet inter Canoniſtas? de qua quæſtione videri poterit *Abb. d. loc. n. 5. & 6.*

De
Sequeſtratione poſſeſſionum & fructuum.
Titulus XVII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Sequeſtratio unde, & quid? 2. *Quotuplex?* 3.
Voluntaria regulariter permiſſa. 4.

Digitized by Google

Neceſſaria prohibita. 5. *Diſſ. Rob. & Cujac.* 6.
Cauſa excepta. 7.
Differt à depoſito. 8. *ſeqq. usque ad fin.*
Etiam res immobilis deponitur. 9
Sequeſtratio non fit niſi à pluribus. 10. *& ab unoquòque in ſolidum.* 11.
Sequeſter an poſſideat? 12.
Depoſitum fit gratis. 13. *Dub. ſolv.* 14.
Non item ſequeſtratio. 15.
Res quando repetatur? 16.
Actio quæ naſcatur? 17.
Plura. remiſſivè. 18.

1 QUia dictum fuit in Titulo præcedente, quòd lite pendente, nihil ſit innovandum, ideò *hunc* ſubjecit *Titulum* compilator Decretalium, ut ſignificaret, ne quidem ſequeſtrationem pendente lite licitam, ſed regulariter prohibitam eſſe *Gloß. & Abb. hîc*,
2 quos ſequitur *Joan. Gœdd. h. rub. n.* † A ſequeſtro dicitur ſequeſtratio. Sequeſter autem eſt, apud quem plures eandem rem, de quâ controverſia eſt, depoſuerunt: dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur *l. ſequeſter 110. d V. S.* Hinc rectè definitur ſequeſtratio, rei litigioſæ à pluribus facta depoſitio *d. l. 110. l. licet 17. princ. Depoſiti vel contra.*,
3 *Gœdd. ad rubr. h. t. n. 8. & d. l. 110. n. 2.* † Et eſt alia volun-
4 taria, & alia neceſſaria. † Voluntaria ſequeſtratio fit voluntate partium *l. ſi quæ 5. in f. Familiæ herciſc. l. propriè 6. & d. l. licet 17. in pr.* & eſt regulariter permiſſa *l. poſtquam 5. §. 1. ut legato-*
5 *rum ſeu fideicommiſſor. ſervandorum cauſa caveatur.* † Neceſſaria verò ſequeſtratio fit autoritate judicis, parte invitâ, vel utraque vel alterutra tantùm *l. unic. C. de prohibitâ ſequeſtratione*
6 *pecuniæ*, & eſt regulariter prohibita *cap. 1. h. n. t.* † Et hæc eſt communis Dd. opinio, à quâ recedit *Joan. Robertus lib. 1. ſentent. c. 5.* contendens, non cujusque rei ſequeſtrationem eſſe prohibi-

hibitam, ſed pecuniæ duntaxat ex contractu debitæ, ad cujus argumenta, ùt & *Cujacii in π. C. de prohibitâ ſequeſtratione pecuniæ,* qui etiam amplectitur *Roberti* opinionem, reſpondet *Joan. Gœdd. ad d. cap. 1. h. t. n. num. 91. & ſeqq.* † Dictum autem eſt, quòd regulariter ſit prohibita neceſſaria ſequeſtratio, quia ſunt quædam cauſæ, in quibus in uſu hæc eſt ſequeſtratio, qualis eſt prodigalitas *cap. ult. d. t. & l. Imperatores 21. §. ult. d. Appellation.* de qua videatur *Gœdd. ad c. ult. n. 4. cum ſeqq.* denegata cautio *l. ſi Fidejuſſor 7. §. ult. qui ſatiſd. cogant. & l. ſenatusconſulto. 16. in fin. d. offic. præſid.* & ſtatus incertitudo *l. fin. C quibus ad libertat. proclam. lic. & l. unic. C. d. adſertione tollend.* de quibus duabus cauſis etiam tractat *Gœdd. ad cap. 2. h. t. n. 29. 30. & 41.* † Quamvis autem ſequeſtratio ſit ſpecies depoſiti *l. propriè 6. l. licet 17. pr. & §. 1. depoſit. vel & c. l. intereſſe 39. d. acquir. vel amitt. poſſeſſ.* in quibus textibus ſequeſtrata res dicitur depoſita, multis tamen modis hæc duo inter ſe differunt. † Nam 1. depoſitum in ſpecie eſt rei cujuslibet, etiam immobilis, licèt Dd. comm. aliud velint, quia deponere nihil eſt aliud, quàm commendare. *l. Lucius 24. depoſit. vel contra & l. commendare 186. d. V. S.* Res autem immobiles etiam poſſunt commendari, h. e. cuſtodiæ cauſa tradi *l. ſi vendita 11. d. periculo & commod. rei vend. l. venditor. 36. d. action. empt. & vendit. vid. Gœdd. ad h. n. tit. in rubr. n. 10. & ſeqq. & ad l. ſequeſter 110. n. 3. d. V. S.* ſequeſtrum verò eſt tantùm rei litigioſæ *d. l. ſequeſter 110. & d. l. licet 17. pr. depoſiti vel contra.* † 2. Deponere tàm plures, quàm unus poſſunt: quod ſecus eſt in ſequeſtratione. Nam apud ſequeſtrem non niſi plures deponere poſſunt. *d. l. propriè 6. d. l. licet 17. pr. & l. propter 5. C. depoſ. vel. contr.* Quando enim apud ſequeſtrem deponitur, tunc inter duos vel plures lis eſt aut controverſia, de re quæ ſequeſtratur *d. l ſequeſter 110.* † 3. Cùm duo vel plures rem communem apud alium deponunt, non ſinguli eam in ſolidum, ſed pro ſua quisque parte, quam in eâ re habet, deponit *l. 1. §. ſed ſi duo 44. depoſ. vel contra.* Quando verò apud ſequeſtrem res deponitur, unusquisque illam in ſolidum deponit *d. l. licet 17. in pr.* † 4. In depoſito datur res cuſtodienda *l. 1. in princ. Depoſiti vel contra.*

Marginal numbers: 7 (beside "Dictum autem eſt"), 8 (beside "Quamvis autem"), 9 (beside "Nam 1."), 10 (beside "2. Deponere"), 11 (beside "3. Cùm duo"), 12 (beside "4. In depoſito").

Digitized by Google

De
Confesſis.
Titulus XVIII.
SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Confesſio quid, & ejus vis. 2. *Quotuplex?* 3.
Judicialis ut plenè probet, quæ requirantur in judice? 4. 5.
In partibus? 6. 7.
In confitente? 8. *Ubi J. Saxon.*
Minor an & quando reſtituatur? 9.
In ipsâ confesſione? 10. 15. 17.
Ad confesſionem extortam requiruntur indicia. 11. 12. *Rei perſeverantia.* 13. *Et certitudo ipſius delicti.* 14.
Confesſio præjudicat etiam heredibus. 16.
Confesſio extrajudicialis. 18.
Si fiat parte adversâ præſente. 19. *Debet eſſe certa.* 20. *Seria.* 21.
Si abſente adverſario. 22.
In teſtamento facta. 23. 24.
In foro pœnitentiali facta nil probat. 25.
Except. 26. 27.

COmpilator Decretalium hactenus egit à Titulo de ordine cognitionum uſque ad præſentem, de iis, quæ ſubinde in judicium venire ſolent, nunc incipit tractare de modis probandi, inter quos refertur confeſſio partis, quam Dd allegati ab *Henn. Vult. lib. 2. Jurispr. Rom. c. 2. n. 39. Helfrico Ulrico Hunnio in Encyclopediâ juris univerſi part. 2. lib. 16. c. 1. n. 2. & ſeqq.* ajunt eſſe probationem ple-

Digitized by Google

plenam, optimam, efficaciſſimam & probationem probatam, &c.
Ideò autem præcedit hic Titulus Titulum de probationibus, quia,
quando actor habet reum confitentem, non debet ſolicitus eſſe de
alia probatione, intentionem enim ejus ſua confeſſione reus ſatis
2 probavit. † Confeſſio eſt contra ſe facta teſtificatio. Confi-
teri enim teſte *Varrone lib. 5. de Latinâ linguâ* idem eſt, quod fateri
id, quod à nobis quæritur ſeu nobis objicitur, & ſic verum eſſe a-
gnoſcere, aut teſtari. Non igitur mirum, ſi ex tali teſtificatione at-
que teſtimonio contra ſe facto, quod ex voluntate confitentis pro-
ficiſcitur, non minus quis convincatur, atque ſi per teſtium depoſi-
tiones, aliàsve probationes convictus fuerit, adeo ut pro convicto,
& condemnato, nec non judicato, quaſi videlicet ſemetipſum con-
vincat & condemnet, habeatur *l. unic. C. d. confeſſis, & l. 1. eod. Tit.*
3 † Eſt autem confeſſio alia judicialis, & alia extrajudicialis. †
4 Judicialis confeſſio dicitur, quæ facta eſt in judicio, & hæc plenè
probat, atque cconfitenti nocet *d. l. unic. d. l. 1. & cap. 1. h. t. in 6.*
modò habeat requiſita, quæ ad iſtam confeſſionem ſunt neceſſaria.
5 † Concernunt autem iſta requiſita vel perſonas, vel ipſam con
feſſionem. Per perſonas intelligimus judicem & partes. Judex de-
bet eſſe competens, id eſt, ordinarius confitentis. Si enim quis ali-
quid fateatur apud judicem, qui eâ de re judicare non poteſt, non
magis ſibi præjudicat; atque ſi extrajudicialiter illud confeſſus eſ-
ſet *cap. Et ſi clerici 4. d. Judic. & cap. ad noſtram 3. d. Conſuetudin.*
Requiritur etiam, ut judex pro tribunali ſedeat, an der Gerichts-
ſtelle/ ubi habetur judicium *l. poſt rem 56. d. Re judicat. l. cujusque 4.
pr. ad L. Jul. Majeſtat. & d. l. unic. h. t. Gloſſ. ad l. voluit 4. §. quod
ait. 1. in verb. in itinere d. Interrogationib. in jure faciend.* Non e-
nim videtur quis tàm ſeriò & de induſtria loqui aliquid & fateri, at-
que intelligitur is facere, qui in loco judicii & judice ſedente fate-
tur. Hoc tamen procedit, quando res exigit plenam cauſæ cogni-
tionem, teſte *Gloſſ. d. loc. quam Dd. comm. ſequuntur,* ut ſcribit,
Marant. part. 6. actu 5. n. 30. Nam confeſſio extra tribunal facta
in ſummario judicio probat, *l. utile eſt 2. §. dies 1. quis ordo in poſſeſ-
6 ſionibus ſervetur.* † Per partes verò intelligimus tàm partem
adverſam, pro qua fit confeſſio, quàm ipſum confitentem. Pars ad-
ver-

Digitized by Google

verſa debet eſſe præſens in judicio, tempore factæ confeſſionis, aliàs confeſſio non nocet, *l. certum 6. §. ſi quis 3. h. t. & l. fin. ibique gloſſ. in verbis non poſſe d. Interrogationib. in jure fac. Gloſſ. ad cap. ult. verbo: Confeſſus h. n. t. Specul. de Confeſſionibus §. ſequitur videre n. 3. Alex. vol. 4. Conſil. 81. & Donell. lib. 28. Comm. jur. Civil. c. 1.* unde ſuadet *Br. ad d. l. certum 6. §. 3 n. 1.* ut ſemper actis inſeratur, hoc vel illud geſtum aut factum eſſe parte adverſa præſente. Non tamen requiritur, ut confeſſio facta ab adverſario acceptetur, quia præſumitur acceptata, cùm tendit in præſentis favorem: quamvis Advocati pro majori ſecuritate ſoleant ejusmodi confeſſiones in continenti acceptare, hiſce fortè verbis: **Und will anfänglich Kläger alles das jenige/ was vom Gegentheil in ſeinem einbringen ihm zum beſten eingeräumet und geſetzt/ Gerichtlich vor geſtanden/ und bekandt/ acceptiret, und angenommen haben/ inſonderheit aber acceptiret er** ꝛc. Si igitur nemo adverſarii nomine præſens eſt, non nocet confitenti confeſſio, etiam judicialis *d. l. certum 6. §. ſi quis 3. Maſcard. d. probation. concluſ. 348. n. 29. cum ſeq.* † Prædicta tamen non procedunt in causâ criminali. Ibi enim talis con- 7
feſſio nocet, & probat, adeòque indicium facit ad torturam, quia judex hoc caſu propter utilitatem publicam, ne delicta maneant impunita, præſentiam partis ſupplet. *Maſcard. d. loc. n. 50. & concluſ. 347. n. 119.* † In confitente verò requiritur, ut ſit majo- 8
rennis *l. clarum 4. C. d. autorit. præſtand. & d. l. certum 6. §. pen. h. t. Anton. d. Butrio ad cap. ult. verſ. Quæro, quæ exigantur. & h. n. t.* Dicitur autem majorennis qui de jure communi exceſſit annum 25. *l. ult. C. de his, qui veniam ætatis impetrarunt.* De jure Saxonico verò viceſimum primum annum **LandR.** *lib. 1. artic. 42.* † Mi- 9
noris quidem confeſſio facta ſine curatore, valet, verùm læſus ex ea poteſt reſtitui in integrum *d. l. certum 6. §. pen. & l. ſi curatorem 3. C. d. in integr. reſtit. minor.* Et hoc etiam locum habet in criminalibus, ſi videl. minor ex imperitiâ, ſimplicitate, vel ſimili modo deliquit, & hoc confeſſus fuit *l. 1. C. ſi adverſ. delict. l. ſi ex cauſa 9. §. nunc videndum 2. verſ. ſed ſi de minor. 25. ann. & d. l. clarum 4. C. d. authorit. præſtand.* Si verò delictum dolo commiſſum minor eſt confeſſus, puta furtum, homicidium &c. adverſus confeſſionem non reſtituitur, quia ceſſat hoc caſu æquitas reſtitutionis, & ſup-

plet malitia ætatem *d. l. 9. §. 2. l. auxilium 37. §. 1. d. minor. 25. ann. & l. ſi alterius 3. C ſi minor ſe major. dix*. Hinc etiam minores ob ſuſpiciones, quæ contra illos militant, non tantùm ad eruendam veritatem terreri, & quæſtioni ſubjici, verum etiam confeſſi delictum, puniri poſſunt. *l. 1. §. impuberi 33. & l. excipiuntur 14. d. Sct. Silaniano. &c.* Quamvis in junioribus pœna utplurimum mitigetur *d. l. auxilium 37. §. 1.* & pubertati proximi, dolique capaces pro qualitate delicti habenâ vel ferulâ cædi ſoleant. *d. l. 1. §. impuberi 33.*
10 *ubi Dd.* † Sequitur ipſa confeſſio, quæ 1. debet eſſe libera, ſpontanea & ſine metu facta. *can. Lotharius 4. cauſa 32. q. 2. cap. 1.*
11 *de his quæ vi metuve cauſa fiunt*, & aliis ſimilibus textibus. † Quod requiſitum in cauſis criminalibus locum non habet, in quibus licitum eſt extorquere confeſſionem. Ut autem confeſſio per tormenta facta valida ſit, neceſſe eſt 1. ut indicia ſufficientia præcedant, aliàs ſi quis nullis, aut non ſufficientibus indiciis præcedentibus in torturâ delictum, puta furtum, homicidium, adulterium &c. confeſſus fuerit, ea confeſſio nulla erit, & nihil probabit *l. 1. §. ſed & 1. & l. fin. d. quæſtionib. l. cum cognitionaliter 3. pr. l. milites, 8. C. eod. Tit. Julius Clarus lib. 5. ſentent. §. fin. q. 55. n. 14.* ubi ſcribit, hanc eſſe communem opinionem, eamque procedere, etiamſi quis perſeveret in illâ confeſſione, eamque ad bancum juris ratificet. Cum his convenit *Ordinatio criminalis Caroli V. artic. 20.* cujus hæc ſunt verba: Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Miſſethat/ darnach ma : fragen wolt/ verhanden und beweiſt würde/ ſoll niemand gef..get werden/ und ob auch gleichwohl aus der Marter die Miſſethat bekandt würde/ ſo ſol doch der nicht gegläubet werden/ noch iemands darauff verurtheilet werden/ wo auch einige Obrigkeit oder Richter in ſolchen überführen/ Sollen die/ dem der alſo wieder Recht/ ohn die bewieſen Anzeigũg/ gemartert were/ ſeiner Schmach/ Schmertzen/ Koſten/ und Schaden der Gebühr ergetzung zuthun
12 ſchuldig ſeyn. † Quænam autem ſint indicia ſufficientia ad torturam propter varietatem negotiorum & perſonarũ definiri nequit, idcircò illud judex arbitrabitur *arg. l. Teſtium 3. §. ejusdem 2. ibi: ſed ex ſententiâ animi tui te æſtimare oportere d. Teſtib. Petrus Caballus in reſolutionib. criminalibus caſu 200. n. 143.* Et hæc eſt commu-

nis

nis Dd. opinio teſte *Claro d. §. fin. q. 64. n. 13.* Arbitrabitur autem
judex cum conſilio juriſperitorum. *Henric. Boter. tr. d. Quæſtionib.
& torturis c. 3. n. 124.* qui allegat *Hyppolit. d. Marſiliis.* † 2. Non
ſufficit ſola confesſio facta in torturâ, præcedentibus indiciis, ſed 13
neceſſe eſt ut illam poſtea reus extra tormenta conſtitutus ratificet
l. ſi quis 2. ubi Salic. C. d. cuſtodiâ reorum Jul. Clar. d. q. 64. n. 40.
ubi Dd. allegat, qui hanc eſſe communem opinionem teſtantur.
Et *n. 41.* ſcribit, ratificationem hujusmodi non ſtatim debere fieri,
quia præſumitur adhuc durare metus tormentorùm, ſed expectan-
dum eſſe aliquod temporis ſpatium, quod in judicis erit arbitrio.
Et hoc etiam vult dicta *ordinatio criminalis Artic. 36. cujus verba
ita habent*: Der Gefangene ſol auch zum wenigſten über den an-
dern/oder mehr Tage nach der Marter und ſeiner Bekändtniß/nach
Gutbedüncken des Richters in die Büttelſtuben / oder ander Ge-
mach für den Banrichter / und zweene des Gerichts geführt/ und
ihm ſein Bekändtnüß durch den Gerichtſchreiber fürgeleſen / und
alsdenn anderweit darauff gefraget/ ob ſein Bekändtnüß wahr ſey/
und was Er darzu ſage/ auch auffgeſchrieben werden: Huc quoque
reſpicit clauſula, quæ ſententiis inſeri quotidiè ſolet: Da nun In-
quiſit auff ſolchem ſeinem Bekäntnis vor offentlichem Gericht
nochmals freywillig verharret/ſo wird er vom Leben zum Tode bil-
lich gerichtet. Ideò autem requiritur rei perſeverantia, quia tor-
tùra eſt res fragilis & periculoſa, & quæ veritatem fallat, ùt ſcribi-
tur *in l. 1. §. quæſtioni 23. d. quæſtion.* Si tamen reus in torturâ
delictum confeſſus, poſtea confeſſionem ſuam revocat, negatque
ſe delictum commiſiſſe, iterùm poteſt torturæ ſubjici ad exploran-
dam veritatem propter confeſſionem antea factam; & variatio-
nem, quæ novum ſolet præbere indicium torturæ *l. recti 16. pr. d.
t. Ordin. Criminal. artic. 57. Clar. d. §. fin. q. 21. n. 36. & d. q. 64.
n. 43.* † Denique ut confeſſio, præcedentibus indiciis extor- 14
ta, noceat, & ob eam reus condemnari poſſit, neceſſe eſt, ut ante o-
mnia conſtet, delictum fuiſſe commiſſum *l. Inde Neratius 23. §.
ult. ad L. Aquil. l. 1. §. item illud 24. d. Sčto Silan. dicta Ordinat.
Criminal. artic. 6. Clar. d. §. fin. q. 4. n. 1.* Unde etiam ſententiis
ſuis Scabinatus atque collegia Juridica hæc addere ſolent verba:

Und ihr hettet euch erkündiget/ oder möchtet euch nochmals erkündigen/ daß die That in der Warheit/ alſo wie erzehlt/ ergangen und geſchehen/ſo were etc. Et hoc etiam obſervandum eſt in confeſſione ſpontaneâ & liberâ. Multi enim delictum confeſſi, poſtea reperti fuerunt innocentes. Exemplum occurrit in *l. 1. §. ult. d. quæſtionib.* & apud *Valer. Max. lib. 8. cap. 4. vid. Maſcard. d. probat. concluſ. 1073. & tribus ſeqq.* qui plura refert exempla. Rectè igitur reſcripſit Divus Pius, confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. *d. l. 1. §. Divus 17.* Nonnulli enim tantâ ſunt impatientiâ, ut quævis mentiri, quàm pati tormenta velint *d. l. 1. §. quæſtioni 23.* alii verò perire feſtinantes, tædio vitæ, aut impatientiâ alicujus doloris, vel alia de cauſâ delictum fatentur, quod nunquam perpetrarunt, *d. l. 1. §. ult. l. qui rei 3. §. ſi quis 4. de Bonis eorum, qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciv. & l. non tantùm 6. d. appellationib. & relation.* Et tantum de confeſſione in criminalibus. †

15 Deinde confeſſio debet eſſe certa, h. e. certi quid continere. Incertæ enim rei confeſſio non valet. *l. certum 6. pr. & §. ſi quis 1. d. Confeſſis.* Certum autem eſt, quod ex ipſa pronunciatione apparet, quid, quale, quantumque ſit, *l. ſtipulationum 74. §. 1. & l. ſeq. d. V. O.* Præterea confeſſio debet eſſe contra confitentem *l. de ætate 11. §. 1. de Interrogationib. in jure fac. cap. cum ſuper 2. h. t. n. & d. l. unic. C. d. confeſſis.* Quando enim quis aliquid pro ſe confitetur, & in ſuam utilitatem vel commodum, illud eſt nullius momenti. Quemadmodum enim nullus teſtis aut judex eſſe poteſt in propriâ causâ. *l. nullus 10. d. Teſtib. l. omnibus 16. C. d. t. & l. qui juriſdictioni 10. de juriſdict.* ita etiam confeſſio pro ſe facta, neque prodeſſe, neque probare aliquid poteſt *cauſa 14. q.*

16 *2. in princ.* † Quando autem confeſſio facta eſt contra confitentem, tunc non tantùm confitenti præjudicat, verùm etiam ejus heredibus *l. cum à matre 14. C. d. R. V. l. ſi ab eo 7. C. de negot.*

17 *geſt. Hartm. Piſtor. lib. 1. q. 4. n. 10.* † Denique requiritur, ut confeſſio ſit per ſe, hoc eſt, ſuo nomine facta. Per alium enim facta mihi non poteſt nocere, quia confitenti & non alteri præjudicat. *Auth. quod obtinet C. de probationib. l. tranſactione 26. C. d. tranſ-*

tranſactionib. & *l. Seja 28. pr. ad SCt. Vellejan.* Sic confeſſioni ma-
tris non creditur, aut ſtatur, in præjudicium filii aſſerentis, illum ex
adulterino coitu eſſe conceptum *l. Imperatores 29. §. 1. d. probat.*
& *præſumpt.* Jus enim præſumit eum legitimum filium, quem nu-
ptiæ demonſtrant *l. quia ſemper 5. d. In jus voc.* & *l. Filium 6. de his,*
qui ſui vel alien. jur. ſunt, etiam tunc, quando conſtat de adulte-
rio uxoris *l. miles 11. §. quæ propter 9. ad L. Jul. d. adulter. coër-*
cend. ubi ratio affertur. Dd. pro hâc ſententiâ allegat *Joan. Nevi-*
zan. in ſylvâ nupt. lib. 1. n. 51. ubi dicit, quòd præſumatur filius ma-
riti, & non adulteri, etiamſi mater ſtaret in proſtibulo. Confeſ-
ſio etiam mariti judicialis de dote receptâ à muliere non præjudi-
cat mariti creditoribus, aut ejus agnatis, & in feudo ſucceſſoribus,
niſi alia adminicula, indicia & conjecturæ concurrant, ex quibus
realis illatio veriſimiliter colligitur. *Dd. ad §. fuerat 29. J. d. a-*
ction. Joan. Camperius d. dote part. 1. q. 52. cum ſeq. Matth. d. Af-
flict. deciſ. 402. n. 2. Menoch. lib. 3. præſumt. 13. n. 15. cum ſeqq. &
Maſcard. d. probat. concluſ. 362. cum ſeqq. † Et tantùm de 18
confeſſione judiciali, ſequitur confeſſio extrajudicialis, ſeu ea, quæ
fit extra judicium, quocunque in loco ſive publico ſive privato, u-
bi videndum eſt, utrùm confeſſio iſta fiat in præſentia partis ad-
verſæ, an verò in ejus abſentiâ. † Quando fit parte adverſâ 19
præſente, tunc nocet confitenti, & contra ipſum adeò probat, ut
etiam ex iſtâ confeſſione condemnari poſſit *l. cum de indebito 25.*
§. fin. d. probat. & *præſumt.* & *l. generaliter 13. in f. C. de non nu-*
merat. pecun. † Inter alia autem requiritur ad hanc confeſ- 20
ſionem, ut ſit certa, h. e. conſtet, quid, quale, quantumve ſit, quod
confeſſum eſt. Exempli gratiâ, ſi petam à te centum ex mutuo, vel
ex vendito, & tu fatearis, te mihi iſta centum ex iſtâ causâ debere.
Aliàs ſi in genere dicis, ſum debitor tuus, tunc iſta confeſſio nihil
probat. Sic etiam confeſſio eſt nullius momenti, quando quis in
confeſſione narrativis tantùm, non etiam diſpoſitivis verbis uti-
tur: Es mag wohl ſeyn/ daß ich dir ſchuldig bin. *cap. fin. ubi Canon.*
de ſucceſſ. ab inteſtat. Marant. part. 6. art. 5. n. 4. Hinc ſi dicatur,
ut ſæpè fieri ſolet: Was mein Schreiben oder Handſchrifft aus-
weiſen wird/ das will oder muß ich dir geſtändig ſeyn/ talis confeſ-

Ff 3 ſio

Digitized by Google

ſio relativa non priùs probat, quàm ſi de relato conſtet *l. 2. C. de Errore advocatorum &c. Matth. d. Afflict. deciſ. 273. & Maſcard. d. probationib. concl. 383. concl. 923. & concluſ. 1319.*
21 † Deinde exigitur, ut confeſſio ſit ſeria, quia ſi jocosè facta eſt, non obligat *l. obligationum 3. §. 2. d. O. & A. & l. illud 3. §. quare 3. d. Injur. & fam. libell.* Sic etiam non obligat, quando eſt facta incidenter, veluti ſi à me petas 100. mutuò, ego, cum tibi gratificari nolim, excuſandi, aut magis exonerandi animo dico, me ducentos florenos antea à Titio, tùm præſenti, mutuò accepiſſe. Jam ſi Titius vellet talem confeſſionem acceptare, & contra me agere, non eſſet audiendus *Maſcard. concluſ. 345. & concluſ. 383.*
22 † Quando verò confeſſio fit parte abſente, regulariter non probat. *d. l. certum 6. §. ſi quis 3. d. Confeſſ. l. ult. ubi gloſſ. d. Interrogat. in jure fac. Gloſſa magna in l. unic. C. d. confeſſ.* intellige plenè, quia ſemiplenè tantùm probat *Mannt. d. art. 5. n. 42.* Si tamen eſt geminata confeſſio, ſive diverſis vicibus & intervallis reiterata, plenè probat *l. cùm ſcimus 22. pr. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Matth Coler. conſil. 28. n. 73. & 74.* ubi allegat Dd. Geminatio enim præſupponit deliberationem, & mentem ſeſe obligandi firmiter *Can. ſi quis 5. cauſa. 2. q. 3. l. quingenta 12. d. probat. & præſumt. Br. in d. l. cùm ſcimus 22. n. 11.* Hinc *Bl.* ſcribit *in cap. cum te n. 2. d. Reſcript.* verba geminata ſignificare præciſam intentionem ſcribentis. Idem *Coler. conſil. 30. num. 30. cum duob. ſequentib. num & Hardewigus Daſſelius lib. 1. conſil. 4. n. 14. & tribus ſequentib.*
23 † Sic etiam confeſſio, quæ fit in Teſtamento, vel aliâ ultimâ voluntate, contra Teſtatorem, ſi videlicet fateatur, ſe Titio debere centum florenos, plenè probat, quia exiſtimatur jurata, cùm mors ſit loco juramenti, & habeat vim juramenti, eò quod quilibet præſumatur memor ſalutis æternæ, nec velle mori in peccato cum mendacio *Can. ſancimus 26. cauſa 1. q. 7. l. fin. C. ad l. Jul. repetund. Andr. Gail. lib. 2. pract. obſ. 43. n. 2.*
24 † Quando verò vergit confeſſio Teſtatoris in alterius præjudicium, nihil probat. Exempli gratiâ, Pater confeſſus eſt in Teſtamento, filium commiſiſſe ingratitudinem, ex cauſis relatis in *novell. Ut cum de appellatione cognoſcitur &c. 115. cap. aliud quoque capitulum 3.* & propterea eum exheredavit: Quo

Digitized by Google

caſu non creditur aſſertioni Patris, ſed propter præſumtionem, quæ
eſt pro filio, heres tenetur probare cauſas ingratitudinis eſſe veras.
*d. cap. 3. in pr. ibi: niſi forſan probabuntur ingrati & auth. non licet.
C. de liberis præterit. vel exhered. Gloß. magna in l. ult. quod met.
cauſa geſt. erit. Clar. lib. 3. ſentent. §. Teſtamentum q. 40. n. 4. & 5. pr.*
ſcribit hanc eſſe communem concluſionem. † Nihil etiam 25
probat confeſſio; quæ fit confeſſori ad exonerationem conſcientiæ,
in foro pænitentiali. Wann einer ſeinem Beichtvater etwas be-
kandt. Quare ſiquis ſacerdoti in pœnitentiâ ſeu in formâ confeſſio-
nis confeſſus eſt, ſe homicidium, ſtuprum, adulterium vel aliud cri-
men commiſiſſe, illudque poſteà patefactum fuit, vel ab ipſo ſacer-
dote, vel ab alio, qui fortè talem confeſſionem, coram ſacerdote
factam, audivit, tunc talis confeſſio confitenti non nocet, neque
probat in judicio ſeculari, quia dicitur Deo non homini, aut non ut
homini, ſed ut ſacerdoti & Dei vicario facta *cap. ſi ſacerdos 2. d.
offic. judic. ordinarii.* Unde ſacerdos revelans tenetur ad intereſſe,
& actione injuriarum conveniri poteſt. *l. 1. §. ſi quis 38. depoſ. vel
contra,* inciditque in pœnam *cap. omnis 12. d. pœnitentiis & remiſſion.*
ubi ſcribit Pontifex, quòd talis non ſolùm à ſacerdotali officio de-
ponendus, verùm etiam ad agendam pœnitentiam perpetuam in
arctum monaſterium detrudendus ſit: His addatur *can. ſacerdos 2.
d. Pænitentiâ diſt. 6. & Vincent. Caroc. tract. de Revelatione confeſ-
ſionis.* † Duo tamen excipiuntur caſus, in quibus ſacerdoti 26
licet revelare ea, quę in confeſſione audivit, quorum unus eſt, quan-
do pœnitens ſacerdoti licentiam conceſſit revelandi ea, quæ in con-
feſſione audivit. *Canoniſtæ in cap. ſignificaſti 5. de adulteriis & ſtu-
pro,* quia licet pœnitenti renunciare juri in favorem ſuum introdu-
cto *l. ſi quis 29. C. d. Pact. l. ſi quis 51. C. d. Epiſcop. & Cleric. & No-
vell. d. argentariorum contractibus 136. cap. ſancimus 1.* Hoc tamen
procedit, ſi ſacerdos qui dicit, ſe licentiam à pœnitente habuiſſe, bo-
næ ſit famæ, & jurejurando id confirmet, atque pœnitens ei non
contradicat. *Maſcard. d. Probat. concluſ. 1286.* † Alter caſus 27
eſt, ſi ſacerdos idem aliunde, ſeu aliâ viâ, extra confeſſionem, ante
vel poſt eam reſciverit. Quo tamen in caſu ſacerdoti dicenti ſe extra
confeſſionem id reſciviſſe, non creditur, niſi id probet, & ſi non
pro-

Digitized by Google

probat, extra ordinem puniendum arbitrio judicis, communiter cenſent Canoniſtæ: quod tamen de ſacerdote malæ famæ intelligendum putat *Martinus Delrio lib. 6. diſquiſitionum Magicarum c. 1. ſect. 2. pag. mihi 913.*

De
Probationibus.
Titulus XIX.

Summaria.

Locus tractandi de probationibus. 1.
Probationis etymon. 2.
Definitio, ejusque per partes explicatio. 3.
Diviſio (1) in artificialem & inartificialem. 4. (2.) *In plenam & ſemiplenam.* 5. *Hæc an detur?* 6. *Unde oriatur?* 7.
Cui incumbat probatio? 8.
Reus non tenetur actori ad eam edere inſtrumenta. 9.
Quando actor plenè probavit, non tenetur jurare. 10.
Quid ſi actor & reus probet? 11.
Onus probandi interdùm transfertur ad reum. 12.
Probanda ſunt facta. 13. *An & quæ?* 14.
Articuli impertinentes non admittuntur. 15. *Niſi in dubio.* 16.
An etiam quæ juris, probanda? 17.
Probatio debet eſſe certa. 18. *Fieri poſt L. C.* 19. *Et intrà dilationem à judice conceſſam.* 20. *Ubi J. Saxon.*
De probatione virginitatis. 21. *Ubi latè excutitur c. 4. h. &* 22.
Filiatio quomodo probetur? 23. 25. *Ubi dubiis reſpondetur.*

Spe-

Species & explicatio c. 10. h. t. 24.
Probantur limites per libros antiquos. 26. *Teſtes.* 27.
Famam. 28. *Et alia adminicula.* 29.
De fine & effectu probationis. 30.

DE Confeſſionibus actum eſt in titulo proximè præcedente, per quas relevatur actor ab onere probandi. Quia verò reus non ſemper confitetur, ſed interdum etiam negat, reoque negante, actori & non reo, onus probandi incumbit, *l. ei incumbit. 2. de probation. & præſumt. l. qui accuſare 4. C. d. Edend. can. 1 & 2. cauſa 6 q. 5.* ideò poſt Titulum *de confeſſis* meritò tractatur *de probationibus.* Rectè autem probationis tractatio conjecta eſt in hunc librum ſecundum Decretalium, in quo agitur de iis, quæ ad judicium pertinent, quia maxima pars judicii conſiſtit in cauſæ cognitione *§. judices 9. C. d. Judic.* quæ in eo verſatur, ut judex ex iis, quæ acta & probata ſunt, cognoſcat, quam ſententiam ferre debeat. *Donell. ad Rub. C. de probat. n. 2. & 3.* Rectè etiam inter medios contractus agitur de Probationibus *in libro quarto Codicis*, quia in contractibus quoque probatione eſt opus. Tractat autem Compilator Decretalium de probationibus primò in genere, quod fit in *h. tit. 19.* poſteà in ſpecie, ut *in titulis ſeqq.* quod etiam in Codice & Pandectis factum eſt *Gloſſ. Joan. Andreæ & Abb. hîc.* † Et dicitur *probatio à probo*, non quaſi probè agat, qui probat hoc quod intendit, ut putat *Gloſſ. ad rubr. C. de probat.* ſed quòd faciat, ut judici id, quod probat, *probum* & rectum videatur *Franciſcus Duar. in Comm. de Probationibus c. 2. & Donell. in operibus prioribus ad Tit. de Probat. c. 1.* † Definitur autem probatio, quod ſit rei dubiæ judici, ut ſententiam ferre poſſit, legitimè facta oſtenſio. *Oſtenſio eſt l. cum de indebito 25. in fin. princ. §. 1. § ſed hæc ita 2. & §. ſed hæc 4. d. Probat. & præſumt. l. ex perſona 3. l. proprietatis 4. & l. ad probationem 21. C. de Probat.* Eſt autem *oſtenſio rei dubiæ*, quia in his, quæ ſatis manifeſta ſunt, & judici nota, meritò non eſt requirenda probatio *cap. ſuper eo 3. d. Teſtib. cogend vel non.* Nam quorſum attinet, rei ſatis demonſtratæ fruſtra aliquid adjicere, ac interim litigatores temporis ac ſumtuum jacturâ gravare? *l. 1. §. ſi quis 8. d. Dot. præ-*

 legat.

Digitized by Google

legat. Quia verò probatio fit judici, & non adverſario *l. quinquaginta 12. inf. d. probat. & præſumt. l. cum precibus 18. C. d. probation.* ideo vocem, *judici*, poſuimus in definitione. Porrò diximus, *ut ſententiam ferre poſſit*, quia ideò fit probatio, ut judex intelligere poſſit, quomodo ſententiam ferre debeat *l. eum quem 79. §. 1. d. judic. & ubi quiſque ager. l. ob carmen 21. § fin. d. Teſtib.* Denique addidimus verba, *legitimè facta*, propter *d. l. proprietatis 4. l. Lucius Titius 4. in fin. princ. d. Teſtamento militis, & d. l. cum de indebito 25. in*
4 *princ.* † Dividitur probatio 1. in artificialem, & in inartificialem. Quæ diviſio profecta ab Ariſtotele, omnium ferè conſenſum meruit, referente *Quintiliano lib. 5. c. 1.* Artificialis probatio eſt, quæ ex ipſa tantùm causâ, & non ab externâ ſimpliciter re ſumitur; & quia arte eruitur, artificialis probatio dicitur. Inartificialis verò probatio eſt, quæ ad fidem faciendam extrinſecùs aſſumitur, ut à teſtibus, ſcripturâ, famâ, tormentis, indiciis &c. Hæc probatio ideò dicitur inartificialis, non quòd res, à quibus ſumitur, arte non tractentur, ſed quod ad eas inveniendas, licèt maximè quæſieris, nihil ars prodeſt. An ſint enim teſtes, vel tabulæ ejus rei, qua de quæritur, aliorum admonitu tantùm, non arte aut ingenio conſequimur. *Joan. Robert. lib. 4. ſentent. jur. cap. 1. & Donell. d. loc.*
5 *cap. 5.* † Deinde faciunt Dd. probationem aliam plenam, & aliam ſemiplenam. Plena dicitur, quæ tantam fidem facit, quanta ad definiendam controverſiam ſufficit. Hujus probationis ſex enumerat ſpecies *Joannes Oldendorpius d. probationibus tit. quotuplex ſit probatio*, quarum prima fit per duos aut plures teſtes omni exceptione majores *l. in teſtimoniis 2. l. teſtium 3. & l. ubi numerus 12. d. Teſtib.* Secunda per inſtrumenta, h. e. ſcripturas fide dignas *l. Divus 6. de cuſtod. & exhibit. reor.* Tertia per confeſſionem in jure factam *l. 1. d. Confeſſ. & l. unic. C. eod. tit.* Quarta per notorietatem ſeu evidentiam facti *l. quod ait 23. in pr. ad L. Jul. d. adult. l. ſi irruptione 8. §. 1. fin. regund.* Quinta jurejurando *l. 2. d jurejurando.* Sexta per præſumtionem ſeu conjecturam, quam Dd. juris & de jure appellant *l. Labeo 2. §. 1. d. pact.* Quibus ſpeciebus *Dd. ad l. ult. C. de pœnâ judicis, qui malè judicavit*, annumerant Doctorum autoritatem, ſeu communem opinionem

arg.

Digitized by Google

arg. l. unic. pr. d. offic. quæſtor. Semiplena probatio eſt, per quam
rerum geſtarum fides aliqua fit judici, ſed non tanta, ut jure poſſit
movere eum ad ferendam in hanc partem ſententiam *Oldendorp.*
d. loc. tit. d. Semiplenâ probatione. † Quamvis autem ne- 6
gent dari ſemiplenam probationem *Cujac. ad cap licet univerſis*
23. d. Teſtib. & atteſtat. Donell. lib. 24. Comm. jur. civil. c. 19. Anton.
Faber. d. Errorib. pragmatic decade 19. Errore 1. & Henricus Bocer.
d. quæſtionib. & tortur. c. 5. n. 22. Rectiùs contrarium ſtatuit *gloſſa*
ad l. in bona 3. in verbis: decidi oportet. C. d. reb. credit. quam
Dd. comm. ſequuntur. Nam duo teſtes faciunt plenam probatio-
nem *l. ubi numerus 12. d. Teſtib. can. ſi teſtes 3. verſ. ubi numerus.*
cauſa 4. q. 2. & 3. & cap. In omni 4. d. teſtib. & atteſtat. Ergò u-
nus teſtis facit probationem ſemiplenam, ut idem juris ſit de
parte, quoad partem, quod eſt de toto, quoad totum. *l. quæ de to-*
to 76. d. R. V. Deinde ſcribitur *in cap. ult. verſ. ſanè ſi actor. d. ju-*
rejur. quòd reo poſſit ad oſtendendam ſuam innocentiam defer-
ri jusjurandum, quando actor habet pro ſe præſumtionem. Qui
locus omninò evincit, reo tunc demum deferri jusjurandum poſ-
ſe, quando actor neque plenè probat, neque etiam planè nihil
probat; ſed quando aliquid probat, ſeu ſemiplenè. Cùm enim
plenè probat actor, condemnatur reus, neque locus erit delatio-
ni jurisjurandi. Si verò nihil probat, reus erit abſolvendus, etiamſi
nihil præſtiterit *d. l. qui accuſare 4. C. de edend. & d. cap. ult. verſ.*
Sanè ſi actor &c. Remanet igitur, actorem aliquid ſeu ſemiplenè
probâſſe, quando reo defertur jusjurandum. Et ita datur ſemi-
plena probatio. Quam ſententiam etiam confirmat *Criminalis*
Conſtitutio Carolina Artic. 30. ubi hæc leguntur verba: Eine halbe
Beweiſung/ als/ ſo einer in der Hauptſache die Miſſethat gründlich
mit einem eintzigen guten/ tugendlichen Zeugen/ als hernach von
guten Zeugen und Weiſungen geſagt iſt/ beweiſet/ das heiſt und iſt
eine halbe Beweiſung/ und ſolche halbe Beweiſung macht auch ei-
ne redliche Anzeigung/ Argwohn oder Verdacht der Miſſethat etc.
† Oritur autem ſemiplena probatio non ſolùm ex depoſitione
unius teſtis, ùt ex præcedentibus conſtat, verùm etiam ex compa- 7
ratione literarum *l. comparationes 20. & auth. ad hæc C. de fide in-*

ſtrum. &c. Scripturâ domeſticâ, quæ non ſola, ſed cum aliis valet *l. inſtrumenta 5. C. d. probation. Specul. de probat. §. videndum n. 28. & Oldendorp. d. loc. verſ. Tertia ſpecies*, ſugâ *Auth. ſi verò C. ut omnes judices tàm civiles, quàm militares &c. cap. nullus 4. d. præſumt. Criminalis Conſtit. Carolina art. 25. in fin. Vid. Beuſt. ad l. admonendi 31. n. 1068. & ſeqq. de jurejur.* & ex famâ publicâ *l. teſtium 3. §. ejusdem 2. ibique gloſſ. verbo: Confirmat, d. teſtib.* Et hæc eſt communis opinio, quæ ſervatur in praxi, teſte *Salicet. ad l. ea quidem 7. n. 132. cum ſeq. C. d. accuſat. & inſcript.* quem allegat *Beuſt. d. loc. n. 1093.* qui etiam *in ſeqq. numeris* tradit, quando fama
8 non faciat ſemiplenam probationem. † Poſt ſpecies probationum videndum erit, quis probare debeat. Ubi ſciendum, ei incumbere probationem, qui dicit ſeu agit, non verò, qui negat *l. ei*
9 *incumbit 2. & l. verius 21. d. probat. & præſumt.* † Reus autem non tenetur actori edere ſua inſtrumenta, ut probare poſſit *cap. 1. h. n. t.* Unde etiam ſcribitur *in l. ult. C. de edendo*, quòd non oporteat originem petitionis ex inſtrumentis ejus, qui convenitur, fundari. Et *in l. nimis grave eſt 7. C. teſtib.* reſcribunt Impp. in eum modum: *Nimis grave eſt, quod petitis, urgeri partem diverſam ad exhibitionem eorum, per quos ſibi negotium fiat, unde intelligitis, quòd intentionis veſtræ proprias adferre debetis probationes, non adverſus ſe ab adverſariis adduci.* Rectè igitur dicitur in *l. qui accuſare 4. C. de edendo*, quòd neque juris neque æquitatis ratio permittat, ut alienorum inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas fieri debeat: quodque actore non probante, qui convenitur, etſi nihil ipſe præſtat, obtineat, *cap. ult. verſ. ſanè ſi actor, de jure-*
10 *jurand.* † Quando autem actor plenè probavit, non cogitur jurare *cap. ſicut conſuetudo 2. h. n. t.* adhibetur enim jusjurandum litis decidendæ causâ, non jam deciſæ, *l. 1. de jurejur.* Probatione autem impletâ dubitatio tollitur, ac lis pro deciſâ habetur *l. negantes 9.*
11 *C. d. obligat. & act.* † Si verò actor & reus pariter probant, quod fit in communibus judiciis, reus abſolvitur, niſi actor foveat cauſam favorabilem *cap. Ex literis 3. & ibi Canoniſtæ h. n. t.* †
12 Onus tamen probandi ab eo, qui dicit, transfertur in eum, qui convenitur, quando præſumtio eſt pro actore, *l. ſi filius 8. de probat.*

& præ-

Digitized by Google

& præſumt. ubi pater dicit, filium in ſua poteſtate eſſe, Filius verò, qui hoc negat, ſuam intentionem debet probare. Reddit autem JCtus illam rationem, quòd pro pietate, quam filius patri debet præſtare, hoc ſtatuendum ſit. Nam probabile eſt, patrem de poteſtate filii affirmantem non mentiri: & patrem à filio mendacii, aut
calumniæ inſimulari, eſt contra pietatem. † Sequitur obje- 13
ctum ſeu materia probationis. Probanda autem ſunt facta. *l. emtorem 4. d. probat.* ubi emptor probare debet, eum ſervum, de quo quæritur, antequam emeret, fugiſſe. Ratio eſt, quia niſi ante quoque eum fugiſſe probaretur, non poterit redhiberi *l. ſi apud priorē 3. C. de ædil. actionib.* Conſentit *l. patronum 6. l. quotiens 18. § 1. l. in exceptionib. 19. pr. & § 1. l. eum qui 22. l. ante omnia 23. d. probat & præſumt.*
& l. ſive poſſideatis 16. C. eod. tit. † Per facta verò intelligimus ea, 14
quæ non ſolùm dubia ſunt, atque incerta, quia probatio eſt rei dubiæ oſtenſio, & manifeſta atque notoria probationem non requirunt *cap. ſuper eo 3. d. teſtib. cog. vel non.* Verùm etiam, quæ probata proſunt probanti *l. quisquis 15. C. d. reſcind. vendit. & l. ad probationem 21. ibique Gloſſ. in verbis: non convenit. C. d. probat.* †
Articuli igitur impertinentes in judiciis non ſunt admittendi, ne 15
cum clauſulâ quidem, *ſalvo jure impertinentium & non admittendorum l. ſi duo patroni 13. § idem Julianus 2. de jurejurando ſive vol. ſiv. neceſſ.* & quia nemo onerandus eſt ſuperfluâ, vel inutili proba-
tione vel reſponſione *l. 1. §. fin. d. teſtib.* † In dubio tamen 16
debent admitti, quia ſecurius eſt ſuperfluum admittere, quàm neceſſarium omittere. *Specul. de poſitionib. verſ. ſeptimò num. 7. & 8.* quem ſequitur *Andr. Gail. lib. 1. obſ. 81. n. 2. cum ſeqq.* †
An autem & ea quæ juris ſunt, probatione opus habeant, quæri ſo- 17
let? quod quidem putat *Joan. Robert. lib. 4. ſentent. c. 1. & Obrecht. diſp. 1. d. Probat. th. 24. & ſeqq.* ſed verior eſt contraria opinio. *Specul. de Teſte §. nunc tractandum n. 23. & tit. de poſitionib. § ſeptimò n. 29.* & aliorum qui hoc negant. Nam objectum probationis eſt res dubia, ut ex præcedentibus conſtat. Jus autem non eſſe dubium ſed certum, conſtat ex *l. ideo 21. de LL. Sctisque C. & l. in omni 2. de Jur. & fact. ignor.* Deinde probatio fit judici *d. l. quingenta 12. in fin.* & juris probatio apud judicem non eſt neceſſaria, quia ei jus nō videtur

detur ignotum. *cap. ſæpè contingit 44. & ibi Philip. d. Franchis in 3. notabili d. Appell. recuſat. & relat.* Unde etiam præcipitur *in pr. J. d. offic. judic.* ut imprimis illud obſervet judex, ne aliter judicet quàm legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. Conſentit *nov. d. judicibus, & ut nullatenus cum jurejurando &c: 82. cap. omnis autem judex 13.* Non igitur jus ignorare cenſetur. Et ſi de eo aliquando dubitat, illud non à litigatoribus diſcere, ſed conſulere debet JCtos §. *reſponſa 8. J. d. J. N. G. & C. l. 2. § ult. d. Orig. jur. &c.* vel Magiſtratum, à quo datus eſt Judex *l. cum quem 79. §. 1. de judic. & ubicunque agere &c.* vel denique ipſum Imperatorem
18 *d. nov. 82. cap. ſi quod autem 14.* † Ad formam ſeu modum probationis referri ſolet, quod 1. Probatio debeat eſſe certa & liquida *l. patronum 6. d. Probat. & præſumt. l. ſi tutor 5. C. d. Pericul. Tutor. & Curator l. ſi is. 2. C. qui Teſtamenta facere poſſunt*, ut judici fidem facere poſſit de re dubia *d. l. quingenta 12. & l. 1. C. de reb.*
19 *alien. non alienand.* † 2. Quod fieri debeat poſt litem conteſtatam *cap. Exhibita 19. d. judic. cap. cùm cauſam 62. d. Appellat. recuſat. & relationib.* Hinc traditur regula *in cap. Quoniam 5. Ut lite non conteſtatâ &c.* quòd lite non conteſtatâ, non ſit procedendum ad teſtium receptionem, ubi etiam exceptiones à prædictâ regulâ
20 proponuntur, de quibus videantnr ibi *Canoniſtæ.* † 3. Et ultimò quod intra dilationem à jure conceſſam. probatio fieri debeat, quia illâ finitâ probandi poteſtas amittitur *l. 1. C. d. dilation.* De jure autem Saxonico dilatio probatoria eſt ſex ſeptimanarum, & trium dierum, LandR. *lib. 1. artic. 62. & ibi gloſſ. n. 6. Matth. Co-*
21 *ler. deciſ. 121. n. 2.* † In ſpecie autem agitur in noſtro titulo 1. de modo probandi virginitatem *cap. propoſuiſti 4. & cap. cauſam 14.* In *d. cap. 4.* talis proponitur facti ſpecies: Orta eſt quæſtio de concubitu atque congreſſu inter maritum & uxorem ejus. Hæc enim coram delegatis judicibus proponebat, ſe nec à viro cognitam, nec cognoſci potuiſſe; idque non ſolùm juramento ſuo, verùm etiam ſeptem mulierum teſtimonio, quæ eam per aſpectum corporis virginem adhuc eſſe aſſeverabant, confirmabat. Maritus verò contra jurabat, ſe uxorem ſuam cognoviſſe. Unde quæritur cui ſit potiùs fides habenda? Ad quam quæſtionem reſpondit Pontifex, potiùs

jura-

Digitized by Google

juramento puellæ,& teſtimonio illarum ſeptem mulierum eſſe credendum. Ratio dubitandi una deſumitur *ex cap. continebatur 6 d. deſponſ. impuber.* ubi ſcribitur, ſi vir dixerit quòd uxorem ſuam cognoverit, idque firmaverit juramento, & mulier negaverit, viri ſtandum eſſe veritati. Idem dicitur in *cap. 1. d. Frigid. & maleficiat. Cap. duo pueri 12. de deſponſat. impub. & in can. ſi quis, 3. cauſa 33. q. 1.* ubi illa allegatur ratio, quòd vir ſit caput mulieris, unde ei magis credendum, quàm mulieri. Altera dubitandi ratio deſumitur *ex Can. nec aliqua 4. cauſa 27. q. 1. & cap. pen. h. n. t.* ex quibus textibus apparet, manus & oculos obſtetricum ſæpè falli. Et conſtat ex *Cujac. lib. 17. obſ. 27. & Alberici Gentilis lib. 7. d. nupt. c. 9.* ab obſtetricib. deprehendi non poſſe, an virgo ſit. Ratio autem decidendi eſt, quod probatio plena præferatur probationi minùs plenæ *Cap. fin. de Jurejur.* ſed probatio, quæ fit per juramentum mariti, eſt minus plena *cap. licet univerſis 23. d Teſtib. & atteſtat. & l. jurisjurandi 9 §. 1. C. d. Teſtib.* Probatio verò, quæ fit per juramentum uxoris, atque teſtimonio ſeptem mulierum, quæ deponunt, aliquam eſſe virginem, quia eam inſpexerunt in loco, ubi deprehendi ſolet virginitas, & invenerunt eam talem eſſe, eſt plena probatio *d. cap. 4. & d. cap. cauſam 14.* Ob quam etiam cauſam alteri probationi, quæ facta eſt per jusjurandum mariti, meritò præfertur. Ad priorem autem rationem dubitandi poteſt reſponderi, eam procedere, quando mulier non probat contrarium per aſpectum corporis *d. cap. 4. ibique Gloſſ. voc. puellæ & d. cap. cauſam 14. Gloſſ. ad d. cap. continebatur 6. in verbis: Viri ſtandum eſt veritati, & ibi Hoſtiens.* Aliter reſpondet *Cujac. ad d. cap. 4.* probationi per aſpectum corporis locum eſſe, ſi non multò poſt contractum matrimonium queratur puella de imbecillitate viri. Nam ſi multò poſt quædam inſtituat hac de re, viro potius credendum eſſe, tanquam capiti, quàm mulieri. Quæ ſolutio probatur *ex d. cap. 1. d. Frigid. & malefic.* Ad poſteriorem verò rationem dubitandi dicimus, quamvis oculi & manus obſtetricum aliquando fallantur, propterea tamen non ſemper rejici earum teſtimonium, ſed tunc demùm, quando dubitatur, an in virginitatis exploratione fuerint deceptæ, quo caſu vult Pontifex, ut adhuc honeſtæ matronæ, providæ, ac prudentes

depu-

deputentur ad inquirendum, utrùm mulier virginitatis privilegio
22 ſit munita vel non *d. cap. 14.* † Qui textus ut *& d. c. 4. atque cap. fin. d. frigid. & malef.* ſatis probant, per fœminarum inſpectionem virginis integritatem explorari poſſe. Et hæc etiam eſt communis opinio, teſte *Didac. Covarruv. d. matrim. part. 2. cap. 3. §. 1.*
23 *n. 20.* † 2. Agitur *in hoc Tit.* de modo probandi filiationem, & quidem *in cap. per tuas 10.* ex quo notari ſolet, filiationem probari per communem reputationem, & nominationem parentum.
24 † Species autem facti talis ibi proponitur: Quidam civis Tiburtinus habuit concubinam per ſeptennium, quæ nullos ex eo ſuſcepit liberos; poſtea à Concubinario divertens, & ad ipſum non poſt multum temporis rediens, peperit filium, quem ex prædicto concubinario ſe ſuſcepiſſe aſſeruit. Concubinarius verò ab initio negat, ſuum eſſe filium, poſtea inſtantiâ atque importunitate prædictæ Concubinæ victus, ſuum filium publicè faſſus eſt. Cùm autem iſte filius ad virilem pervenit ætatem, Sophiam, neptem memorati concubinarii ſubarrhavit, atque carnaliter cognovit. Poſtea concubina, mater filii, juravit ſe eum non ex concubinario ſuſcepiſſe, ſed ex alio. Unde quæritur, an ſtandum ſit mulieris hujusmodi jurijurando, & conſequenter, an prædictus filius Sophiam poſſit habere in uxorem? Ad quas quæſtiones reſpondet Pontifex negativè. Duo autem occurrunt *in h. cap.* quorum ratio reddi debet. Unum eſt, quòd concubinarius initiò negavit filium ſuum eſſe, quem peperit concubina. Ejus igitur aſſertioni debuiſſet meritò ſtari, qui à primo dicto teſtis ſolet credi, non ſecundo. *cap. cum in tua 44. d. Teſtib. & atteſtat.* Et ſi ejus filius fuiſſet, procul dubio hoc non negâſſet concubinarius, quia commota eſſent viſcera ejus ſuper filio *cap. afferte 2. de præſumtion.* Omnem enim affectum vincit paternus *l. fin. in pr. C. de Curatore furioſi vel prodigi.* Verùm ideò non ſtatur hîc, ſecundùm Hoſtienſem, primo Concubinarii dicto, quià non deliberatò, ſed irato animo, quòd concubina ab eo diverterat, videtur illud protuliſſe. Sed hæc ratio non habetur in textu. Deinde *inquit Hoſtienſis*, magis credendum eſſe mulieri, quæ de ſeminis effuſione erat certior *cap. videtur 3. Qui matrimon. accuſare poſſunt.* Verùm nec hoc dicitur *in d. cap.* ſed quòd parentes in cauſa matri-

matrimoniali teſtificari poſſint ſuper conſanguinitate & contractu. Rectiùs igitur dicitur quod primo Concubinarii dicto ideò non ſit ſtandum 1. quià mater conſtanter aſſeruit, ſe de dicto concubinario ſuſcepiſſe iſtum filium 2. Quià ipſe concubinarius pro ſuo filio eum poſtea publicè recognovit. 3. Quià pro filio Concubinarii communiter fuit habitus, *d. cap. per tuas 10. verſ. Quia verò mulier &c.* 4. Quia hoc ſuadet favor filiationis ſeu prolis, *Gloſſ. in d. cap. verbo: infirmare.* Favorabilius autem & honorabilius eſt hoc filio, quàm ſi vulgò dicatur conceptus *Auth. licet patri C. de naturalib. liber. &c. Abbas in cap. 10. n. 2.* Errat igitur *Hoſtienſis*, exiſtimans, nullum hîc conſiderari poſſe favorem, cùm proles ſit illegitima. Denique quià natus domi ex concubinâ, præſumitur filius Concubinarii. *Gloſſ. notabilis ad cap. Michaël 13. de Filiis Presbyteror.* alterum eſt, quod dicitur *in d. cap. 10.* mulieri, quæ primitùs conſtanter aſſeruit, ſe ex concubinario filium ſuſcepiſſe, poſtea juranti contrarium, non credi. Cujus rei illam affert Pontifex rationem, quòd nimis indignum ſit, ut, quod ſuâ quiſque voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare. Deinde ſi variatio licita eſſet, poſſent pro lubitu parentes filios ſuos à ſuâ curâ, & ſucceſſione repellere, negando filiationem proprio juramento, quod eſt abſurdum. *Abb. ad d. cap. 10. n. 9.* Præterea mater, quæ juravit, propter periculum animæ, quod hîc ſubeſt, non eſt audienda, quia hoc loco agitur de matrimonio contrahendo inter filium natum ex concubinâ, & Sophiam neptem concubinarii, qui, ut dictum fuit, pater præſumitur. Denique ſi matri juranti crederetur, & filius iſte Sophiam duceret uxorem, magnum indè ſcandalum oriretur, quia filius hic communiter habitus eſt pro concubinarii filio. Scandalis autem obviandum eſſe, dubium nullum eſt. *Hoſtienſ. de cap. 10.*

† Ex his quæ dicta ſunt, conſtat, nominationem parentum probare filiationem. Quod videtur pugnare, cum *l. non nudis 14. C. de probation.* in qua ſcribitur, non nudam aſſeverationem parentum probare filiationem. Et conſtat ex *l. Lucius Titius 83. d. condit. & demonſtr.* probationem filiationis eſſe impoſſibilem. Ad quos textus reſponderi ſolet, diſtinguendo inter veram ſeu neceſſariam probationem, & præſumtivam. Præſumtivè 25

probatur filiatio per nominationem Parentum *d. cap. 10.* ut per nuptias *l. quia ſemper 5. d. in jus voc. & l. filium 6. d. his, qui ſui vel alien. jur. ſunt.* Verè autem, ſeu neceſſariò filiatio probari non poteſt *d. l. Lucius Titius & d. l. non nudis.* filiorum enim procreatio non poteſt cadere in certum hominis ſenſum, cùm teſtificari nemo poſſit, talem ab illo genitum aut conceptum fuiſſe. Scribit tamen *Br. ad l. 1. n. 2. C. quor. bonor.* filiationem poſſe verè & neceſſariò probari, cùm vir & uxor ſunt incarcerati & recluſi per annum, & duo ſteterunt ad cuſtodiam. Hi enim, inquit, poterunt teſtificari de veritate, quòd filius ibi natus ſit filius illius viri, quia alius non intravit, nec ingredi potuit, quin ipſi vidiſſent. Quia verò cuſtodes iſti nihil de coitu, nihilque de conceptione atteſtantur, ſed potiùs per obliquum id docent, putat *Gabriel Palaotus tract. de notis ſpuriisq; filiis cap. 21. n. 8.* hanc non eſſe certam & veram probationem filiationis. Quem refutat *Jacobus Menoch. lib. 2. d. arbitrar.*
26 *judic. caſ. 89. n. 18.* † Denique agitur *in cap. cum cauſam 13. h. n. tit.* de limitum probatione, quæ difficilis eſt, & non uno, ſed variis modis fieri poteſt. Dicit autem 1. Pontifex *in d. cap. 13.* Limites probari per libros antiquos, ut ſunt libri cenſuales ſive æſtimi, ubi cenſus, collectæ, tributa &c. inſcribuntur *l. cenſus 10. d. probat. & præſumt. l. forma cenſuali 4. d. cenſibus & cap. ad audientiam 13. de præſcriptionibus*, de quibus tractat *Paul. Matth. Webner. practicar. obſervat. in voc.* Saalbuch. & *Maſcard. vol. 1. d. probat. concl. 398.* qui tamen requirit *n. 4.* ut ejuſmodi libri, in cuſtodiâ publicâ reſerventur, quod etiam vult *Hoſtienſ. in d. cap. cum cauſam 13. verſ. mandamus. Abb. in fin. princ. Hieronymus d. Monte tract. d. finib. regund. c. 62.* & probatur per *dict. cap. ad audientiam 13. & d. l. cenſus 10.* quod videtur tutius & melius eſſe *Webn. d. loc. voc.* PrivatRegiſter. Quando verò non agitur de magno, ſed parvo præjudicio, indiſtinctè probant libri antiqui plenè *Abb. in d. cap. cum cauſam 13. n. 1.* Creditur etiam ſcripturæ, quæ in aliquâ columnâ vel lapide reperitur. *Gloſ. in d. cap. 13. in verb.* per libros antiquos, quæ allegat *Canon. ſanè cauſa 24. q. 2.* Alii verò huic ſcripturæ non multum tribuunt propter *l. monumentorum 16. C. d. Relig.*
27 *& ſumt. funer*, Videatur *Gædd. ad l. nomen 164. n. 6. d. V. S.* † Deinde

Digitized by Google

inde ſcribit Papa *in d. cap. cùm cauſam 13.* probari limites per teſtes, licèt teſtes perpetui non ſint. Nemo enim ultra centum annos vivere præſumitur, quia is finis vitæ longævi hominis eſt, ut ſcribitur *in l. an uſusfructus 56. de uſufr. & quemadmodum quis utatur fruat.* ideoque antiquis magis ſtatur inſtrumentis, quam teſtibus. *Andr. Knich. de jure territorial. c. 3. n. 13,* Poſſuntque teſtes interdum fallere, quia memoria hominis eſt infirma *l. peregrè 44 pr. d. A. vel A poſſeſſ.* In primis autem eſt fides adhibenda teſtibus, qui ſeniores ſunt & digniores, & quantò ſunt ſimpliciores, tantò ſunt credibiliores, quia non deponunt, niſi de poſſeſſione facti, tanquam ſuis oculis ſemper aſtantes ſuper ipſis locis *l. ſi chorus 79. §. 1. de Leg. & Fideic. 3. Hieronym. d. Mont. d. tr. c. 52.* Et quamvis teſtis debeat deponere de his, quæ percepit ſenſu corporeo *l. teſtium 18. C. de Teſtibus* tamen teſtes hic de auditu deponentes admittuntur, quia verſamur in antiquis, quæ vitam hominis excedunt, & ætas noſtra capere non poteſt *cap. quotiens, 5. in verb. rei veritatem accepiſſe à majoribus ſuis d. Teſtib. & atteſtat. Myuſ. cent. 6. obſ. 26. n. 5.* Magis etiam idonei teſtes ſunt circumcolentes & vicini *l. 1. §. flumen 1. de Flumin. ne quid in flumine publico ripavè ejus fiat* videatur *Facbin. lib. 11. controverſ. cap. 69.* ubi examinat, an ſit bona ratio teſtis, de cauſa ſcientiæ interrogati, cùm dicit, ſcio quia ſum vicinus. † Præterea per famam quoque limites probari aſſerit Pontifex in *d. c. cum cauſam 13.* quod procedit de famâ antiquâ. Hæc enim ſatis probare videtur de iis, quorum memoria non habetur. *l. ſi arbiter 28. d. probat. & præſumt. Mynſing. d. obſ. 26. n. 26.* ubi etiam affert rationem. *Gloſſa* tamen *in d. l. 13. voc. teſtes* famam per ſe, niſi alia adminicula adſint, non probare putat. † Denique per alia quoque adminicula limites probari conſtat *ex fine d. cap. 13.* Nam propter difficultatem probandi limites, ſæpè ſolent recipi quæcunque alia adminicula; Quamvis enim plenè non probent, coadjuvant tamen probationes, juxta illud: Quæ non proſunt ſingula, multa juvant. *Gloſſ. in d. cap. 13. voc. adminicula, & ibi Hoſtienſ. in f.* Quando autem probationes imperfectæ conjungi poſſint, ad faciendam plenam & perfectam probationem, examinat *Abb. in d. cap. 13. n. 2.* † Supereſt finis probationis & effectus. Ille eſt, ut ju-

28 29 30

ut judex intelligere poſſit, qualem ſententiam ferre debeat. *l. eum quem 79. §. 1. d. judic. & ubi quùque ager. vel conv. l. teſtium 3. §. ejuſdem 2. & l. carmen 21. §. ult. d. teſtib.* Hic verò in eo conſiſtit, quòd judex pro eo ſententiam ferre debeat, qui ſuam intentionem probavit. Si enim nihil aut non ſufficienter probatum eſt, reus abſolvitur, etſi ipſe nihil præſtiterit. *l. qui accuſare 14. C. d. edendo & cap. ult. verſ. ſanè ſi actor d. jurejurand.*

Notabilia.

1. Reus actori ſua inſtrumenta propria edere non tenetur. *cap. 1.*

2. Actor qui plenè probavit, non debet compelli jurare *c. ſicut 2.*

3. In judicio finium regundorum utraque perſona vices duorum habet, videlicet actoris & rei *cap. Ex literis 3.*

4. Promtiora ſunt jura ad ſolvendum, quàm ad condemnandum, præterquàm in cauſâ liberali, in quâ ſi utriusque partis teſtes æquales fuerint pro libertate ſententia ferri debet *d. cap. 3. verſ. quod ſi ambarum &c.*

5. Probatur virginitas teſtimonio ſeptem mulierum, quæ per aſpectum corporis fœminam eſſe virginem aſſeverant. *cap. propoſuiſti 4.*

6. Verbum illud, *minor annis*, duobus poteſt modis intelligi, cùm & qui minor eſt 14. annis, & qui 25. dici ſoleat minor annis *c. In præſentiâ 8. verſ. cum verbum illud &c.*

7. Intelligendus non eſt ſine herede decedere, qui monaſterium ſibi heredem inſtituit *d. cap. 8. verſ. ſed & ſi teneret &c.*

8. Duo inſimul eandem rem & eodem modo in ſolidum posſidere non poſſunt *cap. licet 9. verſ. Ex præmiſſis &c.*

9. Nimis indignum eſt, ut, quod ſua quisque voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare *cap. per tuas 10. circa fin.*

10. Negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio *cap. quoniam 11. in princ.*

11. Fal-

Digitized by Google

11. Falſitas non debet veritati præjudicare; neque iniquitas prævalere æquitati *d. cap. 11. in princ.*

12. Sæpè manus fallitur, & oculus, obſtetricum *cap. causam 14.*

De Teſtibus & Atteſtationibus.
Titulus XX.
Summaria.

Continuatio. 1.
Diſceſſum ab Accurſio. 2.
Argumentum tituli. 3.
Teſtes ſint idonei. 4. *Quinam illi?* 5.
Prohibentur in totum ſervi, furioſi, mente capti, pupilli. 6. *Infames.* 7. *Excommunicati majori excommunicatione.* 8.
Certo reſp. & pro parte qui teſtes eſſe poſſint? 9.
In quibus cauſis adhiberi poſſint teſtes? 10.
De teſtium numero. 11.
Unius teſtimonium an probet? 12.
Duo an ſufficiant? 13.
Plures duobus ubi requirantur? 14. 15. 16. 17. 18. 19.
De examinatione teſtium. 20.
Debent citari. 21. *Poſſunt compelli.* 22. *An etiam in criminalibus?* 23. 24. *Tenentur omnes comparere.* 25. *Exceptio.* 26. 27. *Ubi de perſonis egregiis.*
De productione teſtium. 28. *An poſſit fieri aliquoties?* 29. *Explic. c. 55. h. t.* 30.
Unde cognoſci poſſit, an una ſit teſtium productio, an plures? 31.

Debet pars adverſa citari. 32.
De tempore teſtium examinandorum. 33.
Debent jurare. 34. *Jejuni.* 35. *Ante depoſitionem.* 36. *Sed de quo?* 37.
Modus examinandi. 38.
Modus deponendi. 39.
De publicatione teſtium. 40.
De atteſtationibus. 41.

1 QUia in Titulo proximè præcedente de probationibus in genere actum eſt, ideò ſequuntur nunc probationum ſpecies, & primò quidem probatio, quæ fit per teſtes de qua agitur *in h. t. 20.* Quòd autem *hic Titulus*, ut & *ſequens 21.* præcedant Titulum de fide inſtrumentorum, *Gloſſa* eam *hic* adſignat rationem, quòd probatio, quæ fit per teſtes, cùm fiat vivâ voce, ſit fortior & efficacior reliquis probationum ſpeciebus. † Quam rationem rejicit
2 *Accurſ. ad rubr. Tit. ff. d. Fide inſtrumentor.* exiſtimans, probationem, quæ fit per vocem mortuam, eſſe validiorem illâ probatione, quæ per vocem vivam fit. A quibus nos recedimus, putantes, utriusque ſpeciei eandem vim atque poteſtatem eſſe *l. in Exercendis 15. C. d. Fide Inſtrumentor. Cujac. in ϖ. d. t. & Weſenb. in Comm. ad Tit. Pand. d Teſtibus n. 1.* Unde etiam in libris Digeſt. *Titulus d. Fid. Inſtrument.* præcedit Titulum *de Teſtibus* in Codice verò *d. Titulum ſequitur.* Parùm igitur refert, de Teſtibus an de Inſtrumentis prio-
3 ri loco agatur. *Giphan. in Oecon. jur ad lib. 22. Pand.* † Habet autem hæc rubrica duas partes, quarum una eſt de Teſtibus: altera de atteſtationibus. In Teſtibus, qui ad fidem rei controverſæ faciendam arceſſuntur, & antiquitùs ſuperſtites dicebantur, eò quod ſuper cauſæ ſtatu proferebantur *cap. Forus 10. verſ. Teſtes antiquitus d. V. S.* duo conſideranda ſunt, Teſtium adhibitio, & eorundem examinatio. In adhibitione agitur de tribus. 1. De Teſtium qualitate. 2. De cauſis, in quibus adhiberi poſſunt Teſtes. 3. De numero Teſtium.
4 † Primò qualitas deſcribitur *in pr. l. 1. de Teſtib.* quòd tales debeant adhiberi, quorum fides non vacillat. Et in *cap. 1. h. t. n.* dicitur ido-

idoneos in Teſtimonium eſſe aſſumendos. † Omnes autem 5
ſunt idonei, qui non prohibentur *d. l. 1. §. adhiberi 1. & cap. ult. d.*
præſumt. Gloſſ. ad h. n. rub. & ad cap. 1 h. t. n. Prohibentur autem
eſſe teſtes alii in totum, alii pro parte ſeu certo reſpectu. † In to- 6
tum prohibentur teſtes eſſe ſervi *l. quoniam 11. C. d. Teſtibus*, adeò
ut etiam parte non opponente, judicis officio à teſtificando repelli
poſſint, *Farin. d. Teſtib. q. 54. n. 166.* illorum tamen reſponſo tunc
credendum eſt, cum alia probatio ad eruendam veritatem non eſt
l. ſervi 7. de Teſtib. Prohibentur etiam in totum furioſi, mente ca-
pti, pupilli *l. teſtium 3 §. lege Julia 5. l. inviti 19. §. 1. d. Teſtib.* †
Et infames *d. l. 3. § 5. in fin. Nov. d. Teſtib. 90. cap. 1. Cap. licet 4. cap.* 7
Teſtimonium 54 cap. ult. h. n. t. & cap. 1. d. Except. Ratio eſt, quia
ferre teſtimonium eſt honor & dignitas *can. præceptum 21. in fin.*
cauſa 32. q. 5. Speculat. d. Teſte n. 29. Nepos de monte Albano libr. de
Exceptionib. reor. rubr. d. Except. contra teſtes pag. m. 53. verſ. Item
ſcire debes. Farinac. d. Teſtib. q. 56. n. 28. Infames autem ad dignita-
tem non admittuntur *l. neque 2. C. d. dignitat. lib. XII.* † Deniq; ex- 8
communicati majori excommunicatione in totum repelluntur à
teſtimonio ferendo *cap. Excommunicamus 13. verſ. credentes d. Hæ-*
reticis. † Pro parte verò ſeu certo reſpectu prohibetur quis 9
eſſe teſtis. (1.) in re ſua *l. nullus 10. d. Teſtib. & l. omnibus 10. C. d. t.*
(2.) mulier in teſtamento *l. qui Teſtamento 20. §. mulier 6. qui Teſta-*
menta fac. poſſ. & §. teſtes 6. J. d. Teſtamentis ordinand. ut & in cau-
ſis feudalibus *cap. ſive clericus verſ. de veteri &c. Qui teſtes ſunt ne-*
ceſſarii ad novam inveſtituram probandam 2. Feud. 32. (3.) Laicus
contrà clericos *cap. d. cætero 14. h. n. t.* (4) Libertus contrà Patro-
num *l libertorum 12. C. d. Teſtib. d. l. Teſtium 3. §. lege Julia 5.* (5.)
Hæreticus vel Judæus contrà Chriſtianum *l. quoniam 21. C. d. Hæ-*
ret. & Manich. (6) Domeſticus in cauſa Domini vel parentis *l. ido-*
nei 6. & l. teſtes 24. d. Teſtib. l. etiam 3. C. eod. Tit. De reliquis, qui
etiam prohibentur eſſe teſtes, videatur *Specul. d. Teſte. Maſuerius in*
practicâ forenſi Tit. de Teſtib. & Donell. d. Teſtib. cap. 1. & aliquot
ſeqq. † Secundò poſſunt adhiberi teſtes in criminalibus cau- 10
ſis, & in pecuniariis litibus, ſicubi res poſtulat *d. l. 1. §. adhiberi quoq;*
1. d. teſtib. non tamen ut jus probent, ſed factum tantùm *l. ſive 16. C.*

d. pro-

detur ignotum. *cap. ſæpè contingit 44. & ibi Philip. d. Franchis in 3. notabili d. Appell. recuſat. & relat.* Unde etiam præcipitur *in pr. J. d. offic. judic.* ut imprimis illud obſervet judex, ne aliter judicet quàm legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. Conſentit *nov. d. judicibus, & ut nullatenus cum jurejurando &c: 82. cap. omnis autem judex 13.* Non igitur jus ignorare cenſetur. Et ſi de eo aliquando dubitat, illud non à litigatoribus diſcere, ſed conſulere debet JCtos §. *reſponſa 8. J. d. J. N. G. & C. l. 2. § ult. d. Orig. jur. &c.* vel Magiſtratum, à quo datus eſt Judex *l. cum quem 79. §. 1. de judic. & ubiquinque agere &c.* vel denique ipſum Imperatorem
18 *d. nov. 82. cap. ſi quod autem 14.* † Ad formam ſeu modum probationis referri ſolet, quod 1. Probatio debeat eſſe certa & liquida *l. patronum 6. d. Probat. & præſumt. l. ſi tutor 5. C. d. Pericul. Tutor. & Curator l. ſi is. 2. C. qui Teſtamenta facere poſſunt*, ut judici fidem facere poſſit de re dubia *d. l. quingenta 12. & l. 1. C. de reb.*
19 *alien. non alienand.* † 2. Quod fieri debeat poſt litem conteſtatam *cap. Exhibita 19. d. judic. cap. cùm cauſam 62. d. Appellat. recuſat. & relationib.* Hinc tradirur regula *in cap. Quoniam 5. Ut lite non conteſtatâ &c.* quòd lite non conteſtatâ, non ſit procedendum ad teſtium receptionem, ubi etiam exceptiones à prædictâ regulâ
20 proponuntur, de quibus videantnr ibi *Canoniſtæ.* † 3. Et ultimò quod intra dilationem à jure conceſſam. probatio fieri debeat, quia illâ finitâ probandi poteſtas amittitur *l. 1. C. d. dilation.* De jure autem Saxonico dilatio probatoria eſt ſex ſeptimanarum, & trium dierum, Land R. *lib. 1. artic. 62. & ibi gloſſ. n. 6. Matth. Co-*
21 *ler. deciſ. 121. n. 2.* † In ſpecie autem agitur in noſtro titulo 1. de modo probandi virginitatem *cap. propoſuiſti 4. & cap. cauſam 14.* In *d. cap. 4.* talis proponitur facti ſpecies: Orta eſt quæſtio de concubitu atque congreſſu inter maritum & uxorem ejus. Hæc enim coram delegatis judicibus proponebat, ſe nec à viro cognitam, nec cognoſci potuiſſe; idque non ſolùm juramento ſuo, verùm etiam ſeptem mulierum teſtimonio, quæ eam per aſpectum corporis virginem adhuc eſſe aſſeverabant, confirmabat. Maritus verò contra jurabat, ſe uxorem ſuam cognoviſſe. Unde quæritur cui ſit potiùs fides habenda? Ad quam quæſtionem reſpondit Pontifex, potiùs

jura-

juramento puellæ, & teſtimonio illarum ſeptem mulierum eſſe credendum. Ratio dubitandi una deſumitur *ex cap. continebatur 6 d. deſponſ. impuber.* ubi ſcribitur, ſi vir dixerit quòd uxorem ſuam cognoverit, idque firmaverit juramento, & mulier negaverit, viri ſtandum eſſe veritati. Idem dicitur in *cap. 1. d. Frigid. & maleficiat. Cap. duo pueri 12. de deſponſat. impub. & in can. ſi quis 3. cauſa 33. q. 1.* ubi illa allegatur ratio, quòd vir ſit caput mulieris, unde ei magis credendum, quàm mulieri. Altera dubitandi ratio deſumitur *ex Can. nec aliqua 4. cauſa 27. q. 1. & cap. pen. h. n. t.* ex quibus textibus apparet, manus & oculos obſtetricum ſæpè falli. Et conſtat ex *Cujac. lib. 17. obſ. 27. & Alberici Gentilis lib. 7. d. nupt. c. 9.* ab obſtetricib. deprehendi non poſſe, an virgo ſit. Ratio autem decidendi eſt, quod probatio plena præferatur probationi minùs plenæ *Cap. fin. de Jurejur.* ſed probatio, quæ fit per juramentum mariti, eſt minus plena *cap. licet univerſis 23. d Teſtib. & atteſtat. & l. jurisjurandi 9 §. 1. C. d. Teſtib.* Probatio verò, quæ fit per juramentum uxoris, atque teſtimonio ſeptem mulierum, quæ deponunt, aliquam eſſe virginem, quia eam inſpexerunt in loco, ubi deprehendi ſolet virginitas, & invenerunt eam talem eſſe, eſt plena probatio *d. cap. 4. & d. cap. cauſam 14.* Ob quam etiam cauſam alteri probationi, quæ facta eſt per jusjurandum mariti, meritò præfertur. Ad priorem autem rationem dubitandi poteſt reſponderi, eam procedere, quando mulier non probat contrarium per aſpectum corporis *d. cap. 4. ibique Gloſſ voc. puellæ & d. cap. cauſam 14. Gloſſ. ad d. cap. continebatur 6. in verbis: Viri ſtandum eſt veritati, & ibi Hoſtiens.* Aliter reſpondet *Cujac. ad d. cap. 4.* probationi per aſpectum corporis locum eſſe, ſi non multò poſt contractum matrimonium queratur puella de imbecillitate viri. Nam ſi multò poſt quædam inſtituat hac de re, viro potius credendum eſſe, tanquam capiti, quàm mulieri. Quæ ſolutio probatur *ex d. cap. 1. d. Frigid. & malefic.* Ad poſteriorem verò rationem dubitandi dicimus, quamvis oculi & manus obſtetricum aliquando fallantur, propterea tamen non ſemper rejici earum teſtimonium, ſed tunc demùm, quando dubitatur, an in virginitatis exploratione fuerint deceptæ, quo caſu vult Pontifex, ut adhuc honeſtæ matronæ, providæ, ac prudentes depu-

deputentur ad inquirendum, utrùm mulier virginitatis privilegio
21 ſit munita vel non *d. cap. 14.* † Qui textus ut *& d. c. 4. atque cap. fin. d. frigid. & malef.* ſatis probant, per fœminarum inſpectionem virginis integritatem explorari poſſe. Et hæc etiam eſt communis opinio, teſte *Didac. Covarruv. d. matrim. part. 2. cap. 3. §. 1.*
23 *n. 20.* † 2. Agitur *in hoc Tit.* de modo probandi filiationem, & quidem *in cap. per tuas 10.* ex quo notari ſolet, filiationem probari per communem reputationem, & nominationem parentum.
24 † Species autem facti talis ibi proponitur: Quidam civis Tiburtinus habuit concubinam per ſeptennium, quæ nullos ex eo ſuſcepit liberos; poſtea à Concubinario divertens, & ad ipſum non poſt multum temporis rediens, peperit filium, quem ex prædicto concubinario ſe ſuſcepiſſe aſſeruit. Concubinarius verò ab initio negat, ſuum eſſe filium, poſtea inſtantiâ atque importunitate prædictæ Concubinæ victus, ſuum filium publicè faſſus eſt. Cùm autem iſte filius ad virilem pervenit ætatem, Sophiam, neptem memorati concubinarii ſubarrhavit, atque carnaliter cognovit. Poſtea concubina, mater filii, juravit ſe eum non ex concubinario ſuſcepiſſe, ſed ex alio. Unde quæritur, an ſtandum ſit mulieris hujusmodi jurijurando, & conſequenter, an prædictus filius Sophiam poſſit habere in uxorem? Ad quas quæſtiones reſpondet Pontifex negativè. Duo autem occurrunt *in h. cap.* quorum ratio reddi debet. Unum eſt, quòd concubinarius initiò negavit filium ſuum eſſe, quem peperit concubina. Ejus igitur aſſertioni debuiſſet meritò ſtari, qui à primo dicto teſtis ſolet credi, non ſecundo. *cap. cum in tua 44. d. Teſtib. & atteſtat.* Et ſi ejus filius fuiſſet, procul dubio hoc non negâſſet concubinarius, quia commota eſſent viſcera ejus ſuper filio. *cap. afferte 2. de præſumtion.* Omnem enim affectum vincit paternus. *l. fin. in pr. C. de Curatore furioſi vel prodigi.* Verùm ideò non ſtatur hîc, ſecundùm Hoſtienſem, primo Concubinarii dicto, quià non deliberatò, ſed irato animo, quòd concubina ab eo diverterat, videtur illud protuliſſe. Sed hæc ratio non habetur in textu. Deinde *inquit Hoſtienſis*, magis credendum eſſe mulieri, quæ de ſeminis effuſione erat certior *cap. videtur 3. Qui matrimon. accuſare poſſunt.* Verùm nec hoc dicitur *in d. cap.* ſed quòd parentes in cauſa matri-

matrimoniali teſtificari poſſint ſuper conſanguinitate & contractu. Rectiùs igitur dicitur quod primo Concubinarii dicto ideò non ſit ſtandum 1. quià mater conſtanter aſſeruit, ſe de dicto concubinario ſuſcepiſſe iſtum filium 2. Quià ipſe concubinarius pro ſuo filio eum poſtea publicè recognovit. 3. Quià pro filio Concubinarii communiter fuit habitus, *d. cap. per tuas 10. verſ. Quia verò mulier &c.* 4. Quia hoc ſuadet favor filiationis ſeu prolis, *Gloſ. in d. cap. verbo: infirmare*. Favorabilius autem & honorabilius eſt hoc filio, quàm ſi vulgò dicatur conceptus *Auth. licet patri C. de naturalib. liber. &c. Abbas in cap. 10. n. 2.* Errat igitur *Hoſtienſis*, exiſtimans, nullum hîc conſiderari poſſe favorem, cùm proles ſit illegitima. Denique quià natus domi ex concubinâ, præſumitur filius Concubinarii. *Gloſ. notabilis ad cap. Michaël 13. de Filiis Presbyteror.* alterum eſt, quod dicitur *in d. cap. 10.* mulieri, quæ primitùs conſtanter aſſeruit, ſe ex concubinario filium ſuſcepiſſe, poſtea juranti contrarium, non credi. Cujus rei illam affert Pontifex rationem, quòd nimis indignum ſit, ut, quod ſuâ quisque voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare. Deinde ſi variatio licita eſſet, poſſent pro lubitu parentes filios ſuos à ſuâ curâ, & ſucceſſione repellere, negando filiationem proprio juramento, quod eſt abſurdum. *Abb. ad d. cap. 10. n. 9.* Præterea mater, quæ juravit, propter periculum animæ, quod hîc ſubeſt, non eſt audienda, quia hoc loco agitur de matrimonio contrahendo inter filium natum ex concubinâ, & Sophiam neptem concubinarii, qui, ut dictum fuit, pater præſumitur. Denique ſi matri juranti crederetur, & filius iſte Sophiam duceret uxorem, magnum indè ſcandalum orietur, quia filius hic communiter habitus eſt pro concubinarii filio. Scandalis autem obviandum eſſe, dubium nullum eſt. *Hoſtienſ. de cap. 10.* † Ex his quæ dicta ſunt, conſtat, nominationem parentum probare filiationem. Quod videtur pugnare, 25 cum *l. non nudis 14. C. de probation.* in qua ſcribitur, non nudam aſſeverationem parentum probare filiationem. Et conſtat ex *l. Lucius Titius 83. d. condit. & demonſtr.* probationem filiationis eſſe impoſſibilem. Ad quos textus reſponderi ſolet, diſtinguendo inter veram ſeu neceſſariam probationem, & præſumtivam. Præſumtivè

probatur filiatio per nominationem Parentum *d. cap. 10.* ut per nuptias *l. quia ſemper 5. d. in jus voc. & l. filium 6. d. his, qui ſui vel alien. jur. ſunt.* Verè autem, ſeu neceſſariò filiatio probari non poteſt *d. l. Lucius Titius & d. l. non nudis.* filiorum enim procreatio non poteſt cadere in certum hominis ſenſum, cùm teſtificari nemo poſſit, talem ab illo genitum aut conceptum fuiſſe. Scribit tamen *Br. ad l. 1. n. 2. C. quor. bonor.* filiationem poſſe verè & neceſſariò probari, cùm vir & uxor ſunt incarcerati & recluſi per annum, & duo ſteterunt ad cuſtodiam. Hi enim, inquit, poterunt teſtificari de veritate, quòd filius ibi natus ſit filius illius viri, quia alius non intravit, nec ingredi potuit, quin ipſi vidiſſent. Quia verò cuſtodes iſti nihil de coitu, nihilque de conceptione atteſtantur, ſed potiùs per obliquum id docent, putat *Gabriel Palaotus tract. de notis ſpuriisq; filiis cap. 21. n. 8.* hanc non eſſe certam & veram probationem filiationis. Quem refutat *Jacobus Menoch. lib. 2. d. arbitrar.*
26 *judic. caſ. 89. n. 18.* † Denique agitur *in cap. cum cauſam 13. h. n. tit.* de limitum probatione, quæ difficilis eſt, & non uno, ſed variis modis fieri poteſt. Dicit autem 1. Pontifex *in d. cap. 13.* Limites probari per libros antiquos, ut ſunt libri cenſuales ſive æſtimi, ubi cenſus, collectæ, tributa &c. inſcribuntur *l. cenſus 10. d. probat. & præſumt. l. forma cenſuali 4. d. cenſibus & cap. ad audientiam 13. de præſcriptionibus*, de quibus tractat *Paul. Matth. Webner. practicar. obſervat. in voc.* Saalbuch. *& Maſcard. vol. 1. d. probat. concl. 398.* qui tamen requirit *n. 4.* ut ejusmódi libri, in cuſtodiâ publicâ reſerventur, quod etiam vult *Hoſtienſ. in d. cap. cum cauſam 13. verſ. mandamus. Abb. in fin. princ. Hieronymus d. Monte tract. d. finib. regund. c. 62.* & probatur per *dict. cap. ad audientiam 13. & d. l. cenſus 10.* quod videtur tutius & melius eſſe *Webn. d. loc. voc.* PrivatRegiſter. Quando verò non agitur de magno, ſed parvo præjudicio, indiſtinctè probant libri antiqui plenè *Abb. in d. cap. cum cauſam 13. n. 1.* Creditur etiam ſcripturæ, quæ in aliquâ columnâ vel lapide reperitur. *Gloß. in d. cap. 13. in verb.* per libros antiquos, quæ allegat *Canon. ſanè cauſa 24. q. 2.* Alii verò huic ſcripturæ non multum tribuunt propter *l. monumentorum 16. C. d. Relig.*
27 *& ſumt. funer.* Videatur *Gædd. ad l. nomen 164. n. 6. d. V. S.* † Deinde

Digitized by Google

inde ſcribit Papa *in d. cap. cùm cauſam 13.* probari limites per teſtes,
licèt teſtes perpetui non ſint. Nemo enim ultra centum annos
vivere præſumitur, quia is finis vitæ longævi hominis eſt, ut ſcribi-
tur *in l. an uſusfructus 56. de uſufr. & quemadmodum quis utatur
fruat.* ideoque antiquis magis ſtatur inſtrumentis, quam teſtibus.
Andr. Knich. de jure territorial. c. 3. n. 13. Poſſuntque teſtes inter-
dum fallere, quia memoria hominis eſt infirma *l. peregrè 44 pr. d. A.
vel A poſſeß.* In primis autem eſt fides adhibenda teſtibus, qui ſenio-
res ſunt & digniores, & quantò ſunt ſimpliciores, tantò ſunt credi-
biliores, quia non deponunt, niſi de poſſeſſione facti, tanquam ſuis
oculis ſemper aſtantes ſuper ipſis locis *l. ſi chorus 79. §. 1. de Leg. &
Fideic. 3. Hieronym. d. Mont. d. tr. c. 52.* Et quamvis teſtis debeat de-
ponere de his, quæ percepit ſenſu corporeo *l. teſtium 18. C. de Teſti-
bus* tamen teſtes hic de auditu deponentes admittuntur, quia verſa-
mur in antiquis, quæ vitam hominis excedunt, & ætas noſtra cape-
re non poteſt *cap. quotiens, 5. in verb. rei veritatem accepiſſe à ma-
joribus ſuis d. Teſtib. & atteſtat. Mynſ. cent. 6. obſ. 26. n. 5.* Magis et-
iam idonei teſtes ſunt circumcolentes & vicini *l. 1. §. flumen 1. de
Flumin. ne quid in flumine publico ripavè ejus fiat* videatur *Facbin.
lib. 11. controverſ. cap. 69.* ubi examinat, an ſit bona ratio teſtis, de
cauſa ſcientiæ interrogati, cùm dicit, ſcio quia ſum vicinus. †
Præterea per famam quoque limites probari aſſerit Pontifex in *d. c.* 28
cum cauſam 13. quod procedit de famâ antiquâ. Hæc enim ſatis
probare videtur de iis, quorum memoria non habetur. *l. ſi arbiter
28. d probat. & præſumt. Mynſing. d. obſ. 26. n. 26.* ubi etiam affert
rationem. *Gloſſa* tamen *in d. l. 13. voc. teſtes* famam per ſe, niſi alia
adminicula adſint, non probare putat. † Denique per alia 29
quoque adminicula limites probari conſtat *ex fine d. cap. 13.* Nam
propter difficultatem probandi limites, ſæpè ſolent recipi quæcun-
que alia adminicula; Quamvis enim plenè non probent, coad-
juvant tamen probationes, juxta illud: Quæ non proſunt ſingula,
multa juvant. *Gloß. in d. cap. 13. voc. adminicula, & ibi Hoſtienſ. in f.*
Quando autem probationes imperfectæ conjungi poſſint, ad fa-
ciendam plenam & perfectam probationem, examinat *Abb. in d.
cap. 13. n. 2.* † Supereſt finis probationis & effectus. Ille eſt, 30

Digitized by Google

ut judex intelligere poſſit, qualem ſententiam ferre debeat. *l. eum quem 79. §. 1. d. judic. & ubi quisque ager. vel tenv. l. teſtium 3. §. ejudem 1. & l. carmen 21. §. ult. d. teſtib.* Hic verò in eo conſiſtit, quòd judex pro eo ſententiam ferre debeat, qui ſuam intentionem probavit. Si enim nihil aut non ſufficienter probatum eſt, reus abſolvitur, etſi ipſe nihil præſtiterit. *l. qui accuſare 14. C. d. edendo & cap. ult. verſ. ſanè ſi actor d. jurejurand.*

NOTABILIA.

1. Reus actori ſua inſtrumenta propria edere non tenetur. *cap. 1.*

2. Actor qui plenè probavit, non debet compelli jurare *c. ſicut 2.*

3. In judicio finium regundorum utraque perſona vices duorum habet, videlicet actoris & rei *cap. Ex literis 3.*

4. Promtiora ſunt jura ad ſolvendum, quàm ad condemnandum, præterquàm in cauſa liberali, in quâ ſi utriusque partis teſtes æquales fuerint pro libertate ſententia ferri debet *d. cap. 3. verſ. quod ſi ambarum &c.*

5. Probatur virginitas teſtimonio ſeptem mulierum, quæ per aſpectum corporis fœminam eſſe virginem aſſeverant. *cap. propoſuiſti 4.*

6. Verbum illud, *minor annis*, duobus poteſt modis intelligi, cùm & qui minor eſt 14. annis, & qui 25. dici ſoleat minor annis *c. In præſentiâ 8. verſ. cum verbum illud &c.*

7. Intelligendus non eſt ſine herede decedere, qui monaſterium ſibi heredem inſtituit *d. cap. 8. verſ. ſed & ſi teneret &c.*

8. Duo inſimul eandem rem & eodem modo in ſolidum poſſidere non poſſunt *cap. licet 9. verſ. Ex præmiſſis &c.*

9. Nimis indignum eſt, ut, quod ſua quisque voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare *cap. per tuas 10. circa fin.*

10. Negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio *cap. quoniam 11. in princ.*

11. Fal-

11. Falſitas non debet veritati præjudicare; neque iniquitas prævalere æquitati *d. cap. 11. in princ.*

12. Sæpè manus fallitur, & oculus, obſtetricum *cap. cauſam 14.*

De Teſtibus & Atteſtationibus.
Titulus XX.

Summaria.

Continuatio. 1.
Diſceſſum ab Accurſio. 2.
Argumentum tituli. 3.
Teſtes ſint idonei. 4. *Quinam illi?* 5.
Prohibentur in totum ſervi, furioſi, mente capti, pupilli. 6. *Infames.* 7. *Excommunicati majori excommunicatione.* 8.
Certo reſp. & pro parte qui teſtes eſſe poſſint? 9.
In quibus cauſis adhiberi poſſint teſtes? 10.
De teſtium numero. 11.
Unius teſtimonium an probet? 12.
Duo an ſufficiant? 13.
Plures duobus ubi requirantur? 14. 15. 16. 17. 18. 19.
De examinatione teſtium. 20.
Debent citari. 21. *Poſſunt compelli.* 22. *An etiam in criminalibus?* 23. 24. *Tenentur omnes comparere.* 25. *Exceptio.* 26. 27. *Ubi de perſonis egregiis.*
De productione teſtium. 28. *An poſſit fieri aliquoties?* 29. *Explic. c. 55. h. t.* 30.
Unde cognoſci poſſit, an una ſit teſtium productio, an plures? 31.

idoneos in Teſtimonium eſſe aſſumendos. † Omnes autem 5
ſunt idonei, qui non prohibentur *d. l. 1. §. adhiberi 1. & cap. ult. d. præſumt. Gloſſ. ad h. n. rub. & ad cap. 1 h. t. n.* Prohibentur autem eſſe teſtes alii in totum, alii pro parte ſeu certo reſpectu. † In to- 6
tum prohibentur teſtes eſſe ſervi *l. quoniam 11. C. d. Teſtibus*, adeò ut etiam parte non opponente, judicis officio à teſtificando repelli poſſint, *Farin. d. Teſtib. q. 54. n. 166.* illorum tamen reſponſo tunc credendum eſt, cum alia probatio ad eruendam veritatem non eſt *l. ſervi 7. de Teſtib.* Prohibentur etiam in totum furioſi, mente capti, pupilli *l. teſtium 3 §. lege Julia 5. l. invitis 19. §. 1. d. Teſtib.* †
Et infames *d. l. 3. § 5. in fin. Nov. d. Teſtib. 90. cap. 1. Cap. licet 4. cap.* 7
Teſtimonium 54 cap. ult. h. n. t. & cap. 1. d. Except. Ratio eſt, quia ferre teſtimonium eſt honor & dignitas *can. præceptum 21. in fin. cauſa 32. q. 5. Speculat. d. Teſte n. 29. Nepos de monte Albano libr. de Exceptionib. reor. rubr. d. Except. contra teſtes pag. m. 53. verſ. Item ſcire debes. Farinac. d. Teſtib. q. 56. n. 28.* Infames autem ad dignitatem non admittuntur *l. neque 2. C. d. dignitat. lib. XII.* † Deniq; ex- 8
communicati majori excommunicatione in totum repelluntur à teſtimonio ferendo *cap. Excommunicamus 13. verſ. credentes d. Hæreticis.* † Pro parte verò ſeu certo reſpectu prohibetur quis 9
eſſe teſtis. (1.) in re ſua *l. nullus 10. d. Teſtib. & l. omnibus 10. C. d. t.* (2.) mulier in teſtamento *l. qui Teſtamento 20. §. mulier 6. qui Teſtamenta fac. poſſ. & §. teſtes 6. J. d. Teſtamentis ordinand.* ut & in cauſis feudalibus *cap. ſive clericus verſ. de veteri &c. Qui teſtes ſunt neceſſarii ad novam inveſtituram probandam 2. Feud. 32.* (3.) Laicus contrà clericos *cap. d. cætero 14. h. n. t.* (4) Libertus contrà Patronum *l. libertorum 12. C. d. Teſtib. d. l. Teſtium 3. §. lege Julia 5.* (5.) Hæreticus vel Judæus contrà Chriſtianum *l. quoniam 21. C. d. Hæret. & Manich.* (6) Domeſticus in cauſa Domini vel parentis *l. idonei 6. & l. teſtes 24. d. Teſtib. l. etiam 3. C. eod. Tit.* De reliquis, qui etiam prohibentur eſſe teſtes, videatur *Specul. d. Teſte. Maſuerius in practicâ forenſi Tit. de Teſtib. & Donell. d. Teſtib. cap. 1. & aliquot ſeqq.* † Secundò poſſunt adhiberi teſtes in criminalibus cau- 10
ſis, & in pecuniariis litibus, ſicubi res poſtulat *d. l. 1. § adhiberi quoq; 1. d. teſtib.* non tamen ut jus probent, ſed factum tantùm *l. ſive 16. C.*

d. pro-

d. probat. Videantur ea, quæ diximus in præcedenti Titulo in ob-
11 jecto ſeu materia probationis. † Denique de numero teſti-
um *in d. l. 1. §. ult. d. Teſtib.* ita ſcribit JCtus: Quanquam quibusdam legibus ampliſſimus numerus Teſtium definitus ſit, (videtur reſpicere ad legem Serviliam repetundarum, quâ, teſte *Valerio Maximo lib. 8. cap. 1.* centum atque viginti hominibus teſtimonium denunciare licuit) tamen ex conſtitutionibus Principum hanc licentiam ad ſufficientem numerum teſtium coarctari; ut judices moderentur, & eum ſolum numerum teſtium, quem neceſſarium eſſe putaverint, evocari patiantur; ne effrenatâ poteſtate ad vexandos homines ſuperflua multitudo teſtium protrahatur. *Specul. d. Teſte §. de*
12 *numero Teſtium. n. 13.* † Sciendum autem eſt, unius teſtimonium regulariter non probare *cap. veniens 10. cap. licet univerſis 23. h. n. t. & l. jurisjurandi 9. §. 1. C. d. Teſtib.* Diximus, *regulariter*, quia ſunt caſus, in quibus etiam unius teſtis dicto ſtatur, quos recenſet
13 *Specul. d. loc. n. 8. & ſeqq.* † Quibus exceptis ad minimum
14 duo Teſtes ſunt neceſſarii *l. ubi 12. d. Teſtibus.* † Interdum tamen plures requiruntur teſtes. Sic 1. tres teſtes debent adhiberi ad confectionem Inventarii *Nov. de Heredib. & Falcid. cap. hinc nobis 2. §. fiat igitur 1.* 2. Quando inſtrumentum conficitur de pecuniâ creditâ, quæ quinquaginta libras auri excedit *l. fin. C. ſi certum petatur.* 3. ad inſpiciendum ventrem *l. 1. pr. d. Inſpic. ventr.* 4. Cùm teſtator dicit ſe nolle ſtare prius ſuum teſtamentum *l. ſancimus 27. C. d. Teſtam. & quemadm. Teſtam. ordin.* 5. In probandâ interruptionis præſcriptione *l. ut perfectius 2. C. de annali except.* 6. In renunciatione Senatus C. vellej. *l. antiquæ 23. §. ne autem mulieres 2. C. ad SCt. Vellejan.* 7. In purgatione Diaconi *can. ſi legitimi 12. Cauſa 2. q. 5.* 8 Et ultimò, cùm ſit comparatio ex chirographo, & alio inſtrumen-
15 to publico *l. comparationes 20. C. d. Fid. inſtrument.* † Quinque verò teſtes requiruntur in Codicillis *l. fin. §. ult. C. d. Codicill.* ut & feloniæ probatione *cap. ſi Vaſallus in fin.* Quot teſtes ſunt neceſſa-
16 rii ad probandam feudi ingratitudinem *2. Feud. 57.* † Et ſeptem in Teſtamentis *l. hac conſultiſſima 21. C. d. Teſtam. & quemadm. Teſtamenta ordin. §. ſed cum paulatim 3. J. de Teſtamentis ordinand.* Divortio *l. nullum divortium 9. d. divortiis & repudiis*, purgatione pres-

Digitized by Google

Presbyteri *d. can. ſi legitimo 12.* & condemnatione ſubdiaconi, acolythi, exorciſtæ, lectoris & oſtiarii *can. præſul. 2. cauſa 2. q. 4.* † Duodecim in purgatione Epiſcopi. *Can. omnibus 19. d. cauſa 2. q. 5.* 17
In condemnatione Diaconi Cardinalis urbis Romæ viginti & ſeptem *de can. præſul.* in presbyteri cardinalis condemnatione ſexaginta quatuor *d. can. præſul* & in præſulis cōdemnatione ſeptuaginta duo *d. can. præſul. & can. nullam 3. d. cauſa 2. q. 5.* † Cur 18
autem in condemnatione harum perſonarum tàm ingens copia teſtium requiratur, ſequentes *ex Thoma de Aquinate* adducit rationes *Dominicus Soto lib. 5. d. Juſt. & jur. q. 7. art. 2. in fin.* quarum *prima* eſt, quòd prædictæ perſonæ ea debeant ſplendere ſanctitate, ac ſubinde authoritate, ut plus fidei eis adhibeatur, quàm teſtibus multis. *Secunda*, quia, cùm judices ſint univerſæ Eccleſiæ, propter executionem juſtitiæ invidiam contrahunt apud multos, & ideò facilè poſſent adverſus illos falſa objiei teſtimonia. *Ultima* ratio eſt, quia ex prædictarum perſonarum condemnatione multum deperiret autoritatis Eccleſiæ. † Plures caſus, in quibus duo 19
teſtes non ſufficiunt, congeſſit *Specul. d. §. de numero teſtium*, qui videndus erit. Et tantùm de primo, videlicet adhibitione teſtium.
† Sequitur alterum, quod in teſtibus conſideratur, nimirum teſtium examinatio, ubi de tribus agendum eſt, & 1. quidem de iis, quæ 20
examinationem præcedunt, 2. Quæ in ipſâ examinatione occurrunt, & 3. quæ examinationem ſequuntur. † Examinationem præcedit 1. teſtium citatio *l. teſtium 3. §. fin. d. teſtib. & l. pen. C. eod. tit.* Ubi tamen ſciendum eſt, citationis loco eſſe, cùm à 21
parte ipsâ teſtis producitur *arg. l. libertorum 12. C. eod. tit. Abb. ad cap. In nomine. 2. n. 15. h. t. & Farinac. d. teſtib. q. 8. n. 11.* quos ſequitur *Donell. ad d. l. 12. n. ult.* Quando verò teſtis neque citatur, neque à parte producitur, ſed ultrò ſeſe ingerit, fit ſuſpectus *l. quæ omnia 25. verſ. Nec ferendus eſt procurator d. procurat. & defenſor. & l. uxori 18. §. qui ſe filio 1. de Lege Cornel. d. Falſ.* Hinc interrogari ſolet teſtis, wie Zeuge zu dieſer Kundſchafft ſey kommen/ ob er ſich nicht ſelbſt zum Zeugen angegeben. Poteſt autem citare teſtes judex competens, ſive ſit ordinarius, ſive delegatus, non autem incompetens *l. fin. & ibi Dd. d. Jurisdict.* † 2. Teſtium com- 22

 pul-

C. d. reb. credit. Valetudinarii, ſenes, debilitate confecti, aut pau-
pertate depreſſi, qui propter nuditatem honeſtè in publicum pro-
dire non poſſunt, *cap. ſi qui teſtium 8. h. n. t. l. inviti 8. d. teſtib. &
l. ad perſonas 15. d. jurejur. ſive vol. ſive neceſſ.* † Ubi hoc et- 27
iam extenditur ad omnes perſonas egregias *Specul. & Marant. dd.
loc.* Quænam autem dicantur perſonæ egregiæ, explicat *Gloſſ. ad
d. l. 15. in verbis: ad perſonas egregias. Menoch. d. arbitr. judic.
quæſtion. lib. 2. cent. 1. caſu 70.* præcipuè verò *Donell. lib. 24. Comm.
jur. civil. c. 14.* Et hæc procedunt in cauſis civilibus, in criminali-
bus verò, ubi majus vertitur periculum, teſtes hi in judicio ſunt
examinandi. *d. cap. Et quoniam 5. & auth. ad eloquentiſſimum C. d.
fid. inſtrument. Gloſſ. ad cap. 1. in verbis: eorumq; nuncio d. teſtib.
cogendis vel non.* † 3. Examinationem teſtium præcedit, eo- 28
rundem productio, quæ fit regulariter poſt litem conteſtatam *cap.
Quoniam 5. Ut lite non conteſtatâ non procedatur ad teſtium rece-
ptionem*, & ſumtibus producentis *l. teſtium 3. §. Gabinio 4. d. teſti-
bus & l. quoniam 11. C. d. t.* Debet autem producens ſubminiſtrare
expenſas teſtibus in veniendo, ſtando & redeundo, ut habent ver-
ba *cap. ſtatutum 11. verſ. proferendo d. reſcript. in 6.* eaſque apud
judicem deponere, teſte ibi *gloſſâ in voc. expenſas.* quod pro caute-
lâ diligenter in praxi notandum monet *Andr. Gail. lib. 1. obſ. 99.
n. 3.* qui etiam rectè ſcribit, teſtium qualitatem in præſtandis ſum-
tibus conſiderandam eſſe. Si enim ruſticus equo uteretur, cùm pe-
des venire potuiſſet, illi tales ſumtus refundendi non ſunt. Et
quamvis teſtes ob teſtimonium lucrum quærere non debent *can.
non ſanè 15. cauſa 14. q. 5.* æquiſſimum tamen videtur, ùt mercena-
rio pauperi, præter expenſas etiam diurna merces perſolvatur, ne
ex officio ſuo damnum patiatur, contra *l. ſi ſervus 61. §. quod verò
5. d. furt. & l. ſed ſi quis 7. teſtamenta quemadmodum aperiantur,
inſpiciantur & deſcrib. Gail. d. loc. n. 8.* † Hoc tamen non 29
eſt hîc omittendum, quòd teſtium productio aliquoties fieri poſſit,
modò quis productioni ulteriori non renunciaverit. Si enim renun-
ciavit ſeu concluſit, hoc eſt, dixit, ſe amplius nihil velle addere in
causâ, non admittitur ad aliam productionem, licèt ſemel tantùm
produxerit, quia licet unicuique renunciare juri pro ſe introdu-

ɛto,& cùm renunciavit, amplius eo jure uti non poteſt. *l. pen. C. d. pact. Novell. d. teſtib. 90. cap. quia verò 4. cap. d. teſtib. 29. in fin. h. n. t. & cap. quod ſemel 21. d. R. J. in 6to. Gloſſ. ad cap. In cauſis 15. voc. productionem h. n. t.* quod tamen procedit de eo, qui ſcivit teſtes vel probationes haberi poſſe, & tamen renunciavit productioni teſtium. Si enim ignoravit, non nocet ei renunciatio, quia ad cognita tantùm & non ad ignorata extenditur, *l. qui cum tutoribus 9. §. ult. d. tranſact. Sichard. ad auth. at qui ſemel n. 6. & 7. C. d. probation.* Si verò quis productioni teſtium non renunciavit, tunc videndum erit, an compertas habeat depoſitiones priorum teſtium, vel non. Si compertas habet, ad ulteriorem productionem non admittitur. Periculum enim eſt, ne quis novos teſtes, vel etiam priores, ſed reproductos informet atque inſtruat, ut quod prius dictum non eſt, hoc ſuppleant, in gratiam ipſius producentis *d. Nov. d. teſtib. 90. cap. Quia verò 4. in princ.* Si verò non compertas habet, locus erit ſecundæ & tertiæ productioni teſtium. Quarta verò productio non conceditur, niſi adhibita fuerit ſolen-

30 nitas, quæ in legibus invenitur expreſſa *cap. in cauſis 15. h. n. t.* † De qua ſolennitate agitur in *cap. ultra tertiam 55. eod. tit.* cujus hæc ſunt verba: *Ultra tertiam productionem non debent teſtes ulterius produci in cauſâ. Niſi preſtito ab eo, qui poſtulat hoc, juramento, quòd neque per ſe, neque per alium teſtificata ſubtraxerit, vel fuerit percunctatus, nec per dolum, aut artem aliquam, quartam productionem expoſcat: ſed quia quos deſiderat de novo producere, prius haberi nequivit.* Quæ verba deſumſit Papa ex *d. Nov.*

31 *90. capit. Quia verò 4. verſ. Si verò deducens &c.* † Quâ autem ex re cognoſci poſſit, an una ſit teſtium productio, an verò plures, dubitari ſolet. Nos cum *Cujac. ad d. Nov. 90. verſ. malè Accurſ. hoc capite &c.* quem ſequitur ibi *Math. Stephani n. 20.* productiones Teſtium æſtimamus ex ſingulis diebus, unaquaque productione occupante diem unum eorumque opinionem rejicimus, qui vel vices ſpectant, quibus teſtes producti ſunt, ut ſi hâc horâ quoſdam produxero, ſit unâ, ſi horâ ſequenti alios, ſit altera productio: vel dilationes datas Teſtium exhibendorum causâ, ut ſi intra dies decem juſſus ſim teſtes producere, quotquot producti ſint

ſint intra eam dilationem, id pro unâ productione habeatur *Vid. Gloſ. ad d. auth. at qui ſemel voc. Productionem C. de probat. & d. Nov. 90. cap. Quia verò 4. in verbis: quartam teſtium productionem.*
† Ultimò teſtium examinationem præcedit, partis adverſæ citatio, ad videndum jurare teſtes *l. ſi quando 19 C. d. Teſtib. & d. Novell. d. Teſtib. 90. cap. ult.* Nam ſi pars adverſa non eſt citata, examinatio teſtium non valet, quia quod contra legem actum eſt, non habet firmitatem *cap. In nomine 2. h. n. t.* Et hæc quatuor præcedunt examinationem teſtium. † In ipsâ autem examinatione teſtium conſiderari debet 1. Tempus intra quod teſtes ſunt examinandi. Quod definitum eſt *in l. ſi quando pen. C. d. Teſtib.* ubi ſcribitur, teſtes ad ſummum intra quindecim dies eſſe examinandos. Quod niſi fiat, licere quidem teſtibus diſcedere à judice, nullam habente licentiam eos, poſtquam abfuerint, iterum retrahere: ipſum autem judicem, per quem ſtetit, quò minùs teſtimonium præſtetur, parti læſæ omnem jacturam pro hujusmodi causâ illatam, ex ſuis facultatibus reſarcire teneri. † 2. Jusjurandum teſtium *l. jurisjurandi 9. in pr. C. de Teſtib.* nullius enim teſtimonio, quantumcunque religioſus exiſtat, niſi iuratus depoſuerit, in alterius præjudicium credi debet *cap. Tuis quæſtionibus 39. & cap. Nuper. 51. h. n. t.* Nec hoc mutatum eſt *in novell. de ſanctiſſimis Epiſcopis 123. cap. nulli verò 7.* quia ibi remiſſa tantùm eſt ſolennitas jurandi, ne videlicet tangant Clerici ſancta Evangelia: ipſum verò jusjurandum eis non eſt remiſſum, quia hoc genus hominum non minus affectibus regitur, quàm alii privati, ut ſic periculoſum ſit, ipſis remittere jusjurandum *Matth. Coler. part. 2. deciſ 241. & Virgil. Pingizer. q. 35.* quos ſequitur *Bened. Carpzov. in jurispr. Forenſi part. 1. conſt. 16. defin. 69. n 9.* Si tamen Teſtibus jusjurandum à parte adverſâ remittatur, tunc non debent jurare *d. cap. Tuis queſtion. 39.* Ratio eſt manifeſta, quia jusjurandum potiſſimùm præſtatur in partis favorem, cujus intereſt, ne in causâ veritas occultetur *can. non ſanè final. cauſa 14 q. 5.* Quilibet autem poteſt favori pro ſe introducto renunciare *l. ſi quis 29. C. de Pact.* † Debent autem teſtes jurare jejuni *cap. 1. h. n. t.* Honeſtum enim eſt, ut qui jurat, hoc faciat jejunus, cum omni honeſtate & timore Dei. *Can. Honeſtum 16. cauſa 22. q.*

32 33 34 35

22. q. 5. Quis autem dicatur jejunus explicat *Gloſſ. in can. Sacramen. tu 49. diſt. 1.* Videatur *Maſuerius d. Teſtib. n. 10. & Weſ. ad tit. de Teſtib. n. ult.*

36 † Et debent teſtes prius jurare, & poſtea examinari. Nam ſi prius depoſuerint, & poſtea juraverint, depoſitio non valet *d. l. jurisjurandi 9. in pr. ibique Gloſſ. & cap. Fraternitatis 17. in fin. h. t. n.* Et hæc eſt communis Dd. opinio, teſte *Farinacio d. Teſtib. q. 74. n. 31.*

37 † Jurabant autem teſtes, ſe falſum non dicturos, & quod verum erit, non tacituros *d. nov. d. ſanctiſſimis Epiſcopis 123. cap. nulli verò 7. Donell. ad d. l. 9. n. 11.*

38 † 3. Modus examinandi teſtes, qui exprimitur *in cap. cum cauſam 37. & cap. venerabilis 52. h. t. n. l. teſtium fides 3. in princ. d. Teſtib. & l. nullum 14. C. eod.* in quibus textibus dicitur, quòd teſtes ſint diligenter, & ſigillatim, ſeu ſecretò examinandi; Diligenter: quia non poteſt ad veritatem aliter perveniri, quàm ſi diligentiſſimè omnia inquirantur. *Can. occidit 14. cauſa 23. q. 8. & can. judicantem 11. cauſa 30. q. 5.* Sigillatim: Si enim ſimul plures examinarentur teſtes, unus inſtrueret alterum, & ſequeretur dictum alterius, & ita non poſſet falſitas eorum facile deprehendi, prout ſcribit *Gloſſ. ad d. cap. Venerabili, voc. Sigillatim. & Speculator d. Teſte rubr. d. Teſtium examinatione pr.*

39 † Denique in examinatione teſtium occurrit modus deponendi. Fieri autem debet depoſitio vivâ voce, & non in ſcriptis. *Can. Teſtes 15. cauſa 3. q. 9. & Can. relatum eſt 3. cauſa 5. q. 2. l. Teſtium 3. §. ideoque 1. & tribus ſeqq. d. Teſtib. & l. ſolam 4. ibique Donell. C eod. Tit.* Et hæc eſt communis Dd. opinio, teſte *Farinac. tr. d. Teſtibus q. 80. n. 27.* Debet etiam teſtis depoſitio eſſe clara, & non obſcura ſeu dubia. Nam quando eſt obſcura, aut dubia nihil probat. Idem *Farinac. d. tr. q. 68. §. 1. n. 1.* Nihil etiam probat, cum teſtis dicti ſui cauſam, de qua interrogatus eſt, non reddit, aut minus ſufficientem vel ineptam *d. cap. cum cauſam 37. & arg. l. quotiens 6 qui ſatisdar. coguntur Specul. d. Teſte §. opponitur n. 60. & Farin. d. tr. q. 70. cap. 1. n. 1. & ſeqq.*

40 † Examinationem Teſtium ſequitur publicatio atteſtationum, quæ fit partibus ad eam citatis à judice ordinario *cap. 22. d. Re judicat. Specul. d. Teſte §. de atteſtationum publicatione n. 1.* & non à delegato. Hic enim debet examen clauſum remittere ad delegantem, coram quo fit publicatio. *l. judices 18. C. d. Fide Inſtru-*

ſtrument. Br. ad l. cum ab initio 4. n. 1. Teſtamenta quemadmodum
aperiantur, inſpic. &c. Tunc autem neceſſaria eſt atteſtationum pu-
blicatio, quando Teſtes ſunt examinati in ſecreto, non verò cùm
utraque parte præſente ſunt examinati, quod fieri ſolet, quando
judices ſummatim cauſam cognoſcunt *Mamnt. part. 6. d. Proceſſus*
publicatione n. 7. ubi allegat. Bl. † Et tantùm de primâ noſtræ 41
rubricæ parte: ſequitur altera, quæ eſt de Atteſtationibus, quæ &
depoſita in *cap. In noſtra 32. h. n. t.* & depoſitiones *in cap. cum ve-*
niſſet 25. cap. conſtitutus 30. cap. præſentium 31. eod. Tit. Teſtium ap-
pellantur, quæ nihil aliud ſunt, quàm dicta teſtium, ſuper quibus
publicè poteſt diſputari *Cap. In cauſis 15. cap. ſignificavit 41. h. n. t.*
cap. licet cauſam 9. d. Probationib. Cui diſputationi ideò locus eſt,
ut per partium diſceptationes judex audiat, an ſit plenè probatum,
& ſic an veritas facti, ſuper quo ſententia eſt ferenda ita clarè ha-
beatur, ut reus vel abſolvi vel condemnari poſſit. Tunc autem di-
ſputationi ſuper dictis teſtium locus eſt, cum dicta eorum ſunt pu-
blicata, quia non amplius eſt periculum de ſubornatione teſtium
d. c. in cauſis 15. & d. l. licet cauſam 9. Diſputare verò publicè eſt in
foro vel judicio contra Teſtium perſonas vel eorum dicta excipere,
quod variis modis fieri poteſt. Utile tamen eſt partem initio prote-
ſtari, ne ſilentio ſuo perſonas teſtium approbâſſe videatur, & ſemel
approbatas poſtea reprobare non poſſit *cap. Præſentium 31. h. n. t.*
Weſ. ad Tit. Pand. d. Teſtib. n. 6. in f.

NOTABILIA.

1. Quod contra legem actum eſt, non habet firmitatem *cap. In nomine 2.*

2. Nulli de ſe confeſſo, adverſus alium in eodem crimine eſt credendum. *cap. veniens 10.*

3. Unius Teſtimonium ad condemnationem alicujus non ſufficit *d. cap. veniens in fin.*

4. Clerici non ſunt à ferendo teſtimonio ſuper negotio Eccleſiæ ſuæ (niſi alia rationabilis cauſa impediat) repellendi *cap. cum nuncius 12.*

5. Dicta Teſtium benignè debemus interpretari, ne reatu perjurii notentur *cap. cum tu filii 16.* 6. Ju-

6. Judæi à Chriſtianis pro ſolâ humanitate foventur *cap. Judæi 21. in fin.*

7. Mater filiæ incrementum, & honorem videtur diligere *cap. ſuper eo 22.*

8. Ubi vir ſuperior eſt divitiis & nobilitate, potentiâ, vel honore, teſtimonium ejus videtur eſſe ſuſpectum, & ideò non eſſe aliquatenus admittendum *d. cap. ſuper eo.*

9. Non eſt licitum alicui Chriſtiano, & multò minùs crucis Chriſti inimico, ut cauſæ ſuæ unius tantùm, quaſi legitimo teſtimonio finem imponat. *cap. licet univerſis 23.*

10. Licèt quædam ſint cauſæ, quæ plures, quàm duos exigant teſtes, nulla eſt tamen cauſa quæ unius teſtimonio (quamvis legitimo) terminetur *d. cap. Licet univerſis 23.*

11. Circumſpectus judex atque diſcretus motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis quæ rei aptiora eſſe comperit, confirmare debet *cap. præterea 27.*

12. Ad multitudinem tantùm reſpicere non oportet, ſed ad teſtium qualitatem, & ad ipſorum depoſita, quibus potiùs lux veritatis adſiſtit, ex quibus motum animi ſui convenit judicem informare *cap. In noſtrâ 32.*

13. Effrænata multitudo teſtium, eſt refrenanda. *cap. cum cauſam 37.*

14. Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, cùm quis non prohibet, quod tamen poteſt prohibere *cap. conſtitutis 45.*

15. Satis videtur abſurdum, illos admitti, quorum repellerentur autores *cap. licet 47.*

16. Tolerabilius eſt, aliquos contrà ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm conjunctos legitimè contra ſtatuta Domini ſeparare *d. cap. licet 47. in fin.*

17. Humana devotio promta debet affectu honorare, quos dignatio divinæ benignitatis honorat. *cap. Venerabili 52. in fin.*

18. Tutius eſt differre negotium, quàm ſententiam minùs conſideratè proferre *d. cap. 52. in fin.*

De

De
Teſtibus cogendis vel non.
Titulus XXI.
Summaria.

Continuatio. 1.
Argumentum tituli. 2.
Quando cogendi teſtes perhibere teſtimonium? 3.
Quomodo cogendi? 4.
Quando non compellendi ſed monendi? 5.

IN Titulo proximè præcedente egit compilator Decretalium de teſtibus & atteſtationibus: quia verò dubium eſt, utrum ad teſtificandum teſtes cogi poſſint, ideò nunc ſubjicit hunc Titulum, in quo traditur, quando ad teſtimonium ferendũ teſtes cogendi ſint. 1
† Ubi de tribus agitur, quorum 1. eſt, quando teſtes cogi debeant perhibere teſtimonium. 2. Quomodo cogendi ſint. 3. Quando non compellendi ſed monendi tantùm ſunt teſtes ad teſtificandum. 2
† Ad 1. reſpondetur, teſtes ad teſtificandum eſſe compellendos, ſi videlicet odio, vel gratiâ, vel timore ſe ſubtrahant. 3
cap. 1. verſ. ſi autem. cap. ſuper eo. 3. verſ. niſi fortè &c. cap. cæterum 6. cap. cum contra 9. cap. Dilectorum 10. & cap. ult. in fin. h. n. t. aut aliter veritas nequiverit elici *cap. pervenit 5. in f. eod. tit.* Et hoc ideò conſtitutum eſt, ne veritas occultetur *d. cap. 1.* & malus, ut bonus æſtimetur *can. quanquam 2. cauſa 14. q. 2.* † Ad ſecundum dicimus, teſtes eſſe compellendos Eccleſiaſticâ diſtrictione ſeu cenſurâ *d. cap. 1. in f. d. cap. pervenit 5. in fin. & d. cap. Dilectorum 10. in fin.* Et ſcribitur *in cap. cum ſuper 2. h. n. t.* quòd cogendi ſint ad teſtimonium ferendum per ſuſpenſionis, excommunicationis & depoſitionis ſententiam; Quod explicat ibi *Gloſſ.* † Ad 3. reſpondemus, jure Canonico inſpecto monendos, non cogendos eſſe teſtes ad ferendum teſtimonium veritati *d. cap. ſuper eo. 3.* Quod ſecus eſt jure civili. Ibi enim non diſtinguitur, an ſit cauſa civilis vel criminalis, an res aliter probari poſſit, nec nè, & an teſtis 4 5

Kk per

per adverſarium impediatur vel non: ſed ſimpliciter dicitur, quòd teſtes poſſint compelli ad teſtificandum. *Abb. ad d. cap. ſuper eo. 3. n. 3.* quem ſequitur *Henr. Zaeſ. ad h. n. t. n.* 3. His addenda ſunt ea, quæ diximus *in Tit. praeced. d. teſtium compulſione.*

Notabilia.

1. Factum notorium non eget teſtium depoſitione. *cap. ſuper eo. 3.*

2. Qui ſubripit inſtrumenta, aut adverſario parem advocationis copiam ſubtrahit, iniquam oſtendit à ſe litem foveri *cap. pervenit. 4.*

3. Teſtis poteſt ſe in continenti corrigere. *cap. praeterea 7. in fin.*

4. Pro defectu teſtium perire non debet juſtitia *cap. ult.*

De Fide Inſtrumentorum.
Titulus XXII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Inſtrumentum unde & quot modis dicatur? 2. *quid ſit?* 3.
Diviſio (1.) in publicum & privatum. 4. *Notatur Sichardus.* 5. *De inſtrumentis forenſibus.* 6.
Diviſio (2.) in originale & transſumtum. 7.
Edenda ſunt ab actore reo inſtrumenta, quibus actor uſurus eſt. 8.
Sed ſi ·e die & Coſ. 9. *Lectio l. 1. §. 2. ff. de edend.* 10. *Limit.* 11.
Et non praeciſè originalia. 12. *Exc.* 13.

Nec

Nec etiam tota. 14.
Poſſunt utrinque uſque ad concluſionem cauſæ exhiberi. 15. *Except. remiſſ.* 16.
Debet id fieri ſumtibus petentis, & ſemel. 17.
De effectu inſtrumentorum. 18.
De contrariis. 19.

IN Titulis duobus præcedentibus actum eſt de probatione, quæ fit per teſtes: nunc ſubjicitur probatio, quæ fit per inſtrumenta. Nam non minorem vim probandi habent inſtrumenta, quàm depoſitiones teſtium *l. In exercendis 15. C. d. Fid. Inſtrum. & amiſſione eorum &c.* † Inſtrumentum ab inſtruendo dictum, quatuor habet in jure ſignificationes. Primò ſumitur *latiſſimè* pro eo, quo res aliqua inſtruitur, ut eâ re uti, eamque commodiùs tractare poſſimus *t. t. d. inſtructo vel inſtrum. legato.* In quo inter alia fit mentio inſtrumenti fundi *l. inſtrumento 8. pr. d. t.* domûs *l. quæſitum eſt 12. §. ſi domus 16. eod. tit.* pictoris *l. item pictoris 17. in pr. eod.* & lanionis *l. cum de lanionis 18. pr. eod. tit.* Deinde denotat inſtrumentum ea omnia, quibus cauſa inſtrui poteſt, & ideò tàm teſtimonia, quàm perſonæ inſtrumentorum loco habentur. *l. 1. d. Fide inſtrumentor. & amiſſione eorum. & cap. pervenit 4. verſ. Nos igitur attendentes d. teſtib. cog. vel non.* Quæ ſignificatio eſt *generalis* ſeu *lata*. Tertia ſignificatio eſt *ſpecialis*, quando ſumitur inſtrumentum pro ſcripturâ, quæ fidem facit, teſtibusque opponitur *l. teſtium 3. §. ejusdem 2. d. teſtibus. & l. ult. C. d. probationib.* Denique *ſpecialiſſimè* accepta vox inſtrumenti ſignificat publicas literas, quæ plenam fidem faciunt. *l. 1. in princ. ibi: ſive propter literas, ſive propter inſtrumenta C. d. jurejur. propter cal. dando. Weſ. ad tit. ff. de Fide Inſtrumentor. n. 1.* † Definitur autem inſtrumentum in ſpecie dictum, ſcriptura ad aſſertionem ſeu probationem alicujus rei facta *l. cum te 5. C. d. tranſact. & l. ſicut 5. C. d. Fide Inſtrumentor. & c. Specul. d. inſtrumentorum edit. §. inſtrumentum &c. & Abb. ad n. rubr.* Fiunt enim de rebus ſcripturæ, ut, quod actum eſt, per eas faciliùs probari poſſit. *l. in re 4. d. t. & l. contra-*

Margin numbers: 1 (line 1), 2 (line "ne eorum"), 3 (line "ad tit.")

 bitur

bitur 4. d. pignorib. & hypothec. etſi non requirantur ad ſubſtantiam rei *l. pactum 17. C. d. pact. & l. cum inſtrumentis 10. C. d. Fid. Inſtrum.* † Et dividitur inſtrumentum in publicum & pri-
4 vatum *l. comparationes 2. C. d. t. & l. inſtrumenta 5. cum l. ſeq. C. d. probat.* Illud dicitur, quod autoritate publicâ: hoc verò, quod ſine eâ factum eſt. Ad illud referuntur acta judicialia. *l. is apud quem. 2. C. d. Edend. l. acta 45. princ. & l. ſeq. d. Re judicat.* actis inſinuata *l. in donationibus 31. C. d. donat.* libri cenſuales *l. cenſus 10. d. probat. & præſumt.* ſcripturæ ex archivo publico deſumtæ *l. in fraudem 45. §. quotiens 7. d. jure Fiſci.* item ſcriptura à privato quidem ſed ſigillo publico ſignata *cap. ſcriptu 2. h. n. t.* Hujus verò exempla ſunt 1. Domeſtica & privata annotatio *d. l. inſtrumenta 5. & l. exemplo 7. C. d. probation.* 2. Chirographum, quod in ſpecie dicitur ſcriptura, qua quis pecuniam ſe debere fatetur. *l. fin. eod. tit. l. comparationes 20. C. d. Fid. Inſtrum. l. ſcripturas 11. C. Qui potiores in pignor. habeant.* & epiſtola etiam nominatur in *l. Publia Mevia 26. §. fin. depoſ. vel contr.* atque cautio *l. Lecta 40. in pr. d. reb. credit. ſi cert. petat. &c.* 3. Apocha *l. ult. §. Titius 2. d. condict. indeb. & arg. tit. C. d. Apochis publicis &c. l b. 10.* ſeu ſecuritas *l. ult. C. ſi cert. petat. & l. teſtium 18. C. d. teſtib.* quâ creditor ſibi ſolutum fatetur. Vulgò appellatur Quietantia. Germanicè eine Quittung. 4. Antapocha *rubr. & l. plures apochis 19. C. d. Fid. Inſtrum.* quæ datur creditori à debitore, & eſt de ſolutis. In eâ enim debitor cavet creditori ſe ſolviſſe illo tempore, & ex illâ causâ *d. l. 19. & ibi Donell. n. 1. cum ſeqq.* Quod utile eſt creditori ad probandas annuas, & menſtruas probationes, & impediendas inſidias præſcriptionis. *Gothofr. in not. ad l. 1. d. Fid. Inſtrum. lit. A.* †
5 Errat igitur *Sichard. ad rubr. C. d. t. n. 14.* qui cum *Gloſſ.* exiſtimat, antapocham eſſe ſcripturam debitoris, quâ confitetur ſe debere,
6 atque ita convenire cum chirographo. † Et hæc ſunt publica atque privata inſtrumenta, quibus addenda videntur inſtrumenta forenſia, ût appellantur in *l. comparationes 20. ibi: ex forenſibus, vel publicis inſtrumentis. C. d. Fid. inſtrum.* Quæ ideò ſunt dicta, quia à tabulariis in foro, in quo certum locum habebant, conficiebantur. Quia verò in *d. l.* forenſia inſtrumenta à publi-

blicis inſtrumentis diſtinguuntur, & tamen tabulariorum officium fuit publicum *l. generali 3 C. d. tabulariis ſcribis, &c. lib. 10. & l. orphanotrophos 32. C. d. Epiſcop. & Cler. ubi tabularii perſona publica dicuntur,* colligitur, forenſia iſta inſtrumenta, neque planè publica dici, neque etiam planè privata, ſed eſſe media inter publica & privata inſtrumenta *Donell. ad l. in exercendis 15. n. 21. C. d. Fide Inſtrumentor.* † Deinde alia ſunt inſtrumenta authen- 7
tica ſeu originalia, & alia exemplaria *cap. 1. ibique Cujac. & Caniſ. n. 12. cap. ult. h. n. t. cap. ult. d. probationibus & l. ſancimus 3. C. d. diverſ. reſcript. & pragmaticis ſanctionibus.* Illa ad ſui validitatem non requirunt aliud adminiculum, ſed ex ſe autoritatem habent. *Abb. ad d. cap. 1. n. 2.* Hæc verò ſunt transſumta ex authentico. Illa plenam faciunt fidem; hæc verò non niſi ſint autoritate judicis transſumta *cap. ſcripta 2. & d. cap. ult. h. t. n. vid. Didac. Covarruv. libr. pract. quæſt. c. 21.* ubi tradit, quâ ratione & formâ ſit transſcribendum ex originali exemplum, ut probet. † Sequi- 8
tur, ut de editione aut productione inſtrumentorum videamus. Ubi tenendũ eſt, edenda eſſe ab actore reo Inſtrumenta, modò iis actor uſurus ſit. Nam ea, quibus uſurus non eſt, actor non compellitur edere. *l. 1 §. edenda ſunt 3. d. edend. Donell. ad l. ult. n. 6. C. d. tit. & lib. 23. Comm. jur. civil. c. 6.* quod verum eſt de privatis inſtrumentis, & non publicis, quia hæc ſunt exhibenda *l. is apud quem 2. C. eod. tit.* Sic etiam communia inſtrumenta ſunt actori edenda, ſi pars hoc petierit. Nam inſtrumentum commune quodammodò eſt proprium utriusque partis *l. prætor ait 4. §. hujus edicti 1. de edendo.* Unde etiam ſcribitur *in cap. 12. h. n. t.* quòd licitè appelletur à judice, qui parti hoc petenti, non facit edi communia inſtrumenta. † 2. Deinde edi debent inſtrumenta 9
ſine die & conſule *d. l. 1. §. editiones 2. de edendo. & l. tabularum 2. §. diem autem 6. teſtamenta quemadm. aperiantur inſpic. & deſcrib.* Ne quid excogitetur è die & conſule, & prolato die fiat, *d. l. 1. §. 2.* Nam ſi tu cognoſceres datum literarum mearum, inquit *Johan. Sichard. in l. pen. n. 26. C. d. contrah. & Comm. ſtipulat.* facilè poſſes aliud inſtrumentum fabricare, quod in dato diſcordaret. Ut ergò præcludatur via iſti malitiæ & fraudi, quod omninò eſt facien-

 dum.

dum. *l. 2. C. d. In dictâ viduit. tollend.* ideò dies alicui non ſolet
10 edi. † Legimus autem in *d.* §. *2.* prolato die, cum *Donell. d.*
cap. 6. circa fin. cui prolatus dies eſt prorogatus, & qui brevior fue-
rat, in longiorem productus *l. arbiter 33. d. recept. qui arbitr. re-*
cep. Vid. Jacob. Ravard. in l. non debet 74. d. R. J. In Pandectis
verò Florentinis legitur: *prælato die*, quas ſequitur *Cujac. lib. 3.*
obſ. c. 7. & lib. 10. obſ. c. 14. arg. l. ſi à debitore 28. d. Leg. Cornel. d.
Falſis. Eſt autem *præferre diem*, antevertere, ſeu anticipare diem, ut
vetuſtior eſſe obligatio videatur, *Hotom. in Comm. verborum juris*
11 *in verbis: Prælatus dies.* † Et hoc procedit de die & conſu-
le, quô inſtrumentum eſt conſcriptum, non in quem ſolutio con-
cepta eſt. Nam dies ſolutionis ſicuti ſumma, pars eſt ſtipulationis
d. l. 1. §. editiones 2. Rationes tamen cum die & conſule edi de-
bent, quoniam accepta & data, non aliàs poſſunt apparere, niſi dies
12 & conſul fuerit editus *d.* §. *2.* † 3. Cùm inſtrumentum eſt e-
dendum, non cogitur quis edere originale; ſed ſufficit, ſi copia aut
exemplum exhibeatur *l. eos qui 6. §. ſuper his 3. & ibi gloſſ. in ver-*
bis: & exempla. & l. à Proconſulibus 19. C. d. appellat. & conſult.
quod ideò fit, ne fortè perdantur originalia. *Gloſſ. ad l. ſi legatum*
2. de edend. ubi hoc de conſuetudine approbatum eſſe ſcribit, quam
13 ſequitur *Abb. hîc n. 32.* † Si tamen editio fit probationis gra-
tiâ, authenticum ſeu originale produci debet. *Auth. ſi quis. & ibi*
Gloſſ. C. d. edend. l. quicunque 2. ibique Gloſſ. d. Fid. inſtrum. & cap.
1. h. n. t. quia exemplum inſtrumenti nihil probat. Si tamen per
tabellionem exemplatum fuit autoritate ordinarii, eandem vim
14 & autoritatem habet cum originali *cap. ult. h. n. t.* † 4. Ad
evitandam captionem non totum inſtrumentum eſt edendum,
ſed tantùm illud capitulum, quod ad cauſam facit. *cap. contingit 5.*
eod. tit. cap. cum perſonæ 7. d. privileg. in 6. & l. argentarius 10. §. edi
autem 2. in f. d. edend. Et ita quotidiè in Camerâ imperiali obſer-
vatur, prout teſtatur *A. Gail. lib 1. pract. obſ. 106. n. 10. vid. Did. Co-*
15 *varruv. d. lib. cap. 20. n. 7.* † 5. Inſtrumentum poteſt utraque
pars, etiam poſt publicationem atteſtationum uſque ad definitivæ
ſententiæ calculum exhibere, antequam ſit in cauſa concluſum.
16 *cap. cum dilectus 9. h. t.* † Sunt tamen caſus, in quibus etiam
poſt

poſt concluſionem in cauſâ poſſunt inſtrumenta produci, quos notavit *Johan. Baptiſta Vivian. in Rational. juris Pontificii ad d. cap. 9.* † 6. Et ultimò debet productio inſtrumenti fieri ſum- 17
tibus petentis *l. prætor 4. §. ult. in fin. d. edend.* & ſemel tantùm, niſi juſta ejus iterandi cauſa ſubſit *l. ſi quis 6. §. ult. eod. tit.* veluti ſi peregrè habeo, quod mihi fuit editum, vel caſu eſt amiſſum *l. veluti 7. eod. tit.* Nemo tamen tenetur iterùm producere inſtrumentum, niſi priùs ſacramentum præſtet is, qui petit iterùm inſtrumentum exhiberi, quod exiſtimet, ſe poſſe falſum redarguere, quod probatum eſt *l. cum quidam 23. C. d. Fid. inſtrument.* † Vi- 18
dendum nunc erit de effectu & contrariis inſtrumentorum. Effectus inſtrumenti eſt, ut fidem faciat, ſic privatum inſtrumentum regulariter contra ſcribentem probat. *l. Publia 26. §. fin. depoſit. vel contra*, modò in eo cauſa debiti ſit expreſſa, quia tunc condemnatur debitor, niſi is probet indebitum. *cap. ſi cautio 14. h. n. t.* Ex publico verò inſtrumento duæ deſcendunt præſumtiones; Una dicitur veritatis, quia præſumitur res ita geſta, ut in inſtrumento eſt ſcriptum *l. cum precibus 18. C. d probation.* Altera ſolennitatis, quia omnes ſolennitates requiſitæ præſumuntur in inſtrumento interveniſſe *l. ſciendum 30. d. V. O.* Probationem tamen in contrarium admittit hoc inſtrumentum *l. optimam 14. in fin. C. d. committ. & contrah. ſtipulat.* † Ad contraria autem refertur 19
1. Falſitas *cap. cum Johannes 10. h. n. t.* quæ reddit ſuſpectum inſtrumentum *can. pura 17. cauſa 3. q. 9.* An autem præſumatur falſum in totum, ſi in unâ parte eſt falſum, diſputat *Facbin. lib. 9. controverſ. jur. c. 79.* qui legi debet. 2. Quando contrariæ ſcripturæ ab eodem producuntur, tunc fidem non faciunt. *l. ſcriptura 14. C. d. Fid. Inſtrum. cap. Imputari 13. h. n. t. & l. ubi 188. princ. d. R. J.* Denique inſtrumentum publicâ manu non confectum etiamſi habeat ſigillum, cujus literæ non ſunt legibiles, vel ſcripturæ deletæ, vel enormem patitur fracturam, nihil probat *cap. inter dilectos 6. h. n. t.* Plura videantur de iis, quæ contra inſtrumenta opponi poſſunt, apud *Joannem Oldendorp. in Enchirid. Exceptionum contra inſtrumenta pag. mihi 394. & ſeqq.*

NOTA.

Notabilia.

1. Res inter alios acta, alii non præjudicat. *cap. Inter dilectos 6. verſ. porrò ſi legitimum.*

2. Quod meum eſt, ex aliâ causâ meum fieri non poteſt, niſi deſierit eſſe meum *d. cap. 6. verſ. cæterum memorati &c.*

3. Si principale non tenuit, nec acceſſorium, quod ex eo vel ob id dignoſcitur eſſe ſecutum, *d. cap. 6. verſ. cum ergò privilegium &c.*

4. Cùm obſcura ſunt jura partium, conſuevit contra eum, qui petitor eſt, judicari *d. cap. 6. in fin.*

De Præſumtionibus.

Titulus XXIII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Præſumere unde, & quid h. l.? 2.
An ſit probatio? 3. *Diſſent. Reſp.* 4.
Explic. verb. definitionis. 5.
Aliæ definitiones, remuſivè. 6. *Notatur Giphanius.* 7.
Præſumtio alia eſt judicis. 8. *Alia juris, & hæc vel juris tantùm.* 9. *Vel juris & de jure.* 10. *Eſt hæc diviſio Magiſtralis.* 11.
Plures præſumtionum diviſ. remiſivè. 12.
Unde deſumantur præſumtiones, & quæ dicantur violentæ? 13. *Ubi explic. c. 2. h. t. & n. 14. ubi explic. c. 13. eod*
Quæ non violentæ (1.) à converſatione in adoleſcentiâ. 15. *(2.) à vicinitate.* 16. *à poſtulatione di-*

ne dilationum non neceſſariarum. 17. (4) à negatione alterius illati. 18. (5.) ab idoneitate. 19.

AD fidem rei dubiæ faciendam, ſumuntur probationes, partim ex teſtium dictis, partim ex inſtrumentorum ſcripturâ, partim 1
denique ex præſumtionibus, quæ ex veriſimilibus argumentis & conjecturis ducuntur. De prioribus duabus probationum ſpeciebus tractatum fuit in præcedentibus tribus titulis hujus libri 2. Decretal. videlicet 20. 21. & 22. nunc ſequitur probatio, quæ ſumitur ex præſumtionibus. † Verbum *præſumere*, quaſi ante ſumere, quàm argumentis aliis rem probaveris *Donell. ad Tit. d. probat.* 2
c. 3. in princ. varias habet ſignificationes, quas notavit *Joan. Oldendorp. in Topicis legal. d. Regulis præſumtionum n. 1.* hoc autem in loco accipitur, pro præſagire & conjicere; & eſt nihil aliud præſumtio, quàm probatio rei dubiæ ex conjecturis ſumta. † Quòd ſit probatio, teſtantur *Gloſſographi & Dd. comm.* cum quibus & nos 3
facimus, cum *Antonio Merenda lib. 5. controverſiar. jur. c. 39. n. 13.* Nam *ad Tit. d. probat.* dictum eſt, quòd probatio in genere nihil aliud ſit, quàm rei dubiæ judici, ut ſententiam ferre poſſit, legitimè facta oſtenſio. Talis oſtenſio etiam fit judici ex præſumtionibus, quia hæ rem dubiam ſeu ambiguam demonſtrant, & in aperto ponunt, ut ille ſententiam ferre poſſit. † Sunt tamen non pauci, qui præſumtionem probationem eſſe negant 1. propter *rubr. d.* 4
probat. & præſumtionib. in qua habetur copula *Et*: cujus natura eſt cadere inter diverſa, ùt apparet ex *Rubr. C. d ſentent. & interloc. omn. judic. Rub. Inſtitut. d. uſucap. & long. temp. præſcript. & rubr. d. juris & facti ignorant. ibique Gloſſ. Everhard. in Topic. Loc. à naturâ copulæ n. 11.* Verùm reſpond. copulam, *&*, mutare ſuam naturam, & non inducere diverſitatem, quando eſt poſita inter genus & ſpeciem, ut fit in *d. rubr. d. probat. & præſumt.* vel quando inde reſultat ſenſus incongruus. *Everh. d. loc. n. 13.* 2. Quia *Titulus de probationibus* eſt in jure Canonico diſtinctus *à Titulo d. præſumtionibus.* Quæ ratio etiam nihil probat, quia *Titulus* quoque *de teſtibus & atteſtationibus* ſejunctus eſt à *Titulo de probationibus*, & tamen conſtat fieri probationem per teſtes.

3. Quia videtur præſumtio potiùs eſſe ab onere probandi relevatio, quàm probatio *l. cùm de indebito 25. pr. verſ. Si verò d. probat. & præſumt.* Ad quam rationem reſpondemus, præſumtionem eſſe & relevationem ab onere probandi, & etiam veram probationem, ut oſtendit confeſſio, quæ eſt relevatio ab onere probandi, teſte *Gloſſ. ad rubr. d. confeſſis*, & etiam ſpecies probationis *l. Imperatores 29. d. probat. & præſumt. l. cum te 5. C. d. tranſact. & cap. cum ad ſedem 15. d. reſtit. ſpoliator.* 4. Objicit *Henricus Zæſius ad Tit. Pand. d. probat. & præſumt. n. 14.* veram probationem percipi ſenſu, veluti viſu, auditu: præſumtionem autem colligi per diſcurſum rationis, ex facti circumſtantiis. Quæ ratio non de omni ſpecie probationis concludit, ſed de eâ duntaxat, quæ fit teſtibus *cap. cum cauſam 37. d. teſtib. & atteſtat.* 5. Denique objicitur, conjecturam, à quâ ſumitur præſumtio, quandoque fallere; Verùm reſpondemus, etiam interdum fallere teſtes & inſtrumenta, quibus
5 tamen fit probatio. † Diximus autem in definitione, quòd præſumtio ſit probatio rei dubiæ, quia in his, quæ manifeſta ſunt, & judici nota, non eſt requirenda probatio. *cap. ſuper eo 3. d. teſtib. cog. vel non.* Ultima definitionis verba faciunt differre præſumtiones à reliquis probationis ſpeciebus. Species enim probationis non aliunde diſtinguuntur, quàm ex diverſitate modi, quô rem
6 dubiam in aperto ponunt. *Merenda d. cap. 39 n. 11.* † Alias definitiones præſumtionis tradunt *Weſ. ad tit. d. probat. & præſumt. n. 14. Donell. ad d. tit. c. 3. Vult. lib. 2. Juriſpr. Rom. c. 2. n. 12.*
7 *& Zæſ. d. loc. n. 11.* † *Gipban. verò d. diviſ. jur. theſ. 155. & 160.* præſumtiones putat non poſſe certò definiri, cùm in facto verſentur, & quæ conſiſtunt in facto, non poſſe definiri, per *l. mora 32. in pr. d. uſur. & fructib.* Verùm per definitionem *in d. l.* non intelligitur vera definitio, quâ quid res ſit explicatur, ſed regula, quam Græci aphoriſmum dicunt, ut rectè illum textum explicat *Joan. Coraſ. in ſuis Miſcellaneis lib. 2. c. 6. & Donell. tr. d. morâ c. 5. circa*
8 *fin.* † Poſt definitionem præſumtionis ſequitur ejus diviſio: Quia verò interdum jus, interdum judex ex perſonarum & rerum circumſtantiis elicit præſumtiones, hinc faciunt Dd. præſumtiones alias judicis, & alias juris. Judicis præſumtiones ideò vocant, quia

quia relictæ ſunt cognitioni, & arbitrio judicis, cùm nullo jure conſignatæ & confirmatæ reperiantur *l. 1. in f. d. jur. deliber. Menoch. d. præſumt. lib. 1. q. 5. n. 6. & 8.* Ex qualitate igitur facti, & conjecturis præſumtiones haſce judex colligit, & ſecundùm eas judicat, *l. non omnes 5. §. à barbaris 6. d. Re milit. & l. fin. C. d. probation.* † Juris autem præſumtiones rurſus diſpeſcuntur in præſumtiones juris tantùm, & in præſumtiones juris & de jure. 9 Quæ vocabula non ſunt juris, ſed magiſtralia, teſte *Abbat. ad cap. Quantò 8. n. 2. h. t. n.* Juris præſumtio tantùm eſt, cùm lex aliquid concludit & ratiocinatur, veluti qui ſemel fuit dominus rei controverſæ, ſemper præſumitur dominus, donec probetur, quòd amiſerit iſtius rei dominium *l. ſive poſſidetis 16. & ibi gloſſ. C. d. probation. Jacob. Menoch. d. præſumt. lib. 6. præſumt. 62.* Sic etiam ex chirographo cancellato lex præſumit ſolutionem factam eſſe, niſi contrarium doceatur *l. ſi chirographum 24. d. probat. & præſumt. Menoch. d. præſumt. lib. 1. q. 4. n. 2.* † Præſumtio verò 10 juris & de jure dicitur, quando lex non tantùm præſumit, ſed etiam diſponit atque ſtatuit, ut adverſarius, qui contrarium eſt probaturus, non audiatur. Ideò autem dicitur præſumtio hæc juris, quia à lege eſt introducta: & de jure, quia ſuper tali præſumtione lex inducit firmum jus, & habet eam pro veritate. *Menoch. d. lib. 1. q. 3. n. 18. qui Bl. allegat.* Exemplum hujus præſumtionis habetur *in cap. Is qui fidem 30. d. ſponſalib.* ubi ex concubitu ſponſi cum ſponſâ oritur matrimonii præſumtio. Sic etiam mulier, quæ fidejuſſionis nomine pecuniam accepit, tanquam mercedem, non juvatur Scto Vellejano, & denegatur ei exceptio *l. antiquæ 23. pr. ad SCt. Vellej.* quia ex causâ propriâ cenſetur interveniſſe, nec auditur, ſi contrarium vult probare, quia lex ita præſumit, ut removeat fœminam contrarium probaturam. *Sichard. ad d. l. 23. n. 10.*

† Quamvis autem præſumtiones hæ quoad verba in legibus non 11 reperiuntur, tamen quia res ipſa in jure noſtro habetur, & diſtinctiones illæ conducunt ad intelligendos interpretes juris, & ad cognoſcendum, quantum hæc vel illa præſumtio ad condemnationem vel abſolutionem faciat; idcircò eas retinendas eſſe putamus, fruſtrà diſſentiente *Oldendorpio*, qui *d. loc. n. 3.* præſumtio-

 nem

Quamvis autem ætas ab adoleſcentiâ in malum prona eſt, cùm ni-
hil incertius ſit, quàm vita adoleſcentum *can. omnis ætas 1. cauſa 12.*
q. 1. tamen quando videmus puerum libenter audire ſapientes,
ſtudere virtutibus, & obſervare mandata Dei, per iſta ſigna exte-
riora præſumitur, quòd bonus futurus ſit. Hinc iſti verſus:

Ruſtice qualis erit bos, ex vitulo modereris
Annus qualis erit, cognoſces tempore veris.

Sic qui in juventute fuit continens, in ſenectute non præſumitur
incontinens, maximè ſi eſt literatus *cap. cum in juventute 15. b. n. t.*
His addatur *cap. mandata 6. & cap. ſcribam 9. eod. tit.* ubi etiam
præſumtio transfertur de tempore in tempus, videlicet ex præ-
terito in futurum. † 2. Ex vicinitate præſumitur notitia fa 16
cti loci vicini *c. quoſdam 7. b. n. t. & cap. ult. Qui matrimonium*
accuſ. poſſ. quod procedit de illis factis & actibus, qui ſunt ſucceſ-
ſivi, & palàm fieri atque incurrere in oculos ſolent. Si igitur te-
ſtis, qui deponit de facto vicini, interrogatur de cauſa ſcientiæ, &
reſpondet, quia ſit vicinus, probat, quia concludit præſumtivè,
præſumtione juris, inquit *Abb. ad d. cap. quoſdam 7. n. 1.* Hoc au-
tem fallit de factis & actibus, qui ſunt momentanei, & clàm fieri
ſolent, quia hos actus vicini non præſumuntur ſcire *l. tres fratres*
35. d. pact. ubi factum fratris, qui ſurripuerat aliquid pertinens ad
hereditatem ignoràſſe ſoror intelligitur. Unde etiam contractum
vicini mei, ſicut & ſtuprum vel adulterium ipſius ignorare præſu-
mor. Plura vid. apud *Menoch. lib. d. præſumt. 6. præſumt. 24.* ubi
varias Dd. refert opiniones. Huc etiam referendum eſt *cap. quan-*
to 8. b. t. ex quo colligitur, præſumi factum notum in vicino loco,
quod eſt notum in longinquo ſeu remoto. † 3. Tertiò qui di- 17
lationes non neceſſarias poſtulat, præſumitur habere malam cau-
ſam *cap. nullus 4. b. n. t.* ut enim offerens ſe judicio, videtur confi-
dere de juſtitiâ ſuâ, ità, quando quis illud refugit, apparet, eum de
Juſtitiâ diffiſum, ut ſcribitur *in fin. can. Chriſtianis 12. cauſa 11. q. 1.*
† 4. Qui unum ex duobus illatis negat, præſumitur alterum affir- 18
mare, *cap. nonne 5. b. t. n.* Quod ibi probat *Gregorius homil. 18.*
Exemplo Chriſti. Cùm enim Judæi ei objiciebant, ſe eſſe Samarita-
num, & habere Dæmonium, reſpondit Jeſus, ſe non habere Dæmo-

nium *Joan. c. 8. verſ. 48. & ſeq.* alterum igitur conceſſit, ex mente Gregorii, ſe videlicet eſſe Samaritanum. Quo autem reſpectu Judæi Christum nominârint Samaritanum, explicat *Lucas Oſiander ad d. v. 48. ſeq.*
19 † Ultimò deſumitur præſumtio ab idoneitate ſeu qualitate naturali & intrinſecâ, cum quâ homo naſcitur, puta, quòd ſit caſtus, pacificus, ſobrius. Hanc enim qualitatem præſumitur quis habere, donec contrarium probetur *cap. ult. h. n. t. Weſ. ad Tit. Pand. d. probat. & præſumt. n. 14.* Hinc etiam *in cap. unic. verſ. Unde in tali reſponſione, d. ſcrutinio in ordin. faciend.* ſcribitur, quòd quis in dubio præſumatur dignus, quem indignum eſſe non conſtat. Alia eſt qualitas extrinſeca ſeu accidentalis, qualis eſt eruditio & doctrina, quæ multis vigiliis, multoque labore comparatur, & hæc non præſumitur. Hinc etiam ſuper eâ, ut & aliis, quæ extrinſecùs adveniunt, meritò fit examinatio. *Gloſſ. ad cap. ſi fortè 6. voc. ſcientia d. Elect. & Elect. pot. in 6. & Abbas ad d. cap. ult. n. 5. & 6.* De reliquis rebus, ex quibus etiam colligitur præſumtio, videatur *Menoch. d. præſumt. & Joan. Oldendorpius d. loc. n. 4. & ſeqq.*

De Jurejurando.
Titulus XXIV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Juſjurandum quid? 2.
Eſt vel voluntarium, vel neceſſarium, vel judiciale. 3.
Vel promiſſorium, vel adſertorium. 4.
Scopus. 5.
Quis deferat, & cui? 6.
Super quibus rebus? 7.
An ſuper antichreſi? 8. *Actione injuriarum?* 9. *Causâ criminali?* 10. 11. *Obedientiâ à clerico præſtandâ?* 12. *Matrimonio?* 13.

De

De modo jurandi. 14.
De interpretatione juramenti. 15. 16. *Ubi explic. c. 31. h. t. & 17.*
Qui non ſervat ſit perjurus. 18.
Species c. 10. h. t. 19. *Conciliatur cum c. 12. eod.* 20.
Epiſcopus perjurus graviùs punitur. 21.
Juramentum metu extortum an obliget? 22.
Juramentum producit actionem, aſt qualem? 23.
Et exceptionem. 24.
Chriſtiano licet jurare. 25.

DE variis probationum ſpeciebus actum eſt in Titulis aliquot 1
præcedentibus. Quia verò in defectum probationis recurritur ad jusjurandum, ideò ſubjicitur nunc *Titulus de Jurejurando* 24. *Gloſ. & Canon. & h. rubr.* quos ſequitur *Donell. lib. 24. Comm. jur. civil. c. 8.* † Jusjurandum, quod etiam juramentum di- 2
citur in *l. jusjurandum 34. §. ſi de qualitate 5. d. jurejur. ſive volunt. &c.* nihil aliud eſt, quàm affirmatio religioſa, teſte *Cic. lib. 3. offic.* quæ definitio ad omnes jurisjurandi ſpecies aptari poteſt, inquit *Joan. Borcholt. d. Jurejurando c. 1. n. 14.* Aut eſt confirmatio veritatis, cùm aliquid Deo teſte aſſeritur *Joan. Paul. Lancelott. in Inſtit. Jur. canon. lib. 3. tit. de probationibus 14. §. quod ſi nec teſtibus.* aliter jusjurandum definiunt, *Weſ. ad Tit. d. jurejur. ſive voluntario &c. n. 2. Dominicus Soto d. J. & J. lib 8. cap. 1. art. 1. Vult. lib. diſcept. Scholaſtic. c. 7.* & alii, quos citat *Joach. Beuſt. in rub. d. jurejur. n. 30.* † Et dividitur jusjurandum in voluntarium, ne- 3
ceſſarium & judiciale, ut arguit *Rubr. Dig. d. Jurejurando ſive voluntario &c.* Voluntarium definitur à *Dd.* quod parti defertur à parte extra judicium. De hoc jurejurando agitur *in pr. l. jusjurandum 17. l. in duobus 28. §. ult. d. jurejur. ſive vol. &c. l. ſi deferente 13. Quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit. & auth. ſacramenta C. ſi adverſus vendit.* Ideò autem dicitur voluntarium, quia tantùm ex voluntate litigatorum pendet. Nam liberum eſt à principio hoc jusjurandum non deferre; & liberum eſt, ei, cui defertur, non ſuſcipere.

pere. Neceſſarium eſt, quod à judice in dubiis cauſis uni litigantium defertur judicio jam cæpto. *l. 1. ibi: vel ex autoritate judicis deciduntur controverſiæ. l. admonendi 31. verſ. ſolent enim ſæpè judices &c. d. jurejurando &c. l. in bonæ 3. & l. generaliter 12. princ. ibi: vel à judice & ibi: ſive à judicibus & §. 1. in verbis: vel ex autoritate judicis C. de reb. credit. & jurejur.* Proptereà autem appellatur neceſſarium, quia defertur neceſſitate & inopiâ probationum cogente *d. l. in bonæ 3.* & neceſſe habet, cui defertur, id ſubire. Judiciale jusjurandum eſt, quod parti à parte autoritate judicis defertur in judicio *l. ait prætor 3. princ. l. jusjurandum 34 §. ait prætor 6. d. jurejurand. ſive voluntario &c. & d. l. generaliter 12. pr. & §. 1.* Quod ideò judiciale dicitur, quia defertur in judicio judice id approbante & confortante, ut ait *Accurſ. in l. 1. voc. pactione d. jurejurand. ſive voluntario &c.* De tribus hisce juramenti ſpeciebus *vid. Gloſſ. in cap. ult. verbis: à te b. n. t. Beuſt. d. loc. n. 52. & ſeq. &*
4 *Borcholten. ad d. t. cap. 2.* † Dividitur etiam à Dd. juramentum in promiſſorium & aſſertorium. Quid utrumque ſit, tradit
5 *Beuſt. d. loc. n. 32. & ſeqq. & Henr. Zœſ. ad h. t. n. n. 29.* † In jurejurando autem agendum erit 1. de perſonâ, quæ defert jusjurandum, & cui poteſt deferri, 2. De rebus, quarum nomine jusjurandum deferri poteſt. 3 De modo jurandi. 4. De jurisjurandi interpretatione. 5. De effectu jurisjurandi. † Ad 1. reſpon-
6 demus, eam perſonam deferre poſſe jusjurandum, quæ litis decidendæ & remittendæ jus habet, ſiquidem jurejurando diſceditur à lite, & quòd noſtrum erat, remittitur *l. 1. l. 2. l. qui juraſſe 26. §. ult. cum l. ſeq. & l. admonendi 31. d. jurejur. ſive volunt. &c.* Poteſt autem omnibus deferri jusjurandum, cujuscunque ſint ſexus, ætatis vel conditionis *l. ſervus 23. cum legibus tribus ſeqq. d. t.* Nec contradicit *l. jusjurandum 34. §. pupillo 2. eod. tit.* ubi pupillo non poteſt deferri jusjurandum; quia ſenſus eſt hujus legis, quòd pupillo invito non poſſit jusjurandum deferri. Si autem ſpontè in ſe ſuſcepit jusjurandum, & conditione delatâ juravit, tunc omnimodò cuſtodiri debet jusjurandum adverſus eum, qui detulit *d. l. 26. in princ. & can. pueri 15. cauſa 22. q. 5. Gloſſ ad d. l. 34. §. 2. Vid. Cujac. in recitat. ſolennib. lib. 18. Pauli ad edictum in explic. d. l. 26.*

† Ad

† Ad ſecundum reſpondemus, regulam eſſe, quòd in omnibus 7
rebus, cauſis & actionibus locum habeat jusjurandum *l. ait*
prætor 3. §. 1. cum duabus ſeqq. §§. & d. l. 34. princ. d. jurejurando
ſive volunt. † A quâ regulâ excipitur 1. antichreſis, quamvis 8
enim jure civili ſit licita *l. ſi is 11. §. 1. d. pignor. & hypothec. l. ſi eâ*
pactione 14. & l. ſi eâ lege 17. C. d. uſur. tamen jure Canonico prohibetur, etiamſi juramentum debitoris acceſſerit, *cap. ad noſtram 7.*
h. t. Ratio prohibitionis eſt, quia in antichreſi conſequitur creditor ultra ſortem lucrum, ratione dilatæ ſolutionis, quod incidit in
uſuram jure Canonico prohibitam. Et juramentum non debet
eſſe vinculum iniquitatis *cap. quantò 18. h. n. t.* Hæc tamen prohibitio in terminis imperii non attenditur. Et teſtatur *Weſ. conſil.*
8. n. 44. antichreſeos contractum conſuetudine jam receptum eſſe,
& proinde pro uſurario non habendum, quem ſequitur *Andr.*
Rauchbar. part. 1. quæſtion. jur. civil. & Saxon. 20. n. 35. & 36. †
2. Excipitur actio injuriarum, quia reo purgationis juramentum 9
deferri non poteſt, quòd verba injurioſa animo injuriandi non
protulerit. Ratio exceptionis eſt, quia, cùm nulla ſit probatio evidentior, quàm quæ reſultat ex confeſſione adverſarii *l. unic. C. d.*
confeſſ. & reus verba injurioſa, ob quæ accuſatus fuit, ſit confeſſus:
meritò condemnatio ſubſequi debet, non autem juramentum purgationis reo deferri. Et hæc eſt communis Dd. opinio, referente
And. Gail. lib. 2. obſ. 106. n. 1. qui tamen *n. 3.* addit, eâ non obſtante, judicem ex æquitate, conſideratis perſonis, & injuriæ circumſtantiis, an à propinquo vel amico facta ſit injuria, non publicè,
ſed privatim, tale juramentum purgationis reo deferre poſſe.
Quod etiam placet *Mynſ. decad. 1. reſponſo 7. n. 21. & ſeqq.* Verùm quia hoc ſeculo nequiſſimo plerique homines juramenta non
magis curant, quàm domûs antiquæ fumum, ideò providè & cautè
judex in deferendo ejusmodi juramento agere debet. *Ludovic.*
Gilhauſ. d. Injuriis & famoſ. libell. §. 9. n. 38. Aliàs in actione
injuriarum jusjurandum deferri poteſt *l. nam poſteaquam 9. §. ſi*
damnetur 2. d. jurejur. ſive vol. l. 1. d. his qui not. infam. l. Lex Cornelia 5. §. hâc lege 8. & l. non ſolùm 11. §. 1. d. injur. & famoſ. libell.
licèt non referri *Borcholt. d. loc. c. 7. n. 19.* † Quæritur, an 10

in cauſa criminali deferri poſſit jusjurandum? *Petrus Coſtalius ad d. l. ait prætor 3* juramentum judiciale, inquit, & voluntarium non admittitur in criminalibus criminaliter indictis: contrà eſt, ſi civiliter ad pœnam parti applicandam intenderentur: & hoc communiter teneri. Nos verò diſtinguimus inter jusjurandum voluntarium & judiciale, quod ſcilicet à parte parti defertur, & jusjurandum neceſſarium, quod judex in defectum plenæ probationis defert. Voluntarium & judiciale jusjurandum vel accuſator defert vel reus. Si accuſator defert, tunç quamvis criminaliter agat, tamen admittitur ejus jusjurandum. Satius enim eſt, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare *l. abſentem 5. pr. d. pœn.* & quia faciliores eſſe debemus ad liberandum, quàm ad condemnandum *l. Arrianus 47 d. O. & A.* quam opinionem, ſcribit *Jaſ. ad d. l. ait prætor. 3.* omnes modernos tenere. Ab illâ autem recedit *Br. ibidem n. 1.* exiſtimans accuſatorem non poſſe accuſato deferre jusjurandum voluntarium, vel judiciale, ſiquidem deferatur ad abſolvendum, quòd in cauſis criminalibus quis videatur agere cauſam fiſci, & ad fiſci utilitatem. Verùm à communi opinione non putamus recedendum *Raphael Fulgoſius ad d. l. ait prætor. 3. n. 2.* propter textum à *Gloſſa* ibi allegatum *verbo: agatur*, qui habetur in *l. eum qui 30. §. in popularibus 3. d. Jurejurand. in π.* ubi agens cauſam publicam poteſt jusjurandum deferre. Nihil impedit, quòd delicta non ſint impunita relinquenda *l. ita vulneratus 51. ad L. Aquil.* & aliis ſimilibus textibus, quia hoc procedit de delictis notis & convictis. *l. ult. C. de probation.* Prior autem ſententia procedit, quando accuſator aliter crimen probare non poteſt. Cùm enim alias habet probationes legitimas, & nihilominus accuſato defert jusjurandum, tunc malâ fide dicitur deferre jusjurandum, *d. l. eum qui 30. §. in popularibus 3.* Addit autem *Jaſ. allegato loco*, jusjurandum à reo præſtitum præjudicare tantùm accuſatori, qui illud detulit, & non judici vel aliis, quem ſequitur *Zaſ. ad d. l. ait Prætor 3. n. 13. & Schneidew. ad §. item ſi poſtulante 11. n. 23. J. d. Act.* Verùm hoc non videtur admittere *l. ait Prætor 7. & lex ſeq. ut & lex. nam poſteaquam 9. de jurejurando in π. Donell. d. jurejur. c. 7. n. 9.* Sciendum autem eſt, accu-

acculatorem hodiè nonniſi rarò deferre jusjurandum accuſato, quia potiùs dirigit ſuam accuſationem ad indicia, ut ad torturam perveniri poſſit: Quæ via eſt tutior & melior. *Beuſt. ad d. l. ait Prætor 3. n. 56.* † An autem reus accuſatori deferre poſſit jusjurandum, ſimiliter dubitari ſolet. *Jacobus d. Butrio* hoc quidem affirmat, referente *Br. d. loc.* nam ſi reus inquit, defert accuſatori jusjurandum, ipſe videtur confiteri, quando accuſator juravit *l. qui juraſſe 26 §. ult. d. jurejurand. in ϖ.* Confeſſio autem eſt probatio luce clarior, quæ in criminalibus requiritur *d l ult. C. d. probat.* Quam opinionem etiam amplectitur *Zaſ. d. n. 13. cum ſeq.* qui movetur *l. quoniam 5. d. his qui not. infam. & l 1. de jurejur. in ϖ.* Alii verò dicunt, reum non poſſe deferre accuſatori jusjurandum, quòd in criminalibus requirantur probationes luce meridianâ clariores, quorum opinio non ſolùm communiter eſt recepta, verùm etiam videtur æquior propter *d. l. abſentem 5. & d. l. Arrianus 47* Plura videantur apud *Joachimum à Beuſt d. loc. n. 57. & 58.* qui hanc negativam aliis etiam probat rationibus. 11

† 3. Excipitur obedientia, quam Clerici ſuo Epiſcopo præſtant, quia hæc non debet promitti juramento, ſed ſufficit, ſi verbo ſit promiſſa *cap. nullus 5. h. t. n. & can. ultimo cauſa 22. q. 5.* Per cautionem igitur, cujus fit mentio *in can. quanquam 6. diſt. 23.* non intelligitur jurata, ſed injurata, quia nomine cautionis ſimplex promiſſio intelligitur *l. ſancimus 3. C. d. verborum & rerum ſignific. Gloſ. in cap. ad noſtram 7. in verbis: Sufficienti cautione h. n. t.* 12

† 4. Et ultimò excipitur matrimonium, quia delatio juramenti non habet locum contra matrimonium, ſed pro matrimonio *arg. cap. labor 7. d. ſent. & re jud. cap. Fraternitatis 6. d. frigid. & maleſic. & cap. Ex parte 11. de tranſact.* quia non debet eſſe in poteſtate partium matrimonium per jusjurandum diſſolvere. *Joach. à Beuſt. d. loc. n. 60. & ſeqq.* 13

† Ad tertium, quod fuit de modo jurandi, dicimus jurandum eſſe 1. conditione delatâ Si enim reus juravit, nemine ei jusjurandum deferente, prætor id jusjurandum non tuebitur, quia ſibi juravit. Alioquin facilimus quisque ad jusjurandum decurrens nemine ſibi deferente jusjurandum, oneribus actionum ſe liberabit *d. l. ait Prætor 3. in pr.* 2. Statim, 14

cùm ſimpliciter jusjurandum eſt delatum, aut intra illud tempus, quod præfinitum eſt. Si enim poſtea quis jurare paratus ſit, nihil ei hoc jusjurandum proficiet, quia ex eo, quod delatum eſt, juratum non eſt *l. non erit 5. §. ult. d. jurejur. in ff. Donell. d. tit. c. 6.* 3. Jurari oportet, ut delatum eſt jusjurandum. Cæterùm ſi ego detuli, ut per Deum jurares, tu per caput tuum juràſti, vel filiorum tuorum, non erit juratum habendum jusjurandum *d. l. ait Prætor 3. §. ult. cum l. 4. & 5. princ. h. t. in ff.* Sic qui per ſalutem ſuam jurat, licèt per Deum juràſſe videtur (reſpectu enim divini Numinis ita jurat) attamen ſi non ita ſimpliciter jusjurandum ei delatum eſt, juràſſe non videtur. Et ideò ex integro ſolenniter jurandum eſt. *l. qui per ſalutem 33. eod. tit.* Denique jurandum eſt non per creaturas, ſed per Creatorem. Nam juramentum eſt pars cultûs divini, qui non niſi uni & ſoli DEO præſtandus eſt. Unde etiam diximus ſuprà, quòd jusjurandum ſit affirmatio religioſa, ob quam cauſam nuncupatur etiam religio *l. multò magis 24. & l. ſeq. de jurejur.* & ſacramentum *l. actori 8. l. ſi quis 11. cum legib. ſeqq. C. d. reb. credit.* Et ſcribitur in *cap. Etſi Chriſtus 26. pr. h. n. t.* ideò Chriſtum per creaturam jurare prohibuiſſe, ne per hujusmodi juramentum transferatur ad creaturam honorificentia Creatoris. Videatur *Can. clericum 9. can. ſi quis 10. & can. movet te 16. verſ.*
25 *ſed ſciendum eſt cauſa 22. q. 1.* † Ad 4. reſpondemus, juramentum ita interpretandum eſſe, ut non obviet juri, aliàs tanquam temerarium non obligat contra juris obſervantiam, *cap. ad noſtram 21. h. n. t. & l. non dubium 5. in f. C. Legib. & Conſtitu-*
26 *tionib. Princip.* † 2. Ut non extendatur niſi ad ea tantùm, de quibus eſt cogitatum, & non ad ea, quæ poſteà accidunt *c. veniens 16. & cap. quemadm. 25. h. n. t.* Ad ea igitur, de quibus veriſimiliter non fuit cogitatum, juramentum non eſt extendendum. Exemplum proponitur in *cap. Petitio 31. h. n. t.* ubi Canonici quidam Principi Antiocheno ita juràrunt: *Contra te non erimus.* Quæſitum fuit de interpretatione hujus juramenti, an, eo non obſtante, poſſint prædicti Canonici adverſus Principem in Eccleſia & ſuis propriis cauſis litigare. Quod videtur primâ facie negandum, quia juramentum, quod poteſt ſervari abſque interitu ſalu-

tiæ

tis æternæ, nec in alterius præjudicium tendit, ſervandum eſt *cap. cum contingat 28. h. t. & cap. quamvis 2. d. pact. in 6.* Verùm contrarium affirmatur in *d. cap. 31. verſ. Interpretatione congruâ declaramus &c.* quòd prædicti Canonici poſſint adverſus principem litigare, & ſe atque Eccleſiam ſuam defendere, quia in generali ſermone perſonæ loquentium intelliguntur exceptæ, *l. qui inſulam 30. in fin. locat. conduct. Gloſſ. in d. cap. 31. in verb. ſpecialib. veſtris.* Et quamvis juramentum hoc ſit generale, non tamen extendendum eſt ad ea, de quibus veriſimiliter non fuit cogitatum. *Can. ne quis 14. cauſa 22. q. 2.* Et quia nemo præſumitur velle jactare ſuum *l. cum de indebito 25. pr. verſ. Qui enim ſolvit d. probat. & præſumt.* veriſimile non eſt, quod per dictum juramentum Canonici ſe obligare voluerunt ad rerum ſuarum defenſionem negligendam, maximè cùm conſtet, ordinatam charitatem incipere à ſeipsâ *l. præſes 6. C. d. ſervit. & aq.* & ſe plus amare in ungue pedis, quàm adverſarium in vertice capitis, ut loquitur *Bl. vol. 4. conſil. 312.* Sic etiam jurat vaſallus domino, quòd velit ei fidelis eſſe contra omnem hominem *cap. Eſt & alia d. novâ formâ fidelit. 2. F. 7.* & tamen tradunt Feudiſtæ, quòd vaſallus non teneatur domino adverſus ſeipſum auxiliari *Joachim. d. S. Georg. d. Feudis in verb. & promiſerunt n. 13.* Verba igitur juramenti: *Contra te non erimus*, ita debemus interpretari, *non erimus contra te pro aliis*, h.e. non auxiliabimur aliis contra te vel dignitatem tuam. † 3. 17
Debet ita juramentum interpretari, ſi res in eodem ſtatu maneat. Sic quando vir juravit mulieri, cum qua hâc conditione contraxit matrimonium, quòd eam ſemper pro legitimâ uxore tenere velit, poteſt propter ſupervenientem fornicationem iſta mulier repelli. *cap. quoniam 2. d. conjug. leproſor.* quia in prædicto juramento talis conditio tacitè ſubintelligitur, ſi uxor in legem conjugii non peccaret, *cap. quemadmodum ſi vir 25. h. t. n.* Plura de de interpretatione juramenti videantur apud *Gloſſ. in d. l. 25. voc. conditio.* † Ultimum concernit effectum jurisjurandi, qui 18
conſiſtit in obligatione, quam illud producit. Quare, qui non neceſſitate, ſed voluntate venit contra licitum juramentum, perjurus ſit, & ab Eccleſiâ removetur *cap. querelam 10. h. t.* † Ubi 19

talis facti ſpecies proponitur: Quidam Robertus, Canonicus Linconienſis, conceſſerat Urbano Clerico Eccleſiā, ſub onere præſtandæ ſibi modicæ penſionis annuæ cujusdam, in pecuniâ numeratâ. Hic urbanus, quamvis juraverat, ſe iſtam penſionem quotannis Roberto ſoluturum, tamen poſteà per biennium à ſolutione penſionis ceſſavit. Unde ad propoſitam à Roberto querelam reſcripſit Pontifex, ſi prædictus urbanus contra juramentum ſuum non neceſſitate ſed voluntate veniens à penſionis ſolutione ceſſavit, quòd Urbanus ab Eccleſiâ removeri, eaque Roberto Canonico reſtitui debeat. Ratio à Pontifice talis affertur, quòd non mereantur Eccleſias regere, qui ſunt crimine perjurii irretiti. Ratio rationis eſt, quia perjuri ſunt infames. *can. Infames 17. cauſa 6. q. 1.* & infamibus portæ dignitatis patere non debent *l. neque 2. C. d. dignit. lib. 12.*

20 † Quod verò dictum eſt, Urbanum propter commiſſum perjurium debere ab Eccleſiâ removeri, illud videtur pugnare, cum *cap. ſicut 13. h. n. t.* in quo Priori monaſterii, qui inimicitiam habens cum quodam monacho, juravit ſe non manſurum in monaſterio, quamdiu ille monachus ibi eſſet, imponitur tantùm pœnitentia. Verùm hoc ideò factum eſt, quia Prior ille juraverat calore iracundiæ, ut apparet ex *d. cap. 13.* Perjurium autem calore iracundiæ commiſſum ſolet mitiùs puniri *l. jurisjurandi 2. C. d. reb. credit. & jurejur.* quia calor iſte minuit culpam. *Beuſt. ad l. 1. d. Jurejurand. n. 19. p. 90.*

21 † De Epiſcoporum quoque perjurio ſcribitur *in cap. cum quidam 12. h. n. t.* quòd propter illud gravius ſint puniendi quàm alii: Affert autem Papa duas rationes, quarum una eſt, quòd Epiſcopi majori præemineant dignitate. Majori autem pœnâ eſt dignus, cui plurimum honoris eſt delatum *l. Presbyteri 8. in fin. C. d. Epiſcop. & Cleric. & l. properandum 13 §. ſin autem 8. C. d. judic.* Et reatu majori delinquit, qui potiori honore perfruitur, atque graviora facit vitia peccatorum, ſublimitas peccantium *can. nulli 4. cauſa 25. q. 1.* Quibus textibus videtur adverſari *l. Pedius 4. §. 1. d. Incendio, ruina, naufragio & c. l. aut facta 16. §. perſona 3. & l. capitalium 28. §. ult. d. pœn. & l. fin. verſ. Eum autem C. ut nemo privatus titulos prædiis ſuis imponit*; in quibus textibus dignitas minuit pœnam. Verùm diſtinguendum vide-

videtur inter pœnam pecuniariam ſeu civilem, & pœnam corporalem. Propter perſonæ dignitatem mitigatur pœna corporalis *dd. textibus*, augetur autem pœna civilis ſeu pecuniaria *d. l. presbyteri 8. & d. l. 13. §. 8 Gloſſ. ad d. cap. cum quidam 12. voc. dignitate*, quam ſequuntur *Dd. comm.* prout ſcribit *Didac. Covarruvias lib. 2. variar. reſolut. c. 9 n. 3.* & *Julius Clarus lib 5. recept. ſent. §. fin. q. 6. n. 24.* Interdum tamen propter dignitatem non mitigatur pœna corporalis, ſed augetur, quando vid. quis delinquit in derogationem vel contumeliam officii ſeu dignitatis tradente *Capolla conſil. criminali 39. n. 42. & Tiraquell. tr. de nobilit. c. 20.* Altera Pontificis ratio eſt, quòd Epiſcoporum exemplo facilius alii poterunt ad ſimilia provocari. Quæ ratio etiam confirmatur *in can. præcipuè 3. cauſa 11. q. 3.* ubi ſcribitur in hunc modum: *Deterius in populo Prælati delinquunt, ac per hoc ipſi crudeliùs, quàm cæteri puniuntur, ut ait beatus Gregorius. Scire enim Prælati debent, quia ſi perverſa unquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Unde neceſſe eſt, ut tantò ſe cautiùs à culpâ cuſtodiant, quantò per prava, quæ faciunt, nō ſoli moriuntur.* His addatur *can. primū 6. diſt 25.* † Quæritur hoc loco: 22
Utrum etiam juramentū metu extortum obliget, an verò nullū ſit? Quæ quæſtio proponitur in *cap ſi verò 8. h. n. t.* ubi vir quidā Eccleſiaſticus graviſſimo metu coactus, renunciavit beneficio ſuo, & juramento ſe adſtrinxit, de eodem beneficio ulteriùs nō repetendo, atq; ita permiſit, ut is, qui juramentum metu extorſit, ſibi beneficium illud retineret, atque in Eccleſiâ miniſtraret: Unde quæſitum fuit, an alter eorum debeat beneficium hoc ſibi habere, an verò neuter? Ad quam quæſtionem reſpondit Pontifex *in verſ. Duximus tibi reſpondendum eſſe &c.* quòd non eſt tutum, quemlibet contra juramentum ſuum venire, niſi tale ſit, quod ſervatum vergat in interitum ſalutis æternæ: nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra juramentum proprium, ne autores perjurii videamur. Quibus verbis reſpondit Pontifex hoc juramentum, quod metu factum eſt, ipſo jure non eſſe nullum, ſed obligationem producere. Nec adverſatur *cap. ad audientiam 4. d. his quæ vi metuvè cauſa fiunt*, ubi ait Pontifex, quòd quæ vi metuſvè cauſa fiunt, carere

rere debeant robore firmitatis; quia reſpondetur, inde non ſequi, juramentum vi vel metu extortum, ipſo jure eſſe nullum, quia adverſus tale jusjurandum datur reſtitutio in integrum *t. t. quod metus cauſa geſt.* quæ præſupponit validitatem juramenti *l. in causâ 16. pr. d. min. 25. ann.* Deinde datur abſolutio à tali juramento *d. cap. Si verò 8. verſ. verùm aliquando & cap. verùm 15. h. n. t.* Abſolutio autem præſupponit vinculum *cap. Ad diſſolvendam 13. d. deſponſat. impub.* Denique ſcribitur *in cap. Abbas 2. d. his, quæ vi metuvè cauſa fiunt,* quòd ea, quæ metu & vi fiunt, de jure debeant in irritum revocari. Quæ omnia probant, juramentum hoc jure valere. Clerici tamen, qui coacti miniſterium Eccleſiæ abjurârunt, ſolent à tali juramento abſolvi *d. cap. 8. & cap. verum 15. h. n. t.* Et ita Canoniſtæ communiter ſentiunt. Quæ autem ſit Legiſtarum hâc de re opinio, tradit *Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 42. n. 2. & 3.* Plura de hâc quæſtione videantur apud *Fach. lib. 8. controverſ. jur. c. 102.*

23 † Producit etiam jusjurandum actionem & exceptionem. De actione quæri ſolet, quænam ſit iſta actio? quæ quæſtio non caret difficultate, quia interdum dicitur illa actio, quæ ex jurejurando competit, vetus, interdum nova. *Gloſſa ad §. item ſi quis poſtulante 11. verbo: deferri J. de actionib. l. nam poſteaquam 9. §. 1. voc. actionem & l. ſi duo 13. §. Marcellus 5. verbo: Conveniri d. jurejur.* diſtinguit, utrum formiter ſit juratum, vel informiter. Si formiter eſt juratum, h. e. adjectâ causâ, veluti quia vendidi, tunc putat veterem dari actionem *d. l. ſi duo 13. §. ſi quis juraverit 3. cum duob. ſeqq. §§. & l. ſed etſi 7. §. ſi petenti 7. d. Public. in rem act.* quæ actio dicitur utilis *in l. ſed ſi poſſeſſori 11. §. ult. d. jurejur.* Si verò informiter eſt juratum, h. e. nullo titulo vel causâ adjectâ, tunc vult gloſſa competere actionem ex jurejurando *d. §. item ſi quis 11.* quæ dicitur actio in factum *in l. actori 8. C. d. reb. credit.* Et hanc Gloſſæ diſtinctionem amplectuntur *Dd. comm.* Deinde *Hugo Donell. ad Tit. d. jurejur. c. 8. n. 1. & ad d. §. item ſi quis 11. n. ult.* contendit, competere hîc tantùm unam actionem, nempe novam ex jurejurando *per d. §. 11.* Præterea *Vult. in diſcept. Scholaſtic. c. 7.* putat diſtinguendum jusjurandum præſtitum in judicio, ab eo, quod præſtitum eſt in jure. In judicio præſtitum, ait, præſtitum eſt actio-

actione jam datâ, ex quo eſt qs. judicati actio. In jure præſtitum, præſtitum eſt actione nondum datâ, imò judiciô nondum conſtitutô. Actio data novari poteſt, extingui poteſt: non etiam actio nondum data. At verò nos accipimus id, quod dictum eſt, jurejurando præſtito, ex eo tantùm competere actionem de jurejurando, quod in judicio, non quod in jure præſtitum ſit. Verùm ex lectione *§. ſi quis juraverit 3. & §. Marcellus 5. d. l. ſi duo 13.* liquidò apparet, actionem ullam nondum fuiſſe datam. Itaque mirum non eſt, cùm cauſa actionis ſublata non ſit, prætorem actionem ex empto petenti, & juranti ſe emiſſe, actionem dare ex empto, ſecundùm petitionem ejus: quod idem dicendum eſt de eo, qui pignori dedit: *Hactenus Vultejus.* Quas omnes reſponſiones refutavimus in *Exercitiis Juſtin. diſp. 15. q. 1.* ubi etiam probavimus dari ei, qui juravit, & novam, & veterem actionem. † Exceptio 14
verò datur reo *d. l. nam poſteaquam 9. §. 1.* qui creditore deferente juravit, nihil ſe dare oportere *§. aquâ 4. J. d. except.* & illis, qui in locum ejus ſucceſſerunt, *l. ait Prætor 7. cum l. ſeq. d. jurejur.* De aliis perſonis, quibus etiam datur exceptio hæc, videatur *d. l. 9. §. juſjurandum 6. l. ſed ſi 11. pr. l. qui juraſſe 26. pr. & §. 1. l. in duobus 28. princ. & l. fin. §. ſi fidejuſſor 1. d. t.* Plura de hâc exceptione videantur apud *Zanger. tr. d. Except. part. ult. c. 14.* † Ex his, 25
quæ hactenus dicta ſunt, apparet, homini Chriſtiano licitum eſſe jurare. Quod ulterius ex ſacris literis probat Pontifex *in cap. etſi Chriſtus 26. h. n. t.* & ad loca ſacræ Scripturæ, quæ primâ facie aliud velle videntur, reſpondet. Quibus addi debet *princ. & can. Non eſt 2. cum canonib. aliquot ſeqq. cauſa 22. q. 1. Thomas in 2. 2. q. 89. art. 2. Auguſtin. lib. d. Decio. c. 15. Domin. Soto lib. 8. d. J. & J. q. 1. art. 2. & Martin. Chemnitius part. 2. Locor. Theologic. d. Lege Dei, in ſecundo præcepto.*

NOTABILIA.

1. Non eſt tutum, quemlibet contra juramentum ſuum venire, niſi tale ſit, quod ſervatum vergat in interitum ſalutis æternæ *cap. ſi verò 8.*

De *Exceptionibus.* Titulus XXV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Exceptio unde & quid? 2.
Fundamentum exceptionum. 3.
Alia realis, alia perſonalis. 4.
Alia perpetua alia temporalis. 5.
Explic. c. 4. h. t. 6.
Excommunicatus poteſt excipere. 7.
Ubi expl. c. 5. h. t.
De recuſatione judicis. 8. 9.
Explic. c. 6. h. t. 10.
Plura. remiſſivè. 11.

HIc Titulus cum præcedentibus ita ſolet continuari: ſuprà vi- 1
ſum eſt de probationibus in genere & in ſpecie. Sed quia utplurimùm fundatâ intentione actoris, reus opponit peremtoriam, vel alias exceptiones contra probationes actoris, congruè igitur ex ordine ſubjicitur tractatus de Exceptionibus *Gloſ. & Abb. ad h. rubr.* † Exceptio *ab excipiendo* dicta, quia de uni- 2
verſo actoris jure aliquam partem detrahit, quemadmodum ſi ex regulâ caſus nonnullos detrahimus, excipere dicimur. *Mynſing. ad rubr. J. d. Except. & Weſ. ad h. t. ar. n. 2. & in Cod. n. 2.* eſt jus, hoc eſt, facultas excludendi id, quod ab adverſario intenditur. *Joan. Oldendorp. in Enchiridio Exceptionum Forenſium.* Hinc etiam deſcribitur, quod ſit quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni cujusque rei ſolet, ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemvè deductum eſt, *l. exceptio 2. pr. d. except. præſcript. & præjudiciis.* † Dividitur autem exceptio variè. Et pri- 3
mò quidem à cauſâ efficiente, vel remotâ, vel proximâ. Per re-

motam intelligitur jus naturale, quod eſt fundamentum exceptio-
num, ut & totius juris Civilis *l. jus civile 6. d. J. & J.* Unde etiam
appellatur exceptio defenſio *in cap. cum inter 5. & cap. ſignifica-
verunt 11. h. n. t. l. ſiquidem 9. l. defenſiones 11. C. h. t. l. 1. C. d. jur.
& facti ignorantiâ l. qui æquitate 12. d. doli mali & met. except. &
princ. J. d. Exceptionibus.* quæ à jure naturali provenit. *Clement.
Paſtoralis 2. verſ. cæterum defectus & t. d. ſent. & re judic.* & omnes
exceptiones dicuntur ex æquitate naturali eſſe *l. Marcellus 66. d.
R. J.* Quod ſi origo ſpectetur, verum eſt. *Theodorus Marcilius ad
§. Hæc exempli 6. J. d. Except.* Proxima verò cauſa efficiens exce-
ptionis eſt jus civile & prætorium: Exceptionum enim quædam
ex legibus vel ex iis, quæ legis vicem obtinent, ut eſt SCtum Mace-
donianum & Vellejanum; quædam ex ipſius Prætoris jurisdictio-
ne ſubſtantiam capiunt, *§ 7. d. Exceptionib.* quarum Exceptio-
num ſeptem proponit Juſtinianus in *§. verbi gratia 1. & ſeqq. §§.*
4 *d. t.* quia celebriores ſunt cæteris. † Deinde à fine dividi-
tur exceptio in realem & perſonalem. Illa eſt, quæ rei cohæret, &
ad fidejuſſores ac heredes tranſit, ut eſt exceptio rei judicatæ, me-
tûs, doli mali, jurisjurandi, &c. *l. Exceptiones 7. §. 1. d. Except.* Hæc
verò, quæ perſonæ cohæret, nec ad heredes aut fideijuſſores tranſit,
5 *d. l. 7. in pr.* ubi etiam afferuntur exempla. † Ab effectu di-
viduntur exceptiones in perpetuas & peremtorias & in tempora-
les atque dilatorias. *d. l. exceptio 2. §. ult. & l. exceptiones 3. h. t.*
quas ſpecies definit, atque exemplis illuſtrat *Imp. in §. perpetuæ 9.
& duobus ſeqq. §§. J. h. t. l. Exceptiones 3. h. t.* Quibus diviſioni-
bus quidam & eam adjiciunt, quòd quædam exceptio ſit juſta, quæ-
dam injuſta, frivola & præpoſtera, *Weſenbec. ad h. t. C. n. 4.* Ve-
rùm injuſta, frivola & præpoſtera propriè non eſt exceptio arg.
6 *l. Paulus 221. d. V. S.* † Poſt diviſionem exceptionum de u-
nius atque alterius capituli videbimus brevi explicatione. In
capitulo Paſtoralis 4. ſcribitur, quòd judex ſtatuere debeat termi-
num ad omnes dilatorias exceptiones proponendas. Ratio eſt,
quia per dilatorias exceptiones malitioſè nonnunquam cauſarum
terminatio prorogatur. Lites igitur ſunt amputandæ, atque intra
competentem terminum expediendæ *cap. finem 5. d. dolo & con-
tumac.*

tumac. Opponitur autem dilatoria exceptio regulariter ante litem conteſtatam *l. ita demum 13. C. d. Procurator. & l. pen. & ult. C. d. Exceptionib. ſeu præſcript.* Nam de conſtitutione judicii eſt, & perſonis, quibus judicia conſtant, unde planè neceſſe eſt, ante judicium, aut in exordio judicii eam opponi, excuti, diſceptari. Quia jam conſtituto judicio præpoſterè agitur de eo conſtituendo. *d. l. pen. Cujac. lib. 18. obſerv. cap. 34.* Poſt terminum igitur & diem à judice præfinitum, non poteſt dilatoria exceptio opponi, quia jura ſcripta ſunt vigilantibus & non negligentibus *l. non enim 16. Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integr. reſtit. & l. pupillus 24. in fin. Quæ in fraud. creditor. facta ſunt, ut reſtit.* Sunt tamen caſus, in quibus etiam poſt terminum lapſum dilatoriæ proponi poſſunt exceptiones, videlicet, ſi pars fuit proteſtata in termino, ſi de novo exceptio ſit orta, ac ſi priùs erat orta, & de novo venit ad notitiam rei, qui caſus recenſentur in *d. cap. Paſtoralis 4.* videatur *cap. ult. qui matrimon. accuſare poſſunt, vel contra illud teſtari. & cap. inſinuante 25. d. offic. & poteſtate judic. delegat.* Ideò autem permittuntur prædicti caſus, quia in iis ceſſat præſumtio malitiæ, & quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio *l. de ætate 11. §. ex cauſa 8. d. Interrogationib. in jure faciend. Joan. Baptiſta Vivian. in rationali juris Pontificii ad d. cap. Paſtoralis 4.* † Et quia in præcedentibus diximus: exceptionem eſſe defenſionem, conſequens eſt, quem non eſſe repellendum ab exceptione, ne quidem excommunicatum *cap. cum inter 5. b. n. t.* 7
Nam de jure naturali, à quo diximus provenire defenſionem, etiam participat excommunicatus *Cujac. ad d. cap. 5.* Per excommunicationem autem intelligitur hoc loco non minor excommunicatio, ſed major. *cap. ſi quem 59. d. ſent. excommunic.* quæ eſt excluſio à communione fidelium *cap. à nobis 2. verſ. nos igitur b. n. t. & d. cap. 59.* unde excommunicatus non debet ipſe ſtare in judicio, ſed per alium reſpondere *cap. Intelleximus 7. d. judic. & cap. Excommunicamus 13. §. credentes. verſ. Nullus præterea & c. d. Hæretic.* ob rationem allatam in *cap. Pia conſideratione 1. b. n. tit in 6.* Quod ſecus eſt, cùm tantùm minori excommunicatione quis eſt notat §, h. e. à ſacramentorum participatione remotus *d. cap. à nobis 2. &*

 cap.

cap. ult. d. Clerico excommunicato, depoſito &c. Eodem etiam poteſt modo excommunicatus appellare. *d. cap. cùm inter 5.* quia appellatio eſt ſpecies defenſionis *l. 1. pr. d. Appell. & relat.* Unde etiam theriacâ, qua contra omne judicis venenum ſaluberrimè uti poſſumus, ac valemus, indigitatur à *Lancelotto d. attentatis c. 12. n. 81.* Non tamen poteſt reconvenire, quia reconventio non eſt defenſio, ſed impugnatio, cùm ſit ſecunda conventio *cap. 2. de mutuis petitionib.*
8 † Denique ſcribitur in *d. cap. cum inter 5. verſ. Inquiſitioni veſtra &c.* quòd judex ſuſpectus poſſit recuſari, cùm periculoſum ſit coram ſuſpecto judice litigare. Quod non ſolùm procedit de judice pedaneo & delegato, *l. apertiſſimi 16. & l. fin. C. d. judiciis.* Verùm etiam ordinario, quia & hic recuſari poteſt. *cap. ſi quis 4. d. foro compet. & cap. cum ſpeciali 61. d. appellat. recuſat. & relationib.* Et hoc etiam verum eſt de jure civili, quamvis communis Dd. opinio ſit in contrarium, teſte *Andreâ Gail. lib. 1. pract. obſ. 33. n. 1.* quia ratio expreſſa *in d. l. apertiſſimi 16. & d. cap. cum inter 5.* habet etiam locum, cùm judex eſt ordinarius. Ubi autem eſt eadem ratio, ibi quoque locum habet eadem juris diſpoſitio *l. illud quaſitum eſt 32. princ. ad L. Aquiliam. Donell. lib. 17. comm. jur. civil. c. 25.*
9 † An autem collegium aut Senatus recuſari poſſit, dubitari ſolet. Nam *Vivius lib. 1. comm. opin. in verbo : Suſpecti*, tradit, communem eſſe opinionem, totum ſenatum, aut decurionum ordinem, ut ſuſpectum recuſari non poſſe. Quam veram putat *And. Gail. d. obſ. 33. n. 2.* eam adducens rationem, quòd firmiùs reputetur judicium plurium, quàm unius *cap. Prudentiam 21. d. offic. & poteſt. jud. delegat.* Alii verò contrarium ſtatuunt, cum quibus & nos cum *Zangero d. Exceptionib. part. 2. c. 4. n. 8.* facimus, ſi omnes aut major pars, aut præſes, aliusvè majoris
10 autoritatis, cui cæteri vix audent obloqui, ſuſpectus eſt. † Sequitur explicatio *cap. cum venerabilis 6. h. t.* in quo inter alia dicitur, quòd exceptionem objiciens, non videatur fateri intentionem adverſarii. *verſ. Intelligimus.* quod deſumſit Pontifex *ex l. non utique 9. h. t. in π.* Ratio eſt, quia exceptio propterea objicitur, ut excludatur intentio actoris *d. l. Exceptio 2. pr. d. Except. præſcript. & præjud.* Non igitur poteſt exceptio operari contrarium effectum;

Digitized by Google

ctum; Actus enim agentium non operantur ultra eorum intentionem *l. non omnis 19. d. reb. credit.* Deinde dicitur *in d. cap. 6.* quòd ſententia ex falſo inſtrumento lata, retractari poſſit, uſque ad viginti annorum ſpatium veritate compertâ. Idem habetur *in l. querela 12. C. ad l. Cornel. d. Falſis.* Poteſt autem exceptio falſitatis opponi, quando de eâ evidenter apparet, vel in continenti probari poteſt. *cap. Veniens 38. d. teſtib. & atteſtat. & cap. literas 13. d. reſtitutione ſpoliator.* aliàs ſtandum erit ſententiæ, donec falſitas probetur *cap. accepimus literas 4. d. Fide inſtrumentor. & l. Divus 35. d. re judicatâ &c.* quia ſententia præſumitur juſta *cap. cum inter 13. d. ſent. & re judicat. & l. ingenuum 25. d. ſtatu homin.* ubi dicitur, quòd res judicata pro veritate accipiatur. Utrùm autem ipſo jure teneat ſententia ex falſis inſtrumentis lata, an verò ipſo jure nulla ſit, quæri ſolet. De qua quæſtione videatur *Gloſſa in d. cap. cum venerabilis 6. ad verba: Veritate compertâ, & Joannes Oldendorp. in Enchiridio Exceptionum d. Exceptione falſi, verſ. Et quia rixantur commentatores &c.* qui ſcribit, conſuetius eſſe, ut ad cautelam, quæ nemini ſolet nocere, quis petat reſtitutionem in integrum excipiendo, & petendo ſententiam, ſi ullo teneat jure, reſcindi. † Plura de hoc Titulo videantur apud *Anton. d. Butrio, Abbatem & cæteros Canoniſtas.* Quibus addendus eſt *Joan. Paul. Lancelottus lib. 3. Inſtit. juris can. tit. d. except. & replicat. 8. Zang. tr. d. except. & Oldendorp. in Enchirid. Except.* 12

NOTABILIA.

1. Teſtes abſque ullâ infamiâ, vel ſuſpicione, vel manifeſtâ maculâ in ferendo teſtimonio requiruntur *c. 1.*

2. Non eſt credendum contra alios teſtium confeſſioni, niſi prius ſe probaverint innocentes *d. cap. 1.*

3. Periculoſum eſt coram ſuſpecto judice litigare *cap. cum inter 5.*

4. Judicium non debet claudicare *d. c. 5.*

5. Delictum perſonæ in damnum Eccleſiæ non debet redundare *cap. cum venerabilis. 6.*

De

De Præſcriptionibus.

Titulus XXVI.

Summaria.

Continuatio. 1.

Præſcriptio ſumitur dupliciter, & quid h. l.? 2.

Exceptio & præſcriptio promiſcuè uſurpantur. 3.

Requiritur ad eam (1.) poſſeſſio. 4. *Sed qualis?* 5.

(2.) Bona fides. 6. *Locus ex Paulo ad Rom. c. 14.* 7. *Debet ſemper adeſſe.* 8.

(3.) Juſtus titulus. 9. *& quid ille?* 10.

(4.) Aptitudo rei. 11.

(5.) Tempus jure definitum. 12. *Quodnam illud?* 13. *Pugna componitur.* 14.

Quando Eccleſia præſcribat rem privati? 15.

Contra Eccleſiam Rom. non niſi centenaria currit præſcriptio. 16.

1 IN Titulo præcedente egit compilator Decretalium de Exceptionibus in genere; ſed quia non rarò objicitur præſcriptionis exceptio, & plerumque dubitatur, an & quando illa competat, meritò nunc ſubjicit hunc Titulum, *Gloß. & Abb. ad h. rubr.* † Præ-
2 ſcriptionis autem vox ſumitur aliquando generaliter pro omni exceptione. *l. qui agnitis 11. l. Paulus 25. d. exceptionib. præſcriptionib. & præjudiciis l. prævaricationis 3. §. 1. de prævaricatione & aliis ſimilibus textibus:* aliquando ſpecialiter pro exceptione tantùm temporis, ut in *h. n. titulo Cujac. ad h. rub. & Joannes Parladorius lib. 1. rerum quotidianar. c. 1. §. 1. n. 4. & ſeqq.* Unde definit *Gloſſa in ſumm. cauſa 16. q. 3.* præſcriptionem, quòd ſit exceptio ex tempore ſubſtantiam capiens, quæ actioni perſonali, vel in rem oppo-

opponitur. Quam definitionem rejicit *Aob. ad n. rub. n. 1.* Eandem verò defendit *Parladorius d. §. 1. n. 3. & ſeqq.* Ubi etiam *Gothofredum Rogerium, Alciat. & Didac. Covarruv.* allegat qui eidem definitioni ſubſcripſerunt. Rectè autem dicitur, quòd præſcriptio in ſpecie ſit exceptio temporis jure definiti, quâ reus poteſt repellere agentem, qui rem præſcriptam conatur repetere. Sicut enim aliis exceptionibus; Ita etiam præſcriptione ſive exceptione temporis reus removet agentem. † Ob quam cauſam in jure videmus 3
exceptiones & præſcriptiones promiſcuè uſurpari. Sic exceptio rei judicatæ; de quâ agitur in *lib. 44. Pand. tit. 2.* appellatur præſcriptio rei judicatæ in *l. judicatæ 29. pr. d. tit. d. except. rei judic.* Et doli mali exceptio, de quâ in *tit. ff. d. doli mali & metus exceptione*, nominatur etiam doli mali præſcriptio in *l. ſi debitor. 91. d. ſolut. & liberation. Donell. ad rubr. C. d. except. n. 15. & lib. 22. Comm. jur. civil. c. 1. Zanger. d. except. part. 1. c. 3. n. 11. & Ciſner. ad l. 1. n. 19. d. uſurpat. & uſucap.* quæ omnia probant, voculam, *ſeu*, quæ habetur in *rubr. C. d. except. ſeu præſcription.* non conjungere res diverſas, ſed interjici inter res numero quidem duas, ſed eaſdem. *Donell. d. cap. 1.* De hujus vocis ſignificatione videri poterit *Joan. Petrus d. Ferrariis in ſuâ practicâ d. formâ libelli in actione reali. §. non adſtringens ſe ad probandum n. 8. Cardin. Tuſchius practicar. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſione 244. n. 1. & ſeqq. Gregor. Lopezius lib. animadver. juris civil. c. 22. Vincent. d. Franchis deciſ. 153. n. 22. Catellianus Cotta in memorialib. voc. ſeu. & Octavianus Vulpellius d. præpoſitionum & adverbiorum ſignificatione in dictione, ſeu.* † Sunt autem quædam requiſita ad præſcriptionem
neceſſaria, de quibus videndum. Primò autem requiritur poſſes- 4
ſio. Nam ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit. *cap. fine 3. d. R. J. in 6.* Unde Laici ſpiritualia non poſſunt præſcribere, quia ea poſſidere non poſſunt. *cap. cauſam 7. h. n. t. & can. Decimas, 1. cauſa 16. q. 7.* † Is autem dicitur poſſidere, qui ſuo nomine poſ- 5
ſidet. Nam qui alieno nomine poſſidet, non præſcribit, ſed tantùm alienæ poſſeſſioni præſtat miniſterium. Unde etiam poſſidere dicitur, cujus nomine poſſidet *cap. ſi diligenti 17. h. n. t.* Debet autem poſſeſſio eſſe continua. Nam ſi ante completam præſcri-

Oo ptio-

Digitized by Google

ptionem interrupta fuit, ceſſat præſcriptio *cap. Illud autem 8. &*
cap. auditis 15. h. n. t. Quibus autem modis fiat poſſeſſionis inter-
ruptio, explicat *Gloſſ. in d. cap. 8. voc. Interruptio.* † Deinde
6 requiritur ad præſcriptionem bona fides, ut videlicet poſſeſſor
ignoret, ſe poſſidere alienum. *can. ſi virg. 5. cauſa 34. q. 2. l. bonæ*
fidei 109. d. V. S. l. qui à quolibet 27. d. contrah. empt. & l. legis 3. d.
Lege Fabiâ de plagiariis. Poſſeſſor enim malæ fidei non præſcribit
cap. vigilanti 5. h. t. & cap. ſi diligenti 17. h. n. t. Nam quod contra
conſcientiam fit, ædificat ad gehennam. *can. omnes 14. verſ. Ex his*
itaque cauſa 28. q. 1. & cap. literas tuas 13. § porrò cum mulier. d.
reſtitut. ſpoliator. Et omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt *cap.*
7 *Quoniam ult. h. n. t.* † Quæ ratio deſumta eſt ex *Paulo ad*
Romanos 14. cap. verſ. ult. De quâ autem fide Paulus *d. loc.* agat,
diſceptari ſolet. Plerique exiſtimant, eum loqui non de fide po-
liticâ, quæ in præſcriptionibus requiritur, ſed de fide Chriſtianâ,
theologicâ & juſtificante ſeu ſalvificâ. Alii verò exponunt hoc di-
ctum Pauli, non de fide ſalvificâ, ſed de bonâ fide, contendentes o-
mne, quod fit contra animi noſtri conſcientiam, eſſe peccatum.
can. quamvis hic aliquis 44. cauſa 33. q. 3. d. pœnitent. diſt. 3. Abbas
ad d. cap. ult. in pr. quod etiam vult *Lucas Oſiander. in Comm. ad*
verſ. final. d. cap. 14. ad Romanos, inquiens: Quod non eſt ex fide,
peccatum eſt, h. e. quicquid homo facit, ſi non ſit certus ex verbo
Dei rectè agere, ſed dubitat, an id Deo gratum ſit, tunc illud qua-
lecunque opus, peccatum eſt. Quæ poſterior explicatio deſumta
eſt ex *Chryſoſtomo, Theophylacto*, aliiſque Patribus atque Theolo-
gis præſtantiſſimis, quos ſequitur *Cujac. ad d. cap. ult. Joannes Ba-*
ptiſta Vivianus in rational. juris Pontificii ad d. cap. ult. Joan. Fri-
dericus Sol. tract. de dote q. 59. n. 10. ubi cæteros quoque Theolo-
8 gos dictum illud Pauli ita intelligere ſcribit. † Qui au-
tem vult præſcribere, debet in nulla temporis parte rei habere
conſcientiam alienæ *d. cap. ult. in fin. Diſſ can. placuit 15. verſ. Si*
autem nullo, cauſa 16. q. 3. Quamvis autem hoc ſecus ſit de jure
civili, quia ibi ſufficit, ſi ab initio adſit bona fides *l. pro emtore 2.*
pr. Pro emtore l. unic. C. d. uſucap. transformandâ. l. ſi aliena 10. pr.
& l. pen. d. uſurpat. & uſucap. tamen ſequimur in foro jus Cano-
nicum.

Digitized by Google

nicum. Quod etiam in Camerâ imperiali receptum eſſe teſtatur *Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 18. n. 7.* † Tertiò etiam requiritur juſtus titulus *cap. ſi diligenti 17. circa fin. & ibi gloſ. in verb: Juſtus titulus h. n. t. & princ. tit. J. d. uſucap. & longi temporis præſcription.* Nec obſtat *cap. 1. h. t. in 6.* ubi bona fides ſufficit, quia loquitur de eo caſu, quo jus commune, vel præſumtio non eſt contra præſcribentem. Si verò ſecus eſt, debet titulus allegari & probari. *Vivian. ad d. cap. 1.* † Appellatur autem titulus cauſa acquirendi dominii, ut eſt emtio, donatio, legatum, permutatio &c. quibus rei dominium, ſi tradens eſt dominus; Sin minus, præſcribendi conditio tranſit in accipientem. *princ. tit. J. d. uſucap. & longi temporis præſcript. l. fin. C. d. præſcriptione longi temporis decem vel viginti annor. & l. poſſideri 3. §. generis 21. d. acquir. vel amit. poſſ.* † Quartò debet res apta eſſe ad præſcribendum. Nam ſi non eſt apta, præſcriptio ceſſat. Sic ſubditus non præſcribit obedientiam contra prælatum *cap. cum non liceat 12. h. t.* Nullâ enim ratione Clerici aut Sacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplinâ & providentiâ gubernantur. *can. nulla 8. diſt. 93.* Laicus etiam juri decimarum, quæ Eccleſiæ debentur, præſcribere nequit, quia decimas non poſſidet *cap. cauſam 7. h. t. n.* & præſcriptio ſine poſſeſſione non obtinet *d. cap. 2. d. R. J. in 6.* Decimæ etiam ſunt introductæ, ut ea, quæ juris divini ſunt, à Clericis peragantur. *can. Revertimini 65. cauſa. 16. q. 1.* quo officio laicus fungi nequit: Suntque decimæ tributa egentium animarum, ut inde Clerici & pauperes alantur *Can. Decima 66. d. cauſa. 16. & q. 1.* Videatur *Petrus Gregor. Tholoſan. in partitionib. jur. Canonici lib. 1. tit. 25. c. 1. n 3.* De cæteris rebus, quæ etiam non admittunt præſcriptionem, latè tractat notabilis *Gloſſa in d. cap. cum non liceat 12. in verbis: non obſtante.* † Denique ad præſcriptionem neceſſarium eſt tempus, non tamen omne, ſed quod jure definitum eſt. Ubi ſciendum hoſtilitatis tempus hîc non conſiderari, ſeu quod idem eſt tempore hoſtilitatis non currere præſcriptionem. *cap. ex tranſmiſſa 10. h. n. t. & can. primâ actione 13. in fine cauſa. 16. q. 3.* Ratio eſt, quia non valenti agere, non currit præſcriptio. *l. 1. in fin. C. d. annali exceptione.* Scribit tamen *Innocentius,*

Digitized by Google

tius, quem allegat *Abbas ad d. c. 10. n. 5* quòd actor debeat probare, ſe voluiſſe agere, ſed non potuiſſe, quia jus in illo loco non reddebatur propter hoſtilitatem. Finitâ autem hoſtilitate præſcriptio de novo non eſt inchoanda, quia non fuit interrupta per hoſtilitatem, ſed tempus ſequens continuabitur cum præcedente ad implendam præſcriptionem *Weſenb. ad tit. de uſurpat. & uſucap. n. 15.* ſubducto intermedio tempore, nec curatur, an illud magnum

13 ſit vel parvum *cap. auditis 15. h. n. t.* † Definitum autem eſt in jure tempus quadraginta annorum, præſcriptionem Eccleſiaſticarum actionum *cap. de quartâ 4. & cap. Illud autem 8. h. n. t. &*

14 *Nov. d. Eccleſiaſticis titulis & c. 131. cap. pro temporalibus 6.* † Quibus textibus non adverſatur *c. 1. h. n. t.* in quo Epiſcopus ſegnis in Eccleſiâ convertendâ, nec eam per triennium repetens, amittit illam, eaque vicino Epiſcopo, qui illam convertit ac poſſidet, acquiritur; quia excipitur caſus propoſitus in *d. cap. 1.* quô vicinus Epiſcopus negligentis Epiſcopi parochiam, ſive homines illius Eccleſiæ ad orthodoxam fidem convertit, eosque per triennium ſubjectos ſibi habuit: Sibi enim imputare debet Epiſcopus negligens, quòd in illis convertendis non laboraverit, nec eos intra biennium repetierit, cùm ob ejusmodi deſidiam illos alienaſſe cenſeatur, *l. ult. in f. C. d. annali except. Petr. Greg. Tholoſan. in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 40. c. 11. n. 2.* Ratio autem ſpecialitatis, cur triennium ſufficiat, eſt favor fidei *c. in fidei 5. in pr. d. Hæreticis in 6.* ut vicini Epiſcopi magis alliciantur, aberrantes Epiſcopi negligentis ſubditos reducendi in viam veræ religionis, *can. Placuit. 15. cauſa 16. q. 3. Joan. d. Imola ad d. cap. 1. h. t. n. 1.* Nec obſtat, quod in *d. can. placuit 15.* fit mentio non triennii, ſed ſex tantùm menſium; quia ibi agitur de deſide Epiſcopo, qui admonitus fuit à vicinis Epiſcopis, ut ſuo fungeretur officio. Hâc admonitione poſthabitâ, ſi iſta pigritia per ſex menſes perſeveravit, parochia ad vicinum Epiſcopum pertinebit, qui eam ab errore vel hæreſi liberavit. Si verò admonitio iſta non præceſſit, indulgetur ignavo epiſcopo triennium *d. cap. 1. ibique Cujac.* qui etiam explicat, quòd matrix Eccleſia, cujus ibi fit mentio, ſit cathedralis Eccleſia. Quæ ſententia proba-

15 tur per *cap. venerabili 22. in fin. d. V. S.* † Deinde per quie-

tam

tam & ſinceram poſſeſſionem triginta annorum præſcribit Eccleſia rem privati *cap. Sanctorum 3. h. n. t.* In illâ autem præſcriptione non requiritur titulus *can. placuit 15. §. præſcriptionum verſ. ſi autem nullo titulo, cauſa. 16. q. 3.* † Denique contra Romanam 16
Eccleſiam non niſi centenaria præſcriptio currit *cap. ad audientiam 13 circa fin. & cap. cum vobis 14. h. t.* Nec adverſatur, quod in præcedentibus dictum eſt, quadraginta annis præſcribi adverſus Eccleſiam; quia hoc debet de aliis Eccleſiis intelligi, & non de Romanâ Eccleſiâ *Novell. ut etiam Eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione 9. & Auth. quas actiones C. d. SS. Eccleſ.* quia Eccleſia Romana inter alias Eccleſias meruit obtinere principatum, *cap. conſultationibus 10. in fin. d. offic. & poteſtat. judic. deleg.* cùm ſit cunctarum Eccleſiarum mater & magiſtra *cap. ex ſuperna 2. verſ. verùm in debilitate d. præbend. & dignitat. in extravagantib. communib. & aliis ſimilib. textib.* Ubi autem eſt major prærogatio meritorum, ibi plures gratiæ ſunt indulgendæ *cap. de multa 28. d. t.*

NOTABILIA.

1. Quod omnibus imminet, ab omnibus debet comprobari *cap. accedentes 11. verſ. volentes autem &c.*

2. Non licet à capite membra recedere *cap. cum non liceat 12.*

3. Is poſſidere dicitur, cujus nomine poſſidetur *c. ſi diligenti 17.*

De Sententiâ & Re judicatâ.
Titulus XXVII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Sententia quid aliàs & quid h. l.? 2.
Alia eſt difinitiva, interlocutoria alia. 3.
ubi utriuſque differentia.

Argum. tit. 4.
Judex debet eſſe competens. 5. *Non excommunicatus.* 6.
Quid ſi à pluribus judicibus diſſonè pronunciatum? 7.
Sententia debet eſſe juri conſentanea. 8. *ubi expl. c. 1. h. t.*
Et ferri praviâ cauſa cognitione. 9. *Eſſe certa.* 10. *Conformis libello.* 11. *Continere abſolutionem & condemnationem.* 12. *Fieri in ſcriptis; ſed quâ linguâ?* 13.
De ſententiæ probatione. 14. *ubi expl. cap. 16. h.*
Notatur Oldendorpius. 15.
Res judicata quid? 16.
Ejus cauſa. 17. *Condemnare & abſolvere.* 18.
Ejus effectus. 19.
An differat à ſententiâ. 20. *Et quomodo?* 21.
Notatur ſententia communis. 22.

1 DUo proponuntur in libris Decretalium, nimirū præparatoria judiciorum, & judicia ipſa. De illis tractatur in *lib. 1. Decret.* de his verò in *lib. 2. Decretal.* qui tres habet partes. In 1. parte inculcantur generalia judiciorum, quod fit in *Titulo 1.* In ſecundâ inſtruitur actor & reus. Ille quidem in *tit. 2. & tit. ſeqq.* Hic verò in *tit. d. Exceptionib. 25. & titulo d. Præſcript. 26.* In tertiâ denique parte agitur de iis, quæ actori & reo ſunt communia, quod fit in *hoc tit. 27. & ſeq. uſque ad finem d. lib. 2. Decretal.* Alias continuationes afferunt Gloſſographi *Joan. Andreæ, Anton. d. Butrio. Abbas*, & cæteri Canoniſtæ *ad h. rubr.* quæ duas habet partes, quarum una eſt de ſententia: altera de re judicatâ.
2 † Vox ſententiæ habet in jure varias ſignificationes, ut conſtat ex *§. reſponſa 8. J. d. J. N. G. & C. l. fin. §. 1. d. Senator. l. divus 7. d. In integr. reſtit. l. 1. §. conventionis 3. d. pact.* aliiſque ſimilibus textib. Hic autem

tè accipitur, ut in foro & judiciis ſolet accipi, definiturq; in genere, quòd ſit deciſio rei controverſæ pronunciatione judicis ritè facta. Ideò dicitur rei controverſæ deciſio, quia res controverſa in judicio agitata per ſententiam deciditur. Quod ſit pronunciatione judicis *l. 1. & l. duo judices 28. d. Re judicat. & de effectu ſententiarum &c.* Judex enim & non privatus ferre debet ſententiam. *l. hac lege 2 C. d. ſentent. ex pericul. recitand.* quia privatus nullam habet Juriſdictionem *l. privatorum 3. C. d. judic.* Non tamen omnis deciſio rei controverſæ eſt ſententia, ſed quæ ritè, h. e. ſecundùm leges facta eſt. Non enim aliter judicare debet judex, quàm legibus vel conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt *princ. tit. J. d. offic. judic.* † Diſpeſcitur autem vulgò ſententia in definitivam & interlocutoriam *l. præſes 3. l. cum judex 11. l. fin. C. d. ſent. & interlocut. omnium judic. l. intra utile 39. in pr. d. minor. 25. ann. & l. interlocutio 4. C. comminationes, Epiſtolas, progmmmata &c.* Illa principalem definit controverſam: hæc verò tantùm ſuper emergentibus & incidentibus quæſtionibus fertur, veluti ſuper libello offerendo, vel corrigendo, ſuper dilatione dandâ, vel denegandâ &c. *l. ſi poſt ſententiam 9. C. d. t. l. 1. C. d. ordine judicior. & l. qualem 19. §. ult. d. recept. qui arbitr. recep.* Differunt etiam aliis modis inter ſe. Nam à definitivâ licet appellare, non autem à ſententiâ interlocutoriâ *l. ante ſententiam 2. ibique Br. d. appellation. recip. vel non. l. ſi clericus 2. C. d. Epiſcop. aud. & l. ante ſententiam 7. C. quorum appellationes non recipiuntur.* Quod tamen ſecus eſt de jure Canonico, quod à quolibet gravamine appellare concedit. *cap 1. d. Appellat. in 6. & Clement Appellanti 5. d. Appellat.* Et hoc etiam obſervatur apud Saxones, teſte *Weſ. ad tit. π. d. appellat. & relat. n. 8.* Sic etiam judex non poteſt retractare ſententiam definitivam *l. quod juſſit 14. d. re judic. &c.* Ratio eſt, quia judex ſententia hac ipſum negotium finit, atque ita judex, qui definitivè pronunciavit, deſiit eſſe judex *l. judex 55. eod. tit. d. l. qualem 19. §. ult. in fin.* qui tamen poteſt retractare interlocutoriam ſententiam *arg. d. l. quod juſſit 14. d. l. qualem 19. §. ult. l. poſt ſententiam 9. C. d. ſentent. & interlocutionib. omn. jud. cap. cum ceſſante 60. d. appell. recuſat. & relat. cap. ſi à judice 10. eod. tit. in 6.* 3

Et

Et hæc eſt communis Dd. opinio, quam *Duar. Donell. Zaſ. & Go-*
4 *thofr. ad d. l. quod juſſit 14.* ſequuntur. † In ſententia au-
tem duo ſunt conſideranda, unum eſt de ſententiâ ferendâ, alterum
de ſententiæ latæ probatione. In ferendâ ſententiâ conſideranda
eſt 1. perſona, quæ ferre poteſt ſententiam. 2. Modus ſententiam
ferendi. † Perſona dicitur eſſe judex competens *l. ult. d. Ju-*
5 *riſd. & l. ſi quis 6. §. quod ſi quis 10. d. Injuſto, rupto, irrito, fact. teſt.*
6 † Modò non ſit excommunicatus. Nam ſententia lata ab ex-
communicato non valet. *cap. ad probandum 24. h. t. n.* Ratio eſt,
quia pro non judicato habetur, quod judicatur ab eo, qui non po-
teſt de jure judicare *l. certâ ratione 5. C. quando provocare non eſt
neceſſe.* Publicè autem, h. e. pro tribunali excommunicatus, non
poteſt judicis officio fungi. *can. minimur 37. cauſa 24. q. 1.* Secus
igitur eſt, quando quis privatim aut ſecreto fuit excommunica-
tus, quia tunc valet, quicquid interim ab eo geſtum eſt *cap. Apoſto-
lica 9. & ibi Gloſ. in verbis: Ignorantia probabilis d. Clerico excom-
municato, depoſito. &c.* Nec adverſatur *cap. Paſtoralis 53. verſ. ve-
rum quia multotiens tit. ſeq. d. appellat. recuſat. & relat.* ubi ſcri-
bitur, quòd excommunicatio trahat ſecum executionem; Quia
hoc procedit, quando conſtat de excommunicatione *Gloſ. d. loc.*
7 † Si autem à pluribus judicibus, qui inter ſe pares numero ſunt,
diſſonæ ſint prolatæ ſententiæ, quæritur, quænam ſententia te-
neat? quam quæſtionem decidit Pontifex *in cap. ult. h. n. t.* diſtin-
guendo inter judices ordinarios, delegatos & compromiſſarios.
Quando ordinarii judices proferunt diſſonas ſententias, tunc illa
tenet, quæ pro reo lata eſt. *d. cap. ult. & l. inter 38. pr. d. rejudicat.*
quia favorabiliores rei potiùs, quàm actores habentur *l. Arrianus
47. d. O. & A. l. favorabiliores 125. d. R. J. & cap. ex literis 3. verſ.
quod ſi ancillam d. probatione.* In cauſa tamen favorabili valet
ſententia, quæ fuit pro actore promulgata, quia magis favorabile
eſt præponendum minus favorabili. Talis cauſa eſt matrimoni-
um, libertas, dos & teſtamentum *d. cap. ult.* De favore matrimo-
nii agitur in *cap. Directa 39 in fin. d. appellat. recuſat. & c. cap. ult.
d. conditionibus appoſitis in deſponſatione & c. cap. Tua nos 7. d. con-
ſanguin. & affinit. & cap. Videtur nobis 3. Qui matrimonium accu-*

ſare

Digitized by Google

ſare poſſunt, vel contra illud teſtari. De libertate eſt textus *in l. generaliter 24. §. ſi quis 10. d. Fidei commiſſar. libertat. d. l. inter 38. pr. & d. cap. Ex literis 3. circa fin.* De dotis favore conſtat ex *cap. ex literis 5. d. pignoribus & aliis cautionib. cap. nuper 6. d. donat. inter vir. & uxorem & l. republica 2. d. jure dot.* Denique de teſtamento eſt textus *in l. ſi pars 10. d. inoffic. teſtam. l. vel negare 5. teſtamenta quemdmod. aperiantur, inſpiciantur & deſcrib. & can. ultima 4. cauſa 13. q. 2. Gloſſ. in d. cap. ult. voc. proferentibus.* Cùm verò delegati judices proferunt diverſas ſententias, neutra ſententia valet. Nam jurisdictio ſimpliciter pluribus delegata, non eſt in ſolidum apud ſingulos, ſed apud omnes, qui judicare juſſi ſunt, & qui ſimul ſunt loco unius, *cap. prudentiam 21. & cap. uno delegatorum 42. d. offic. & pot. jud. deleg.* Quâ in re differunt judices delegati ab ordinariis judicibus, quia ſinguli ordinarii habent jurisdictionem in ſolidum *l. unic. d. offic. Conſulis. Gloſſ. in d. cap. Prudentiam 21. verbo: teneatur.* Utraque igitur ſententia delegatorum judicum pendet ex arbitrio delegantis, *d. cap. ult. verſ. ſi verò h. n. 1.* qui poteſt vel alteram vel neutram ſententiam approbare. Cùm autem alteram approbat, ſumit illa ſententia validitatem ex autoritate delegantis & non ipſius delegati. *Abb. in d. cap. ult. n. 6.* Denique ſi compromiſſarii ſeu arbitri pronunciant diſſonas ſententias, neutra valet *d. cap. ult. in fin.* † Ad modum verò ferendi ſententiam ſpectat 1. quòd ſententia debeat eſſe juri conſentanea *cap. 1. h. t.* ubi ſcribitur, ſententiam contra leges canonesvè prolatam, licèt non ſit appellatione ſuſpenſa, non poſſe tamen ſubſiſtere ipſo jure. In quo *capit.* per leges intelligit Pontifex leges civiles, quæ etiam leges ſeculares in *cap. ſuper eo 12. d. Appellat. recuſat. & relat.* jura civilia *cap. cùm à nobis 28. d. teſtib. & atteſtation.* atque humana jura appellantur *cap. ſuper eo 3. d. teſtib. cogend. vel non.* per canones verò intelligit jura canonica *d. cap. 28.* quæ & leges Eccleſiaſticæ nominantur *can. privilegium 3. verſ. officium diſt. 3.* Quando igitur ſententia contra jura prolata eſt, ipſo jure non ſubſiſtit *d. cap. 1. l. non dubium eſt 5. C. d. Legib. & conſtit. princip. cap. quæ contra 64. d. R. J. in 6. & can. Conſtitutiones 4. diſt. 10.* & ideò ad ejus reſciſſionem provocationis auxilium non requiritur 8

Pp *d. cap.*

Digitized by Google

d. cap. 1. l. ſi cum te 2. & l. ſi certâ ratione 5. C. quando provocare non eſt neceſſe. Sic in *l. in ſententiis 59. § ult. d. Re jud. l. Paulus reſpondit. 2. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcindantur*, ſcribitur, non valere ſententiam, quæ contra mortuum eſt lata; Quod ita procedit, cùm judici, ut judici, de morte partis conſtiterit. Si verò judici mors litigantis ignota eſt ante publicationem ſententiæ, ſententia valet, & per interlocutoriam in heredes transfertur. Et ita pronunciatur in Camerâ Imperiali, teſte *And. Gail. lib. 1. obſ. 109. n. 4. & 5. & Mynſing. cent. 1. obſerv. 85.* Plura exempla ſententiæ, quæ ipſo jure nulla eſt, affert *Gloß. in d. cap. 1. h. t. in verbis: contra leges, & ad cap. inter cæteras 9. voce: Manifeſtam eod. tit.* quæ rectè diſtinguit inter ſententiam, quæ contra leges vel canones, & inter eam, quæ contra jus litigatoris lata eſt. Illa ſententia ipſo jure eſt nulla, licèt appellatione non ſit ſuſpenſa *d. cap. 1.* Hæc verò tranſit in rem judicatam, niſi ab eâ fuerit appellatum. *cap. cum inter 13. verſ. quamvis fortè h. n. t. & l. 1. §. item cum contra 2. verſ. quod ſi de jure ſuo. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur*; ubi etiam explicatur: quando judex dicatur de jure litigatoris pronunciare.
9 His addatur *Zanger. ad d. cap. 1. h. t. n. 86.* † Hinc ſequitur
ſecundò, ferri debere ſententiam præviâ cauſæ cognitione. Abſque cauſæ enim cognitione ſententia promulgata nulla eſt. *l. ex ſtipulatione 7. C. d. ſentent. & interlocut. omn. judic. l. hac lege. 2.*
10 *& l. 3. C. de ſententiis ex periculo recitand.* † 3. Sententiam
debere eſſe certam *§. curare 32. J. d. action. l. poſt ſententiam 9. C. d. ſentent. & interlocution. omn. judic.* aliàs enim non valeret *l. pen. & ult. C. d. ſententia, quæ ſine certâ quantitate profertur. Nepos de Monte Albano in libro d. Exceptionib. reor. tit. contra definitivas*
11 *ſententias pag. m. 74.* † 4. Sententiam debere eſſe confor-
mem libello *l. ut fundus 18. Comm. Divid. cap. qualiter & quando 24. in fin. d. accuſation. inquiſition. & denunciation. & cap. licet Heli 31. de Simon. & ne aliquid pro ſpiritualib. exigatur vel promittatur. Spectul. d. ſententiâ. §. Qualiter autem ſententia ſit promul-*
12 *ganda n. 15.* † 5. Sententiam ipſo jure non valere, niſi con-
tineat abſolutionem vel condemnationem *cap. Illa propoſitorum 3. d. accuſat. inquiſit. & denunciationibus l. præſes provinciæ 3. C. d. ſent.*

Digitized by Google

ſent. & interlocut. omn. judic. & l. 1. d. Re judic. & de effectu ſententiarum &c. vel ſimilia verba *arg. l. ait prætor 5. §. 1. & l. in ſententiis 59, in pr. d. t.* † 6. Et ultimò ſententiam debere fieri in 13
ſcriptis *t. t. C. d. ſententiis ex pericul, recitandis*, ubi dicitur, qnòd ſententia, quæ ſine ſcripto profertur, nec nomen ſententiæ habere mereatur; Quod repetitur in *can. imprimis 7. in fin. & can. Legum 9. in fin. cauſa. 2. q. 1.* Poſſunt autem judices tàm Latinâ, quàm Græcâ linguâ ſententias proferre *l. judices 12. C. d. ſentent. & interlocut. omn. judic.* Romæ tamen, ubi ſermo familiaris & notus fuit Latinus, decreta Prætores Latinè interponere debent. *l. decreta 48. d. Re judicat.* † De ſententiæ verò latæ probatione, quàm in 14
ſententia etiam conſiderandam eſſe ſupra diximus, agitur in *cap. ſicut nobis 16. h. n. t.* cujus ſumma eſt; ſententiam poſſe probari per teſtes, licèt non deponant de cauſis, quæ judicem ad ſententiam proferendam moverunt. Per teſtes autem ideò probatur ſententia, quia in ore duorum vel trium debet ſtare omne verbum *cap. licet univerſis 23. d. teſtib. & atteſtat.* Nec tamen requiritur, ut etiam de cauſis deponant, quia conſtat ex *cap. præterea 37. eod. tit.* teſtes debere tantùm de his deponere, quæ ſenſu corporeo perceperunt, & non de his, quæ à jure dependent. Et quomodo teſtes poſſunt de cauſis deponere, cùm in plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris exiſtat, quòd ea, quæ judicem movent, non exprimantur in ſententiis proferendis *d. cap. 16. verſ. cum autem in pleriſque locis &c.* ne videlicèt anſa cavillationibus procuratorum præbeatur, quibus rarò aut nunquam ulla ſatis ad condemnandum efficax ratio dari poſſet. †
15 Quem morem taxat *Joan. Oldendorpius in adſert. ex jure & æquitate aſſert. 2. in fin.* exiſtimans, juſtum eſſe, ut judex breviter ac ingenuè reddat ſuæ pronunciationis rationem. Quemadmodum enim, inquit, moneta non ſignata, ab omnibus habetur ſuſpecta & adulterina: ita judicis ſententia ab omni ratione nuda, multò magis erit ſuſpecta, æſtimabiturque iniqua & inanis. Verùm ratio hæc *Oldendorpii* nulla eſt, quia pro ſententiâ ſine expreſſione cauſæ lata, præſumtio eſt, quòd ſit juſta & æqua, ut colligitur ex finalibus verbis Pontificis in *d. cap. ſicut nobis 16. & §. ult. J. d. Fi-*

dejuſſorib. Aſſerenti igitur contrarium incumbit onus probandi *l. ab ea parte 5. §. idem reſpondit 1. d. probat & præſumt.* Sunt tamen quædam ſententiæ, quæ expreſſionem cauſæ requirunt, de quibus videatur *Gloſſa in d. cap. ſicut nobis 16. verbo: exprimantur.*
16 *& ibi Abbas n. 10. cum ſeqq.* † Res verò judicata, quæ eſt altera pars hujus Tituli, dicitur Modeſtino *in l. 1. d. Re Judic. & de effectu ſententiarum*, quæ finem controverſiarum pronunciatione judicis accipit, quod vel condemnatione vel abſolutione contingit. Quæ verba continent cauſam efficientem, materialẽ, inſtrumentalẽ, atq; formalem, & effectum, teſte *Gothofr. ad d. l. 1 lit. H.* †
17 Efficiẽs cauſa rei judicatæ eſt judex, qui pronũciat *Paul. lib. 5. recept. ſent. tit. d. effectu ſententiarũ & finib. litium. 5. ſent. 1. ibiq; Cujac. in not.* Debet autem judex eſſe incompetens *l. duo 28 d. Re judic.* Materialis cauſa indicatur in voc. *controverſiarum.* Ideò autem loquitur Modeſtinus in plurali numero, quia, ſi de pluribus controverſis ſeu rebus lis fuerit, & de quibusdam judex judicaverit, de quibusdam non, nihil dicitur egiſſe, quia non poteſt ex uno judicio res judicata in partem valere, in partem non valere, *l. in hoc judicio 27. Famil. erciſcund.* Inſtrumentalis & formalis cauſa continetur in voce: *pronunciatione*, & in verbis: *quod vel condemnatione vel abſolutione contingit.* Judex formam à jure præſcriptam tenetur in judicando obſervare, alioquin ſententia non obtinebit autoritatem rei judicatæ *l. prolatum 4. C. d. ſentent. & interloc. omn. judic.* Debet igitur lite demum conteſtatâ, probationibusque receptis, & causâ plenè cognitâ, pronunciare. *Clem. paſtoralis 2. d. ſent. & re judic. t. t. ut non procedatur ad teſtium recept. can. nullum 10. & can. judicantem 11. cauſa 30. q. 5.* quæ pronunciatio debet eſſe certa, non ſolùm ratione perſonæ, quæ condemnatur vel abſolvitur, ſed etiam ratione quantitatis *t. t. C. de ſententiâ, quæ ſine certâ quantitate profertur*, & continere vel condemnationem vel abſolutionem *d. l. 1. d. Re judic.* aliàs pro juſta pronunciatione non habetur *l. præſes 3. C. d. ſent. & interloc. omn. judic.* †
18 Condemnat autem judex, cum reo injungit, ut, quod actor ſibi deberi probavit, eidem præſtet. Abſolvit verò judex, cùm reum nihil debere pronunciat *l. quid tamen 21. §. 1. de recept. qui arbitr. recep.*
† Ef-
Digitized by Google

† Effectus denique eſt, ut res controverſa finem accipiat, & cauſa 19
per judicem terminetur. † Quæritur, an differat res judicata à ſententiâ? 20 Quod videtur affirmandum per *d. l. 1. de re judic.* quæ probat, rem judicatam eſſe ſententiæ effectum, quia dicitur, finem controverſiarum pronunciatione judicis accipere. *Cujac. ad cap. 1. h. n. t. & Joan. Robert. lib. 1. ſententiar. jur. cap. 24.* Quod etiam inde probatur, quia alius eſt *Titulus in Cod. d. ſententiis & interlocution. omn. judic.* & alius *Titulus de re judicatâ.* Si igitur ſententia & res judicata non differrent, cur compilatores juris feciſſent diverſos titulos? † Quomodo autem res judicata à 21
ſententiâ differat, dubitari ſolet. *Bartol. ad d. l. 1.* ſcribit, quòd aliud ſit res judicans & aliud res judicata. Res judicans, inquit, eſt ipſa ſententia, ſeu actus judicandi & ſententiandi: & hoc imponit finem controverſiæ. Sed res judicata eſt cauſa, quæ finem controverſiæ à ſeſtententiâ accipit. Et ſic ſententia eſt judicans: res verò judicata eſt cauſa deciſa. Quam opinionē rejicit *Abbas ad rubr. d. ſent. & re judic. n. 1.* per *cap. cùm inter 13. cap. quod ad conſultationem 15. h. n. t. & cap. cum dilectus 32, in fin. d. Elect. & Elect. poteſtat* in quibus textibus dicitur ſententia poſt lapſum decem dierum tranſire in rem judicatam. Si igitur ſententia eſt res judicans, quomodo poteſt effici res judicata, cùm maxima ſit differentia inter judicantem & judicatum. Ipſe verò *Abbas d. loc. n. 2.* putat, ſententiam poſſe dupliciter conſiderari, reſpectu ipſius definitionis judicialis, ſeu reſpectu cauſæ agentis, h. e. judicis; & reſpectu contenti in eâ, ſeu cauſæ patientis, ita ut quicquid contineatur ibi, ſumens deciſionem & definitionem facto judicis, appelletur res judicata. Et hoc, inquit, voluit textus *in d. l. 1. d. re judic.* dum ait ibi Modeſtinus, quòd res judicata dicitur, quæ finem controverſiarum pronunciatione judicis accipit. Conſideravit enim pronunciationem judicis, ſeu ſententiam ex parte contenti, & cauſæ patientis, quia decidens & deciſum habent ſe, ut agens & patiens. Et ita etiam intelligit *d. l. litigatoribus 14.* & alios textus, in quibus appellatur ſententia res judicata, etiamſi competat facultas appellandi. Et hôc quoque reſpectu putat accipienda eſſe jura, quæ dicunt, quòd ſententia tranſeat in rem judicatam, h. e. ad-

ſumat autoritatem rei judicatæ *l. prolatam 4. C. d. ſentent. & interloc. omn. judic.* Nos dicimus, ſententiam differre à re judicatâ, tanquam cauſam à ſuo effectu. Sententia eſt cauſa rei judicatæ, quia per eam res controverſa redditur definita, h. e. judicata. Res verò judicata dicitur ſententiæ effectus. Nihil enim aliud eſt res judicata, quàm lis ſeu cauſa controverſa, judicis ſententiâ deciſa atque definita. Poſtquam igitur ſententia à judice eſt lata, res ſtatim judicata dicitur *l. & poſt rem 7. pr. & l. poſt rem judicatam 11. d. tranſaction. l. tale pactum 40. §. qui provocavit 1. d. pact. & d. l. litigatoribus 14. C. d. Appellat. & conſultat.* † Quare non
22 ſubſiſtit pervulgata, & uſu forenſi protrita illa Canoniſtarum opinio, quâ non ante rem judicatam ſententia dici creditur, quàm tempora ad appellandum præſtituta, lapſa ſint. Pro quibus parùm facit, quòd dicitur ſententia tranſire in rem judicatam, cùm nullâ fuerit appellatione ſuſpenſa *d. cap. cum inter 13. h. n. t.* quia, ut ex *Abbate* diximus, verba illa hoc denotant, ſententiam in autoritatem rei tranſire judicatæ, uti explicantur *in d. cap. Quod ad conſultationem 15. h. n. t.* aut rei judicatæ autoritatem habere. *l. ſi perluſorio 14. §. quotiens 1. d. appellat. & relat. l. ſi arbiter 2. & d. l. prolatam 4. C. d. ſentent. & interloc. omn. judic.* aut vim atque vigorem rei judicatæ obtinere *l. ſi ut proponis 6. & l. executorem 8. C. d. execut. rei judic.* quod fit demùm poſt decem dierum ſpatium *d. cap. quod ad conſultationem 15. d. cap. Cum dilectus 32. d. Elect. & Elect. poteſt. Novell. d. Appellat. & intra quæ tempora debeat appellar. 23. cap. 1. & can. anteriorum 28. cauſa 2. q. 6.* quia tunc jus ex ſententiâ factum eſt, ut loquitur *d. cap. cum inter 13.* & res judicata accipitur pro veritate. *l. ingenuum 25. d. ſtat. hom. & l. res judicata 207. d. R. J.* Unde etiam efficitur irrevocabilis, & ex eâ competit exceptio rei judicatæ *t. t. d. except. rei judic.*

NOTABILIA.

1. Licèt uſûs vel conſuetudinis non minima ſit autoritas, nunquam tamen veritati aut legi præjudicat *cap. cum cauſa. 8.*

2. Sententiæ non debet ſtari, ſi iniquitatem contineat manifeſtam. *cap. inter cæteras. 9.*

3. Pro-

3. Propter autoritatem judiciariam, præſumi debet, omnia legitimè proceſſiſſe. *cap. ſicut nobis 16. in fin.*

4. Res inter alios acta non nocet regulariter alii *cap. cum ſuper 17. in fin. & cap. Quamvis 25.*

5. Opinio non debet præjudicare veritati *cap. cùm Bertholdus 18. verſ. Licet autem &c.*

6. Dilatoriæ exceptiones ante litis ingreſſum ſunt opponendæ *cap. inter 20.*

7. Sub prætextu novorum inſtrumentorum lites non debent inſtaurari *d. cap. inter 20. circa fin.*

8. Prætextu privilegii de novo reperti, non debet ſententia retractari *cap. ſuborta 21. in fin.*

9. Matrimonium eſt res favorabilis, ut & libertas, dos & teſtamentum *cap. ult.*

De Appellationibus, Recuſationibus & Relationibus.

Titulus XXVIII.

SUMMARIA.

Continuatio & argum. tit. 1.

Appellationis definitio, ejusque per partes explicatio. 2.

Diviſio, repudiatur. 3.

Aliter dividitur in judic. & extrajud. 4.

Liberum eſt appellare. 5.

Quando non permittatur (1.) ob perſonam appellantis? 6. *(2.) ob dignitatem judicis?* 7. *(3.) ob conditionem objecti?* 8. *(4.) ob conditionem ſententiæ, puta, quòd ſit interlocutoria.* 9. *Except.* 10.

De

De tempore appellandi. 11. *Ejusque computatione.* 12. *Quæ requirantur, ut currat illud?* 13.
Forma appellaationis interponendæ. 14. *& introducendæ.* 15.
Adeundus judex futuræ appellationis, & quis ille? 16.
Pugna componitur. 17.
De Apoſtolorum petitione. 18. *Conciliantur texti.* 19.
De tempore introducendæ appellationis. 20. *& proſequendæ.* 21.
Finis & effectus appellationis. 22.
Quomodo probare debeat appellator, ſe juſtè appellâſſe? 23. *& intrà quod tempus?* 24.
His factis, quodnam ſit officium judicis ad quem? 25. 26.
De recuſatione, & quid illa? 27.
Quænam ejus requiſita? 28.
De relatione, & quid ea? 29.
Non totus proceſſus ad Principem mittendus. 30.
Conſultationis exemplum litigatoribus apud acta edendum. 31.
Quid interim, ſi pendeat relatio? 32.
Plura. remiſſivè. 33.

1 Quia inter alia læſis per ſententiam, appellationis remedio ſuccurritur, dum videlicet judicantium iniquitas atque imperitia per illud corrigitur *l. 1. in pr. h. t.* Ideò poſt *Titulum d. ſententiâ & re judic.* ſequitur *præſens Titulus*, qui tres habet partes, quarum prima eſt de Appllationibus, ſecunda de Recuſationibus, & ultima de Relationibus, de quibus partibus ordine agendum erit.

2 † Appellatio, quàm variè ſolent definire Dd., eſt ab inferiore judice ad ſuperiorem gradatim facta provocatio, ut is cauſam, anteà

teà quidem cognitam, ſed ut appellans intendit, injuſtè definitam, denuò cognoſcat, & ſententiam priùs latam, in melius reformet. *Weſ. ad h. tit. π. n. 3.* Genus in hâc definitione eſt provocatio *l. præſes 27. d. Re judicat. l. ſcio quæſitum 3. §. ult. l. illud 8. h. n. t. l. eos 6. C. eod. tit. & aliis ſimilib. textib. Marant. part: 6. d. Appellatione n. 1. & 2.* quæ vox latius patet, quàm appellationis, omneſque actus tàm judiciales, quàm extrajudiciales complectitur, propter quos judicis officium imploratur *l. ſi minoris 25. d. adminiſtr. & periculo tutor. ibique Br. n. 5.* quem ſequitur *Marant. d. loc. & n. 6.* Alii verò definiunt appellationem per jus, quos rectè refutat *Joan. Zanger. ad h. n. t. n. 19. & ſeqq.* Eſt autem appellatio provocatio ab inferiore judice ad ſuperiorem *l. 1. § ſi quis 5. & l. Imperatores 21. h. t. n.* non contra à ſuperiore ad inferiorem, quia æquum non eſt, ut minor corrigat errorem majoris judicis. Et hoc eſt de ſubſtantiâ appellationis. *Gloſſ. ad cap. Non putamus 2. voc. officiali de conſuetud. in 6.* unde infertur, contrarium conſuetudine non poſſe introduci, nec ut poſſit ad compares judices, ſeu à pari ad parem provocari. *Novell. d. Appellat. & intra quæ tempora debeat appellari 23. cap. Illo vid. obſervandô 4. & can. anteriorum 28. verſ. Illud etiam cauſa 2. q. 6. l. nam magiſtratus 4. d. recept. qui arbitr. recep.* Nam conſuetudo non poteſt efficere, ut actus deficientibus ſubſtantialibus valeat. *Marant. d. loc. n. 3.* Porrò dictum eſt in definitione, quòd provocatio facta debeat eſſe *gradatim*, quæ vocula habetur in *cap. Dilecti 66. h. n. t.* Videatur etiam *l. Imperatores 21. h. t.* Quia verò hoc non eſt de ſubſtantialibus appellationis, ſed tantùm de circumſtantiis, ideò per conſuetudinem fieri poteſt, ut appelletur ad ſuperiorem, omiſſo medio. *Gloſſ. ad d. cap. Non putamus 2. voc. officiali.* Reliqua definitionis verba continent finem appellationis, qui conſiſtit partim in cognoſcendo, & partim in reformando. Cognoſcere debet priùs judex, qui appellatur, cauſam fueritne rectè definita à judice à quô, vel non. Et ſi repetiat ex actis, eam fuiſſe injuſtè definitam, tunc ſententiam priùs latam, in melius reformare debet *d. l. 1. princ. h. t.* † Dividitur autem appellatio variè à Canoniſtis, qui hîc quatuor conſtituunt ſpecies: *Antejudicialem appellationem*, quæ ante litis conteſta- 3

 tio-

Digitized by Google

tionem: *Intrajudicialem*, quæ poſt litis conteſtationem, ante ſententiam. *Judicialem*, quæ à ſententiâ definitivâ, & *poſtjudicialem*, quæ poſt rem judicatam fit ab executione: Verùm hæ appellationis ſpecies veræ non ſunt, quia tempore tantùm differunt, ideò
4 eas cum *Weſ. d. loc. n. 5.* rejicimus. † Et dividimus appellationem cum *Lancelotto lib 3. Inſtit jur. Canon. tit. d. appellationibus 17. verſ. Appellationum; Henrico Canſio in ſumma juris Canonici lib. 4. tit. 15. & aliis Canoniſtis* in judicialem & extrajudicialem. Judicialis appellatio fit de his negotiis, quæ in judicium veniunt, vel circa judicium accidunt, & quidem vel ante vel poſt ſententiam definitivam. Ante ſententiam definitivam, veluti ſi quis citetur ad locum non tutum *cap. Ex parte 47. b. t.* Poſt ſententiam fit appellatio à ſententiâ, & ejus executione, ubi modus executionis exceditur *l. ab executione 5. C. Quorum appellationes non recipiuntur.* Extrajudicialis verò appellatio illa eſt, quæ extra judicium interponitur, à gravamine illato vel inferendo. Veluti ſi beneficium alteri collatum ſit in præjudicium meum, vel ne fiat electio, poſtulatio vel collatio beneficii *cap. concertationi 8. b. t. in 6. cap. conſideravimus 10. cap. cum nobis 19. & cap. auditis 29. d. Elect. & Elect. poteſt.*
5 † Poſt ſpecies appellationis, videbimus de appellatione interponendâ & interpoſitâ introducendâ. Poteſtas interponendi appellationem & in majoribus & in minoribus negotiis eſt libera *cap. d. Appellationib. 11. b. n. t. l. & in majoribus 20. & l. ſi quis 3. C. eod. tit.* Nec enim judicem oportet injuriam ſibi fieri exiſtimare, eò quòd Litigator ad provocationis auxilium convolavit *d. l. & in majoribus.* Hinc etiam vim atque minas inferri appellantibus prohibetur, & ſi quis prohibeat victos appellare, minantur Impp. ſe ultores futuros *l. minimè 12. &*
6 *d. l. ſi quis 30. C. b. t. & l. Imperator 25. eod. tit.* † Interdum tamen non admittitur appellatio, interdum admittitur quidem, ſed certâ tantùm lege; Non admittitur appellatio 1. propter perſonam appellantis, cùm videlicet quis in aliena cauſa judiciô non eſt expertus. Huic enim non eſt conceſſum appellare *l. ſi procuratorio 2. §. ſed ſi alius 1. in fin. Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora,* niſi hoc ei mandatum fuerit, aut dominus appellatio-

Digitized by Google

tionem ratam habuerit. *l. 1. pr. d. Appellat. recipiend. vel non.* Humanitatis etiam ratione obtentum eſt, nomine ejus, qui ad ſupplicium ducitur, provocantem audiri. Ita enim *Ulp. in l. non tantum 6. d. Appellation. & relation.* ſcribit: *Non tantùm ei, qui ad ſupplicium ducitur, provocare permittitur; verùm alii quoque nomine ejus: non tantùm ſi ille mandaverit, verùm quiſquis alius provocare voluerit. Neque diſtinguitur, utrùm neceſſarius ejus ſit nec ne. Credo enim humanitatis ratione omnem provocantem audiri debere. Ergò & ſi ipſe acquieſcit ſententiæ. Nec quærimus, cujus interſit. Quid ergò ſi reſiſtat, qui damnatus eſt, adverſus provocationem? nec velit admitti ejus appellationem perire feſtinans? Adhuc putem differendum ſupplicium.* † 2. Non admittitur appellatio propter dignitatem ejus, qui judicavit. Quamvis enim per- 7
miſſum ſit regulariter ab omnibus judicibus appellare *l. à proconſulibus 19. & d. l. ſi quis 30. C. h. t. can. omnis 3. can. ad Romanam 6. cauſa 2. q. 6.* tàm delegatis, quàm ordinariis *d. l. à Proconſulibus 19. & l. placet 3. C. d. pedaneis judicib.* etiam à delegatis principis *l ult. Quis à quo appelletur, & l. eos etiam 16. C. d. appellat. & conſult.* niſi dati ſint cum illa clauſula, *appellatione remotâ, l. 1. §. interdum fin. à quib. appellar. non licet.* per quam non fruſtratoria tantùm, ſed quælibet provocatio intelligitur removeri *cap. Paſtoralis 53. h. n. t.* quia præſumit Princeps de virtutibus illius privilegiatæ perſonæ *Joan. Baptiſta Vivian. in rat. jur. Pontificii ad d. cap. Paſtoralis*, tamen à prædictâ regulâ perſonæ quædam excipiuntur, à quibus non licet appellare. Sic à Principe nefas eſt appellare. Quod etiam monere ſtultum eſſe ait *Ulpian.* cùm ipſe ſit qui provocetur *d. l. 1. §. & quidem 1. à quibus appellare non licet.* Non etiam appellatur à Senatu, etiamſi Princeps appelletur, *d. l. 1. §. ſciendum eſt 2.* ut nec à præfectis prætorio *d. l. ſi quis 30. C. h. t. & l. unic. C. ne liceat in unâ eâdemque cauſâ tertio provocare &c.* Credidit enim princeps, eos, qui ob ſingularem induſtriam, exploratâ eorum fide & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſapientiâ ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret judicaturus *l. unic. §. His cunabulis 1. d. offic. præfect. prætor.* † 3. Non admittitur appellatio iis in- 8

Digitized by Google

rebus, de quibus agitur in *l. ult. d. Appellationib. recipiend. vel non.* veluti ne teſtamentum aperiatur. Publicè enim expedit, ſuprema hominum judicia exitum habere *l. vel negare 5. teſtamenta quemadmod. aperiantur, inſpiciantur & deſcribantur. & can. ultima voluntas. 4. cauſa 13. q. 2.* Ne frumentum in uſum militum in annonæ ſubſidia contrahatur *d. l. ult. princ.* Ne ſcriptus heres in poſſeſſionem inducatur *d. l. ult. in pr.* quo caſu judici, qui recepit appellationem, ut & ei, qui provocavit, denunciárunt Impp. viginti librarum auri mulctam *l. quisquis 6. C. quorum appellat. non recipiuntur.* Si ex edicto perpetuo aliquid decernatur, id quò minùs fiat, non permittitur appellare *d. l. ult. §. 1.* Item quò minùs pignus vendere liceat, appellari non poteſt *d. l. ult. §. fin.* † 4.
9 Et ultimò non admittitur regulariter appellatio ab interlocutoria de jure civili *l. ante ſententiam 2. ibique Gloſſ. voc. quæſtionem d. Appellat. recipiend. vel non. & cap. ſuper eo 12. h. n. t.* Ratio eſt, quia jus civile principaliter intendit bonum publicum, & ut lites citò tollantur *l. properandum 13 pr. C. d. judic.* Quia verò lites citiùs expediuntur, quando admittitur tantùm appellatio à ſententiâ definitivâ, & non ab interlocutoriâ *l. fin. C. d. ſentent. & interloc. omn. judic.* ideò jus civile à ſententiâ interlocutoriâ non
10 admittit appellationem. † Diximus autem *regulariter*, quia dantur quidam caſus, in quibus, ſi ab interlocutoriâ non poſſet appellari, gravamen per illam illatum, poſteà eſſet irreparabile, veluti ſi judex decreverit aliquem eſſe torquendum, vel ſi poſt gravamen non expectatur definitiva. Ratio autem, cur in hiſce caſibus appellatio concedatur ab interlocutoriâ, illa eſt, quia nulla lex debet permittere, ut quis in judicio injuſtè opprimatur, ne inde injuriam naſcatur occaſio, unde jura naſcuntur *l. meminerint. 6. C. unde vi. Jodoc. Damhouderius in praxi rerum civil. cap. 234. n. 1.* Jure verò Canonico generaliter & ab interlocutoriâ, & ab omni gravamine appellare licet *d. cap. ſuper eo. 12. cap. 1. eod. tit. in 6. & cap. Eum qui 2 d. dolo & contumac. d. lib. 6.* Hoc autem ideò conſtitutum eſt, quia jus Canonicum principaliter intendit præcidere peccata, & dirigere homines in Deum, magisque conſiderat æquitatem, quàm rigorem. Faciliùs autem providetur adver-

adverſus judicis iniquitatem, & æquiùs qualibet pars illæſa ſervatur, ſi à quolibet gravamine admittitur appellatio, quàm ſi tantùm à definitivâ appelletur. *Vivianus d. loco ad d. cap. ſuper eo 12.*
† Per legem verò certam, quâ admittitur appellatio, intelligimus 11
tempus appellandi, & formam atque ſolennia appellationis interponendæ. Tempus appellandi aliud præfinitur jure veteri, & aliud jure novo. Veteri jure erat in propriâ causâ biduum, in alienâ triduum. *l. 1. §. biduum 5. §. quod ſi 6. & §. quare procurator 12. in fin. Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora. & l. eos qui 6. §. ſin autem 5. C. d. Appell. & conſultation.* Jure verò novo eſt ſpatium decem dierum. *Auth. hodie autem. C. eod. tit. & Novell. d. Appellation. & intra quæ tempora debeat appellari 23. cap. Et ſancimus 1.* ubi etiam ſcribitur, quòd hoc ſpatium à recitatione ſententiæ ſit numerandum aut computandum. *d. l. 1. §. biduum 5.* etiamſi ſententia ſit conditionalis, quia conditione impletâ perindè habendum eſt, ac ſi ſententia ab initio purè lata eſſet *l. ſi pupillus 26. d. Condit. Inſtitution. Mynſing. cent. 5. obſerv. 95. & Andr. Gail. lib. 2. d. pace publicâ c. 4. n. 15.*
† Et ſit computatio de mo- 12
mento in momentum, quod declarat *Speculat. d. Appellat. §. quando, & intra quod tempus appellandum ſit n. 3.* & ex eo *Bernhard. Wurmſer. practic. obſervat. lib. 1. tit. d. appellati. 24. obſ. 1. n. 1. & 2. & And. Gail. lib. 1. pract. obſerv. 139. n. 5.* ubi addit, conſultum eſſe, ut Notarius in inſtrumento appellationis non ſolùm diem, ſed etiam horam diei appellationis apponat ad hoc, ut ritè cognoſcatur, an decendium effluxum ſit: Nam prima dies appellationis, inquit, non computatur tota, ſed momentum, hora & punctus illius diei, qui ad decimum diem ejuſdem puncti referri debet. Et eſt hoc tempus continuum, ita ut etiam feriæ ſolennes includantur *l. C. 1. d. Feriis l. tempora 2. circa fin. C. d. temporib. & reparationib. appellat. &c. & l. ſive pars 3. C. d. dilationibus. Gail. d. loc.* Dies autem iſtos, quibus appellandum eſt, ad aliquid utiles eſſe, oratio Divi Marci voluit, ſi fortè ejus, à quo provocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur: Ait enim: is dies ſervabitur, quo primo adeundi facultas eſt *l. 1. §. dies autem 7. quando appellandum ſit, & intra quæ tempora.* Conſuluit tamen *Br.* quem allegat *Mynſ. cent. 2.*

Digitized by Google

obſervat. 2. n. 3. ut pars appellare volens, proteſtetur, & appellet coram Notario *cap. ult. h. t. & cap. Paſtoralis 11. in fin. d. offic. judic. ordinar.* Et ita etiam uſus obſervat, teſte *Mynſing. d. loc.* † Ut
13 autem decendium hoc currat, requiritur ſcientia ſententiæ, vel gravaminis *d. l. 1. §. ult. quando appellandum ſit &c. & cap. concertationi 8. d. Appellat. in 6.* idque etiam in herede appellantis obtinet; quia heredi non currit tempus interponendæ vel proſequendæ appellationis, niſi à die notitiæ, ſive defunctus appellaverit, ſive ante appellationem mortuus fuerit *l. ult. C. ſi pendente appel-*
14 *latione mors intervenerit. Gail. d. obſ. 139. n. 7.* † Forma atque ſolennia appellationis alia ſunt, cùm quis in continenti apud acta ejus judicis, qui pronunciavit, vivâ voce appellat; alia cùm ex intervallo in ſcriptis appellat. Priori modo, ſi appellet, ſatis eſt, ſi dicat: *Appello: l. ſed ſi 2. l. à ſententiâ 5. § ult. d. appellat. & relation. h & l. litigatoribus 14. C. eod. tit.* Poſteriori verò modo neceſſe habet appellare per libellos, appellationis ſummam continentes, quos dare & offerre debet judici, à quô appellat, qui *libelli appellatorii* nominantur in *l. 1. §. ult. d. Appellation. & l eos qui 6. §. ſin autem 5. C. eod. tit.* Hi autem libelli ita ſunt concipiendi, ut habeant ſcriptum, & à quo dati ſint, h. e. qui appellet, & adverſus quem, & à quâ ſententiâ *d. l. 1. §. ult. junct. l. ſcio quæſitum 3.*
15 *d. Appellat. & relat.* † Et hæc requiruntur ad interponendam appellationem. Ad introducendam verò interpoſitam appellationem, quænam ſint neceſſaria, breviter videbimus. †
16 Adeündus autem 1. judex eſt futuræ appellationis *auth. ſi appellatione C. d. temporibus & reparationib. appellat. & Novell. ut ſponſalitia largitas ſpecialis ſit contractus 119. cap. Hoc quoque 4.* Quis verò ſit ille, apparebit ex *ſeqq.* Sciendum igitur eſt de jure civili, ab inferiore judice proximum ſuperiorem eſſe appellandum. *l. 1. §. ſi quis 3. d. Appellat. & Relat.* Si tamen medius judex juſtitiam denegaret, aut aliàs ex juſtis cauſis ſuſpectus eſſet, vel cauſam ſuâ ſponte ad ſuperiorem remitteret, aut inhabilis eſſet, iſtis caſibus ad alium ſuperiorem rectè fit provocatio, *Andr. Gail. lib. 1. pract. obſerv. 119. n. 2. & Mynſing. cent. 1. obſ. 67.* De jure verò Canonico omiſſo medio judice, rectà Pontifex poteſt appellari *cap. ſi duobus 7. h. t.*

can.

Digitized by Google

can. Ad Romanam 8. cauſa 2. q. 6. & cap. antiqua 23. d. privileg. & exceſſib. privilegiator. Jure igitur civili à judice dato, ſi appelletur, judex appellationis erit, qui dedit judicem, vel ſucceſſor ejus l. 1. pr. quis à quo appelletur, & l. præcipimus 32. §. hæc ſi appellatio 3. C. d. Appellat. & conſultat. Et ab eo, cui quis mandavit jurisdictionem, non ipſe provocabitur. Nam generaliter is erit provocandus ab eo, cui mandata eſt jurisdictio, qui provocaretur ab eo, qui mandavit jurisdictionem. d. l. 1. § ab eo. 1. quis à quo appelletur.
† Cum quo textu non pugnat l. unic. in f. C. qui pro ſuâ Jurisdictione judices dare, darive poſſunt, ut apparet ex A. Fachin. lib. 1. 17
controverſ. jur. cap. 78. ubi hoſce textus inter ſe conciliat. Appellans præterea à Prætoribus ad præfectos urbi appellare debet l. ſi apud 7. C. d. Appell. & conſult. Appellati etiam à legatis Proconſul poteſt. Et ſi mulctam dixerit, poteſt de iniquitate ejus Proconſul cognoſcere, & quod optimum putaverit, ſtatuere l. appellari 2. Quis à quo appelletur. Plura de judicibus, qui appellandi ſunt, tradit Donell. lib. 28. Comm. jur. civil. c. 7. † Deinde 18
appellator adire debet judicem appellationis, & dicere, ſe deferre appellationem à ſe interpoſitam, atque petere, ut de cauſa appellationis cognoſcat & judicet. Novell. d. his, qui ingrediuntur ad appellationem & c. 49. in præfat. Oportet autem appellatorem afferre literas dimiſſorias, quas Apoſtolos dicimus, quibus ſignificatur, receptam eſſe appellationem. Harum literarum ſenſus talis eſt: Appellâſſe, puta Lucium Titium, à ſententiâ illius, quæ inter illos dicta eſt. l. unic. pr. & §. 1. d. Libellis dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur. Hæ literæ dimiſſoriæ ſeu Apoſtoli petendi ſunt à judice, à quo eſt appellatum, & quidem intra ſpatium 30. dierum, quod incipit currere ſtatim atque ſententia lata eſt: Novell. Exemplum ſacræ formæ de Appellationibus 126. c. ult. & l. judicibus 24. C. d. Appellat. & conſultat. qui niſi intra 30. dies petiti ſint, appellationi renunciatum videbitur, & habebitur appellatio pro deſerta. Clement. Quamvis 2. d. Appellat. & cap. ab eo 6. d. Appell. in 6. niſi juſtum impedimentum appellans probare poſſit, quare Apoſtolos non petierit. Weſ. ad tit. ff. de libellis dimiſſoriis n. 4. Debent autem Apoſtoli peti ſæpiùs & inſtanter, ut ſcribitur in d. l. unic. §. ult. d. li-

d. libell. dimiſſor. d. Clem. quamvis 2. & d. cap. ab eo 6. Et ſi non accipiat appellator Apoſtolos, idipſum debet conteſtari. Æquum enim eſt, ſi per eum ſteterit, qui debebat Apoſtolos dare, quò minus det, ne hoc accipienti noceat *d. l. unic. in fin. & l. 1. §. dies autem 7. Quando appellandum ſit & intra quæ tempora.* Mora enim alterius alteri non debet eſſe nociva *cap. Mora 25. d. R. J. in 6.* Quod tamen ſecus eſt, ſi judex intra idem illud tempus, ſeu triginta dies, refutatoriis Apoſtolis, cauſam oſtenderit, quam ob rem libellos dimiſſorios non putârit dandos *l. ſciendum eſt 6. d. Appellationib. recipiendis vel non. Weſ. d. loc.* † Verùm quod hactenus

19 dictum eſt: Apoſtolos nimirum petendos eſſe à judice, & quidem inſtanter atque ſæpius, ei videtur adverſari *l. eos qui 6. §. ult. C. de appellat. & conſult.* ubi ita ajunt Impp. *Apoſtolos poſt interpoſitam provocationem, etiam non petente appellatore, ſine aliquâ dilatione, judicem dare oportet, cautione videlicet de exercendâ provocatione inpoſterum minimè præbendâ.* Si igitur etiam non petente appellatore Apoſtoli dandi ſunt, cur appellator debet eos inſtanter & ſæpius petere? Sed hæc non ſunt contraria. Nam in uno loco, videlicet *d. l. eos qui 6. §. ult.* officium judicis proponitur: in altero verò loco nimirum *d. l. unic. §. ult.* inculcatur, quid appellatorem facere oporteat, cùm non vult ſibi nocere recuſationem judicis,

20 vid. *Donell. d. loc.* † Denique tempus præſentandæ ſeu introducendæ appellationis in jure non eſt expreſſum, unde arbitrio judicis ad quem, relinquitur *arg. l. 1. §. ult. d. jur. deliber. Weſ. ad tit. ff. quando appellandum & intra quæ tempora n. 5.* videatur

21 *Joan. Zanger. ad cap. perſonas 4. n. 104. h. n. t.* † Ultimò introducta appellatio eſt proſequenda, h. e. exercenda. Proſequendæ autem appellationis tempus hodiè eſt annus, & ex cauſâ juſtâ biennium *Auth. ei qui appellat. Auth. ſi tamen & l. fin. §. illud etiam 4. C. d. temporibus & reparation. appellationum.* Aliquando tamen accidit, ut ulterius cauſam appellationis alicui proſequi concedatur, veluti ſi quem per impotentiam proſecutionem omiſiſſe conſtiterit *cap. ex ratione 8. h. n. t.* quia imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum *cap. Imputari 41. d. R. J. in 6.* multis autem ex cauſis impediri quis poteſt

Digitized by Google

poteſt in proſecutione appellationis, quas enarrat *Gloſſ. ad d. cap. 8. voc. impotentiam.* Hoc autem tempus non ſolùm comprom.ſſo, ſed etiam expreſſo partium conſenſu poteſt prorogari. *d. l. fin. §. fin. & Clemen. Quamdiu 4. d. Appellat. Andr. Gail. d. obſ. 141. n. 1.*

† Supereſt, ut videamus de vi & effectu appellationis ad ſuperiorem judicem delatæ & introductæ. 22 In eum autem finem comparata eſt appellatio, ut reſcindatur ſententia, à quâ eſt appellatum, & in melius reformetur *l. 1. pr. d. Appell. & relat.* Qui procedit, ſi ſententia, à quâ appellatum eſt, injuſta ſit; non etiam ſi juſta. Eſt enim appellatio ſpecies defenſionis, & in præſidium innocentiæ comparata *cap. cum ſpeciali 61. verſ. porrò h. t. n.* † Debet 23 igitur juſta ſententia à ſuperiori judice confirmari *l. eos qui 6. princ. C. d. appellat. & conſult.* Priùs autem oportet probare appellatorem, ſe juſtè appellâſſe. *l. hi qui 7. C. d. t.* ſeu reddere cauſas ſuæ appellationis *l. ult. §. ult. eod. tit.* quod fit, quando monſtrat priorem judicem, à cujus ſententiâ appellavit, iniquè & contra jus judicâſſe. In his autem cauſis reddendis, poteſt, qui appellavit, ad defenſionem ſui juris novis uti probationibus, quibus in priore judicio uſus non eſt *d. l. eos qui 6. §. ſi quid. 1.* Quid ergò, ſi cauſam appellandi cæptam dixerit, an liceat ei diſcedere ab hâc, & aliam cauſam allegare, an verò quaſi formâ quadam obſtrictus ſit? Puto tamen, inquit *Ulpian. in l. ſcio quidem 3. §. ult. d. Appellat. & Relation.* cùm ſemel provocaverit, eſſe ei facilitatem, in agendo etiam aliam cauſam provocationis reddere perſequique provocationem ſuam, quibuscunque modis potuerit. † Debent 24 autem cauſæ appellationis intra præfinitum tempus reddi, alioquin Magiſtratus rem judicatam exſequitur *l. ſi contra 8. C. d. Appellat. & conſultat.* Hoc autem tempus eſt duorum menſium, cùm à munere delato appellatur *l. 1. C. d. temporib. & reparationib. appellat. &c.* ubi etiam traditur, quomodo duo iſti menſes ſint computandi. Ei autem qui à ſententiâ provocavit, annus eſt præfinitus, quô exactô perinde rata eſt prior ſententia, quaſi provocatum non eſſet; niſi ipſe appellator evidentiſſimis probationibus poſſit oſtendere, ſe quidem ſummâ ope niſum, voluiſſe litem exercere, per judicem autem ſtetiſſe, vel aliam inexorabilem

causam ſubſecutam, propter quam hoc facere minimè valuit. Tunc etenim aliud ei annale tempus indultum eſt: quô effluente, & lite minimè finem accipiente, cadit is de appellatorio juvamine, ut ait Imp. *in l. final. §. illud etiam 4. C. d. t.* Videatur *Novell. d. Hu; qui ingrediuntur appellationem & c. 49. in præfat.*

25 † Rationibus appellationis intra tempora conſtituta redditis, debet judex eas cognoſcere, meritaque cauſæ conſiderare, & ſententiam prioris judicis injuſtam aut juſtam eſſe pronunciare *d. l. eos qui 6. in princ.* Si igitur priorem ſententiam judex injuſtam pronunciavit, non punitur judex à quo, niſi inimicitiâ, vel pecuniâ probetur corruptus *Can. hoc etiam 37. cauſa 2. q. 6.* Si verò juſtam, appellans debet victori ſeu appellato, in expenſis condemnari *cap. Finem litibus 5. d. dolo & contumac. l. properandum 13. §. ſive autem 6. C. de judiciis,* ſi modò temerè, & ſine cauſâ appellavit *l. qui ſolidum 78. §. etiam 2. d. Legat. & Fideic. 2. l. eum quem 79. princ. d. judic. & ubi quisque agere vel conveniri deb. & §. ecce enim 1. in fin. d. pœn. temerè litigant.* Si verò juſtam appellandi cauſam habuit, expenſæ compenſantur *dd. text. Vid. Jaſon. ad d. l. properandum 13. §. 6.* qui latè oſtendit, quando quis dicatur habere juſtam litigandi aut appellandi cauſam.

26 † An autem appellatus, ſi in cauſâ appellationis ſuccumbat, in expenſis condemnandus ſit, quæri ſolet? de quâ quæſtione videatur *Andr. Gail. lib. 1. obſ. 152. n. 3. & 4.* qui juxtà communem Dd. opinionem diſtinguit, utrùm appellatus ex iisdem actis in cauſa appellationis ſuccumbat, an verò ex novis probationibus noviter deductis & probatis. Hoc caſu exiſtimat, compenſationem expenſarum faciendam eſſe: illô verò minimè, ſed debere appellatum in expenſis condemnari. Licèt enim appellatus habeat ſententiam pro ſe latam, attamen juſtam cauſam litigandi non cenſetur habuiſſe, quia præſumtio illa juſtitiæ interpoſitione appellationis elicitur, omniaque quaſi in priſtinum ſtatum reponuntur; ideòque peritiores conſulere, & compertâ juſtitiâ, ſententiæ & liti renunciare debuiſſet: quod quia prætermiſit, in culpa eſt. Plura de effectu appellationis videantur apud *Weſenb. ad tit. π. d. Appellat. & relat. n. 10. & 11.* Et tantùm de primâ noſtræ Rubricæ parte, nimirum de Appellationibus.

† Se-

† Sequitur altera pars, quæ eſt de Recuſationibus, de quibus agi- 27
tur in *cap. ſuper eo 12. cap. ad hac 27. cap. poſtremo 36. cap. ſecundo*
41. verſ. Tertiò poſtulas cap. Novit ille 43. cap. cum ſpeciali 61. & paſ-
ſim in h. n. t. Eſt autem hoc loco recuſatio judicis ſuſpecti legiti-
mè facta declinatio. *Declinatio* dicitur propter *can. quod ſuſpecti*
15. verſ. Et verò à cauſa 3. q. 5. Specul. tit. d. Recuſatione in pr. Et
quidem *ſuſpecti judicis*, quia ſine ſuſpicione omnes lites procede-
re debent *l. apertiſſimi 16. C. d. judic.* Quòd ſuſpecti judices eſſe
non debeant, & ipſam rationem dictare, & plurimis probari exem-
plis ſcribitur in *princ. d. canon. quod ſuſpecti 15.* Et circa finem
dicitur, quodammodo naturale eſſe, ſuſpectorum judicum inſi-
dias declinare velle. Fit autem mentio judicis in genere in dictâ
definitione, quia recuſari poſſunt omnes judices, cujuscunque
ſint generis, etiam ordinarii, quod ſuprà probavimus in *Titulo de*
Exceptionibus. Denique diximus *legitimè facta.* Nam non omnis
recuſatio licita eſt, ſed ea tantùm, quæ convenit cum legibus.
† Quid autem leges ad recuſationem requirant, ex ſequentibus 28
apparebit. Primò debet judex eſſe ſuſpectus. Eſt enim cauſa re-
cuſationis unica ſuſpicio, quæ ſurgit ex multis & variis cauſis.
Speculat. de Recuſatione §. cauſa recuſationis, quas latè recenſent
Marant. part. 6. d. Appellatione n. 27. & multis ſeqq. & Petr. Gre-
gor. Tholoſanus in ſyntagm. juris univerſi lib. 49. cap. 3 n. 4. & ſeqq.
Deinde cauſa ſuſpicionis proponenda eſt ante litis conteſtatio-
nem *cap. Inter monaſterium 20. d. ſent. & re judic.* niſi poſt litem
conteſtatam ſuperveniat *cap. Inſinuante 25. de offic. & poteſtat. ju-*
dic. deleg. & cap. Paſtoralis 4. d. Except. Quando de novo emer-
gunt, novo indigent auxilio, *l. de ætate 11. §. ex cauſâ 8. d. Interro-*
gat. in jure fac. Speculator. d. loc. §. ſit autem n. 1. & 2. & Tholoſ. d. cap.
3. n. 27. Tertiò debet cauſa ſuſpicionis proponi coram judice, qui
ſuſpectus eſt, probari verò coram arbitris *d. cap. ſecundò 41. verſ.*
Tertiò poſtulas h. n. t. & cap. ſuſpicionis 39. d. offic. & poteſt. judic.
deleg. Ultimò debet actis inſeri, quod fuerit judex recuſatus *cap.*
Quoniam 11. d. probat. ut conſtare poſſit, utrùm proceſſus valeat
vel non, quia ab eo tempore, quo juſta cauſa ſuſpicionis propoſita
eſt, judicis ſuſpecti jurisdictio eſt ſuſpenſa *d. cap. ſecundò 41. verſ.*

Digitized by Google

Tertiò poſtulas & d. cap. cum ſpeciali 61. verſ. cauſa verò ſuſpicionis.

29 † Tertia rubricæ pars eſt *de Relationibus*, de quibus agitur in *cap. Intimaſti 68. h. t. n.* Eſt autem relatio judicis de jure dubitantis ad Principem miſſa conſultatio, ut colligitur *ex l. 1. C. d. Relation. Specul. tit. d. Relation. §. Relatio* qui etiam *in §. de quibus. §. quando & §. qualiter* exponit, de quibus cauſis, & quando facienda ſit

30 relatio. † Quando autem Princeps conſulitur, non debet ad eum mitti, quod plenâ inſtructione indigeat, ne ipſe Princeps nimium fatigetur *d. l. 1. C. d. Relation.* Non igitur totus proceſſus mittendus erit, ſed ſolùm elicere debet judex ex actis punctum dubium, ſuper quo de jure, & non de facto Principem conſulat *l. eum quem 79. §. 1. d. judiciis, & ubi quisque agere, vel conveniri*

31 *deb.* † Et quia judex poſſet in dubii formatione partem gravare, vel tacendo veritatem, vel aliquid falſi immiſcendo, ideò præcipitur, ut ante relationem conſultationis exemplum illicò litigatoribus apud acta edat. *d. l. 1. verſ. quoties autem. vid. l. ult.*

32 *quando appellandum ſit, & intra quæ tempora.* † Pendente verò relatione, non poteſt judex definire vel cognoſcere, donec reſcripſerit Princeps, aliàs illud irritum & inane erit *d. l. 1. & [illegible] licet 5. in fin. d. offic. Legati. Specul. d. loc. §. effectus relationis.* Plura de relationibus videantur apud *P. Gregor. Tholoſ. in ſyntagm. jur. univ. lib. 50. c. 1. n. 15. & ſeqq.*

NOTABILIA.

1. Remedium appellationis non ideò eſt inventum, ut alicui, à religionis & ordinis obſervantiâ exorbitanti, debeat in ſuâ nequitiâ patrocinium exhibere *cap. ad noſtram 3.*

2. Multa dicuntur notoria, quæ non ſunt *cap. conſuluit 14.*

3. Appellatio neminem debet in ſuâ iniquitate tueri *cap. præterea 22.*

4. Ad defenſionem iniquitatis non debet uſurpari, quod ad præſidium innocentiæ dignoſcitur inſtitutum *cap. reprehenſibilis 26. in fin. & cap. cum ſpeciali 61. verſ. porrò, &c.*

5. Matrimonium eſt res favorabilis *cap. directa 39. in fin.*

6. Ver-

Digitized by Google

6. Verba intentioni deſervire ſolent. *cap. ſecundo. 41. pr.*

7. Ea, quæ in principio, ad medium, & ad finem: illa verò, quæ in medio, ad finem atque principium ſæpè referri contingit *d. cap. ſecundo 41.*

8. Fraus & dolus alicui patrocinari non debent. *cap. Ex inſinuatione 50. in fin.*

9. Duo in ſolidum quicquam poſſidere non poſſunt *cap. Bona 51 verſ. Si ergò &c.*

10. Juris executio nullam habet injuriam *d. cap. 51. verſ. cum igitur.*

11. Quælibet provocatio intelligitur removeri, quæ à jure non indulgetur expreſsè *cap. Paſtoralis 53.*

12. Excommunicatio ſecum trahit executionem *d. cap. 53. verſ. Nos ita reſpondemus &c.*

13. Contrarius ſibi non eſt audiendus *cap. ſolicitudinem 54. in f.*

14. Debitus honor debet deferri judicibus *cap. ut debitus 59.*

15. Ceſſante cauſa, ceſſat effectus *cap. cum ceſſante. 60.*

16. Proceſſus negotii frivolis occaſionibus non debet retardari *d. cap. 60. in fin.*

17. Ante litem conteſtatam ſunt exceptiones dilatoriæ proponendæ *cap. cum cauſam 61.*

18. Non niſi delegatus à Principe cauſam alii valet delegare. *d. cap. 62.*

19. Laniones dicuntur carnifices *cap. ſignificante 69.* de quâ voce videatur *Gerardus Joannes Voſſius lib. 4. oratoriarum inſtitut. c. 13.*

De *Clericis peregrinantibus.* Titulus XXIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Summa tituli. 2.

1 Appellatio fit duobus modis, expreſsè atque tacitè. Expreſsè, cùm quis apud acta in continenti dicit vivâ voce, *Appello. l. ſed ſi 2. & l. à ſententiâ 5. §. ult. d. Appellat. & recuſat.* vel ex intervallo in ſcriptis appellat *l. 1. §. ult. d. tit. & l. eos qui 6. §. ſin autem 5. C. eod. tit.* Tacitè: cùm quis non dicit ſe appellare, ſed ſimpliciter iter ad Pontificem Romanum ingreditur, atque ipſo facto teſtatur, ſe appellare *cap. Meminimus 9. cap. dilecti filii 52. de appellat.*
2 *& cap. cùm olim 7. verſ. ſi autem & c. d. dolo & contumac.* † Et de hoc poſteriori appellandi modo agit compilator Decretal. in præſenti titulo, cujus ſumma eſt, quòd contra peregrinantem ſeu proficiſcentem ad ſedem Apoſtolicam interim non ſit aliquid innovandum, & ſubtractum vel ablatum reſtituendum. Ratio eſt, quia hi, qui accedunt ad præſentiam noſtram, inquit Pontifex *h. in titulo*, quamvis res ſuas in protectione noſtrâ non poſuerint, cum rebus ſuis debent eſſe ſub Apoſtolicâ protectione ſecuri. Ad Romanam enim Eccleſiam ab omnibus concurrendum, quaſi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, autoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releventur *can. ad Romanam 8. cauſa 2. q. 6.* Et hæc procedunt, quando res adhuc eſt integra, & ante arreptum iter citatio à judice non emiſſa, tunc enim non eſt aliquatenus procedendum. *cap. Meminimus 9. & cap. dilecti 52. d. appellation. & c.* Quando verò ante inſtitutum iter citatio eſt emiſſa, judex poteſt procedere, etiamſi poſtea citatus Romam eſt profectus *d. cap. 9.* Ratio eſt, quia per citationem incipit judicium *§. ult. J. d. pœn. temerè litigant. & cap. gratum gerimus 20. ibique Gloſſ. in verbis: quaſi captum d. offic. & poteſtate judic. delegat. Accurſ. Salic. & Jaſ. ad rubr. C. d. in jus vocando*, quos ſequitur *Philippus Maſſinius ad rubr. C. d. edendo n. 85. & Mynſ. ad d. §. ult. n. 2.* Ubi autem cæptum eſt judicium, ibi quoque finem accipere debet. *l. ubi acceptum 30. d. judic. & ubi quis que ager. vel convenir.* Qui igitur ipſo facto ad Romanum Pontificem poſt citationem emiſſam appellavit, tenetur coram judice, à quo fuit citatus comparere, & ibi cauſam perſequi *d cap. Meminimus 9. & cap. ut debitus 59. d. Appellat. recuſat. & relation.*

De

Digitized by Google

De Confirmatione utili vel inutili.

Titulus XXX.

Summaria.

Contin. & argum. tit. 1.

Confirmatio utilis & inutilis quæ? 2.

Actum eſt in Titulis præcedentibus de ſuſpenſione ſententiæ, quæ fit remedio appellationis tàm expreſſæ, quàm tacitæ. Sed quia ſententia prioris judicis quandoque confirmatur per ſuperiorem, & poteſt dubitari de validitate atque invaliditate confirmationis; ideò ſubjecit compilator Decretalium *hunc titulum de confirmatione utili vel inutili*. Eſt autem titulus hic generalis, quia in eo non tantùm de confirmatione ſententiæ agitur, verùm etiam de confirmatione poſſeſſionis, privilegiorum, officiorumve, aut tranſactionum. † Tunc autem dicitur confirmatio utilis, quando ſententia, quæ ſecundùm leges lata eſt, ad majorem ſecuritatem à ſuperiori judice confirmatur, ita, ut inferior judex ei contravenire nequeat. Inutilis verò eſt confirmatio, & non tenet, cùm Papa ſententiam contra juris formam latam, confirmat *d. cap. Examinata 7. h. t. n.* Plura de hoc titulo videantur apud *Abbatem, Cujac. & Vivianum*, qui omnes ſingula hujus tituli capitula explicârunt. 1 2

Notabilia.

1 Poſteriores literæ debent prioribus præjudicium generare. *c. Bona. 3.*

2. Quando periculum teſtium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, etiam lite non conteſtatâ, teſtes valetudinarii, & alii, de quibus ex aliquâ rationabili causâ timetur, ad teſtimonium admittuntur. *cap. cum dilecti 4. verſ. nos igitur.*

3. Abbatiſſa poteſt eſſe procuratrix *d. c. 4. verſ. quia verò &c.*

4. Adverſus Romanam Eccleſiam non niſi centenaria currit præſcriptio *d. c. 4. d. verſ. quia verò.*

DE-

DECRETALIUM EPISTOLARUM GREGORII PAPÆ IX.

LIBER III.

De Vita & honeſtate Clericorum.

Titulus I.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Clerici debent honeſtè vivere. 2. *Continenter & caſtè.* 3.
Non debent habere concubinas. 4. *Dubium ſolv.* 5.
Habitu honeſto utantur. 6.
Diligenter ſtudeant, & abſtineant ſecularibus negotiis. 7.
Debent caput radi. 8. *& gratis judicare.* 9.
Non debent arma portare. 10. *Except.* 11.
Non ſunt uſurarii. 12.
Nec alant comas barbamvè. 13.
Non inebrientur. 14. *Ludos fugiant.* 15. *Non ſint avari.* 16.
Abſtineant monaſteriis monialium. 17.

1 RES quæ ſolent deduci in judicium, cujus formam Decretalium compilator hactenus expoſuit, ſunt vel civiles, vel criminales. Civiles Clericis conveniunt, vel Laicis. De rebus, quæ Clericis conveniunt, agitur in hoc libro tertio: In libro verò quarto tractatur

ctatur de rebus, quæ ad Laicos pertinent, quales ſunt cauſæ matrimoniales. Tandem in libro quinto Decretalium proponuntur res criminales. Clericis de quibus, ut & eorum rebus ſeu cauſis Compilator priori loco egit in hoc libro tertio, quia Clerici digniores ſunt Laicis, *can. ult. diſt. 4. Gloſſ. ad h. rubr.* quædam in hoc primo titulo, ut & aliis in locis juris Canonici præcipiuntur, quædam verò prohibentur. † Præcipiuntur Clericis autem 1. ut honeſtè vivant *hac n. rubr.* Nam Clericorum vita generare non debet 2
Laicis ſcandalum, ſed præſtare honeſtatis exemplum *capit. ult. in fin. h. n. t.* Et cujus vita deſpicitur, reſtat, ut ejus prædicatio contemnatur, uti ait *Gregorius allegatus in fin. can. Infames 2. cauſa 3. q. 7. & Benedictus XI. Pontifex in cap. inter cunctas 1. verſ. Nam cujus vita d. privilegiis in Extravagant. communibus lib. 5.* Unde autem dicatur honeſtas, & quid ſit, tradit *Benedictus Egidius in tract. d. jure & privilegiis honeſtatis n. 1. & 2.* † 2. Ut continenter & caſtè vivant. *cap. ut Clericorum 13. h. t. n.* Nam peccant, qualitercunque exerceant actum libidinoſum, præter uxorium *can. nemo blandiatur 4. cauſa 32. q. 4. & cap. 13. verſ. 4. ad Hebræos,* in quo textu fit oppoſitio inter conjugium, & reliquas omnes extra illud commixtiones, quæ fornicationis & adulterii nomine veniunt. Unde etiam *Accurſius ad l. in concubinatu 3. §. 1. d. concubinis voc. legis* notat, concubinatum ſecundum divinas ſcripturas eſſe fornicationem. † Non igitur Clerici concubinas poſſunt habere *can. audite 6. diſt. 34.* † Cui textui non adverſatur *can. Is qui 4. & can. Chriſtiano 5. d. diſt.* Quia ad objectos canones reſpondet *Gratianus in can. omnibus. 3. §. concubina d. diſtinct. 34.* ibi per concubinam eam intelligi, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis conjugali affectu adſciſcitur, hanc conjugem facere affectum, concubinam verò legem nominare. Quam explicationem præter *Gloſſam* etiam *Canoniſtæ* amplectuntur, quos ſequitur *Didac. Covarruv. part. 1. de ſponſalib. & Petr. Gregor. Tholoſanus in ſyntagm. jur. univerſi lib. 10. c. 1. n. 16.* qui *interdum inveniri,* inquit, *in decretis Patrum concubinatum permiſſum. Veruntamen concubinam ibi accipi pro uxore, quæ conſenſit in maritum, & ita matrimonium contraxit: ſed quia Eccleſiaſticis precibus, & ſanctis ceremo-*

(Margin numbers: 3 beside "& caſtè vivant"; 4 beside "can. audite 6."; 5 beside "qui 4.")

nius non fuit initiatum, & tam clandeſtinè factum, quod pertinet ad Eccleſiam, quia apud eam non conſtat fuiſſe contractum, pro non contracto haberi, cùm verè tamen matrimonium ſit &c. Diſcerni-
tur igitur in prædictis canonibus atque ſeparatur concubina, non
à quâvis uxore, ùt putat *Valentin. Förſter. d. ſucceſſione ab inteſtato*
lib. 6. c. 5. n. 6. ſed eâ tantùm, quæ ſolenniter ducta eſt. Clerici au-
tem caſtè non viventes, puniuntur ſecundùm canonicas ſanctio-
nes, ut quos divinus timor à malo non revocat, temporalis ſaltèm
pœna cohibeat à peccato *d. cap. ut clericorum 13. verſ. Ne verò fa-*
6 *cilitas veniæ.* † 3. Ut habitu honeſto utantur *cap. Clerici 15.*
h. n. t. per decentiam enim habitus extrinſeci, morum intrinſeca
honeſtas oſtenditur *Clem. quoniam 2. d. vitâ & honeſtate Clerico-*
rum. Quis autem dicatur habitus honeſtus Clericorum explica-
tur in *dd. textib.* Quibus addi poteſt *can. omnis I. cauſa 21. q. 4. &*
princ. diſt. 41. Scribit tamen *Gloſſa in d. cap. Cleric. 15. verb. deaura-*
tis, quòd Clerici, ne vileſcat eorùm dignitas, veſtes debeant ſecun-
dùm ritum regionis habere, quam ſequitur *Abb. in d. cap. 15. n. 18.*
7 † 4. Ut ſe in officiis Eccleſiaſticis, & aliis bonis ſtudiis exerceant
diligenter *d. cap. Clerici 15. verſ. Et ſi &c.* Dico: *Eccleſiaſticis*, quia
Clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſcere non de-
bent. *t. t. Ne Clerici vel monachi. Can. Credo 2. & can. placuit 3.*
cauſa 21. q. 3. can. decrevit 1. can. Epiſcopus 3. diſt. 88. can. duo ſunt 7.
cauſa 12. q. 1. & aliis ſimilibus textib. Clericus igitur, qui tertiò ad-
monitus à negotiationibus ſecularibus non abſtinet, interim per-
dit, quoad bona ſua, privilegium clericale. Quænam autem dicun-
tur negotia ſecularia, intelligitur ex *cap. 1. Ne Clerici vel monachi*
ſecularibus negotiis ſe immiſceant. Debet autem admonitio re-
gulariter præcedere vindictam *can. indignè 21. cauſa. 11. q. 2.* & qui-
dem tertiò, quia regulariter eſt trina admonitio *can. de Presbyte-*
rorum 23. cauſa 17. q. 4. Ad bona verò ſtudia etiam referimus le-
ctionem ſecularium literarum. Clericos etenim oporteat etiam
ſecularibus literis eſſe eruditos. Nam turbat acumen legentium
& deficere cogit, qui eos à legendis ſecularibus literis omnimo-
dò æſtimat prohibendos, in quibus, ſi quà inventa ſunt utilia, qua-
ſi ſua ſumere licet, inquit *Beda*, ex quo deſumtus eſt *can. Turbat 8.*
diſt.

Digitized by Google

diſt. 37. Quomodo autem ſint libri ſeculares legendi, traditur *in*
ſecunda d. can. parte, ubi in hunc modum ſcribitur: *Seculares lite-*
ras quidam legunt ad voluptatem Poëtarum figmentis & verborum
ornatu delectati: quidam verò ad eruditionem eas addiſcunt, ut er-
rores gentilium legendo deteſtentur, & utilia, quæ in eis invenerint,
ad uſum ſacræ eruditionis devotè convertant: Tales laudabiliter ſe-
culares literas addiſcunt. † 5. Præcipitur Clericis, ut in ſu- 8
periore partè capitis habeant raſuram, quæ aliàs clerica dicitur, &
tonſuram uſque ad aures in inferiori parte. *Clem. quoniam 2. d. vi-*
tâ & honeſtate Clericor. cap. unic. eod. tit. in 6. & cap. Clerici 15. ibi:
coronam & tonſuram habeant convenientem h. n. t. Quid autem
hæc duo in Clericis repræſentent, apparet ex *can. duo ſunt 7. cauſa*
12. q. 1. & Gloſſa notabili ad d. cap. quoniam, in verbis: Et tonſuram,
ubi hoc latè explicat. † Denique præcipitur Clericis, ut gra- 9
tis judicent, & quotam litis non exigant, quia ad hoc eis Eccleſia-
ſtici reditus ſunt deputati, ut ex ipſis honeſtè vivere debeant, *cap.*
cum ab omni 10. h. t. n. † Prohibentur verò Clericis ſequen- 10
tia. 1. non debent arma portare *cap. Clerici 2. h. t.* aliàs proprii
gradus amiſſione mulctantur & excommunicantur, quia non poſ-
ſunt ſimul Deo & ſeculo militare *can. Quicunque 6. cauſa. 23. q. 8.*
Et ſcribitur *in pr. & can. non pila 3. d. q. 8.* quòd arma Clericorum
ſint lachrimæ & orationes. † Et hæc prohibitio intelligen- 11
da eſt de armis offenſibilibus, quia portare poſſunt arma defenſibi-
lia *cap. dilecto filio 6. d. ſentent. excommunic. in 6.* Et ſi Clericus
non poteſt mortem aliter vitare, poteſt interficere impunè ſuum
aggreſſorem, nec ullam irregularitatem incurrit, quia aggreſſor
potiùs videtur ſeipſum occidere, quàm ab aggreſſo occidi. *Clem.*
unica, de homicidio voluntario vel caſuali. Ratio eſt, quia vim vi
repellere omnes leges & omnia jura permittunt, *cap. ſignificaſti 18.*
verſ. Si verò & c. d. t. Et defenſor propriæ ſalutis in nullo peccâſſe vi-
detur *l. ſi quis 3. C. ad l. Cornel. d. ſicar.* † 2. Non debent eſſe uſurarii 12
d. cap. Clerici 2. & can. Epiſcopus 1. can. quoniam 2. & can. de Petro 4.
diſt. 47. Uſurarum enim crimen utriusq; teſtamenti pagina deteſta-
tur *cap. ſuper eo 4. d. uſuris.* Unde etiã uſurarii manifeſti, nec ad com-
munionem admittuntur altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc pecca-

to deceſſerint) accipiunt ſepulturam *cap. Quia in omnibus 3. d. t.*
23 † 3. Neque comam nutrire debet Clericus, neque barbam *cap. Clericus 5. b. n. t. & can. Prohibete 21. diſt. 23.* & ſi contra facit, dicitur mortaliter peccare, unde dignus eſt anathemate *cap. ſi quis 4. b. n. t.* & poteſt invitus à ſuo ſuperiori tonderi. *cap. Clericis 7. b. n. t. & can. Clerici 22. d. diſt. 23.* Rationem autem hujus prohibitionis adſignant Canoniſtæ, ut nimirum exterioribus hiſce ſymbolis Clerici teſtentur, ſe interiore voluntate blandimenta & voluptates ſecularium deſpicere, & vero Dei ſervitio devotos eſſe, addi
24 poteſt ratio *Joan. Baptiſtæ Viviani ad d. cap. Clericus 5.* † 4. A crapulâ & ebrietate omnes Clerici diligenter abſtinere debent, nec ad bibendum incitari, cùm ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. *cap. à crapula 14. b. n. t. & can. venter. 5. diſt. 35.* ubi ſcribitur: *Venter mero æſtuans, citò deſpumat in libidinem; Ubi ebrietas ibi libido dominatur, & furor.* Et *in can. ult. d. diſt.* dicitur ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix. Et additur: eum quem ebrium fuiſſe conſtiterit, aut triginta dierum ſpatio à communione ſubmovendum, aut corporali ſubdendum eſſe ſupplicio. Quam pœnam hodiè in uſu eſſe negat *Abbas in d.*
25 *cap. 14. n. 3.* † 5. Mimis, joculatoribus & hiſtrionibus non debent intendere, nec ad aleas & taxillos ludere, & tabernas prorſus debent evitare, niſi fortè cauſâ neceſſitatis in itinere conſtituti ſint *d. cap. Clerici 15. & can. Non oportet 2. & canonibus duobus*
26 *ſeqq. diſt. 44.* † 6. Non debent eſſe avari *can. quoniam. 2. diſt. 47.* quia avaritia eſt radix omnium malorum, *ad Timoth. 6. cap. verſ. 10.* Avari mentem egregiè deſcribens *Ambroſius* allegatur in *can. 8. diſt. 47. ſicut ii,* inquit, *qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non jam res ipſas, ſed paſſionis ſuæ phantaſias vident, ita etiam mens avari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat, gratius aurum intuetur, quàm ſolem ipſa ejus oratio & ſupplicatio ad Dominum, au-*
27 *rum quærit.* † 7. Et ultimò, Clericus non debet frequentare monaſteria monialium, aliàs monitus, & non deſiſtens, deponitur *cap. monaſteria 8. b. t.* Ratio eſt, quia non poteſt toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur *Can. Hoſpitio-*
lum

Digitized by Google

lum 17. diſt. 32. & cap. unic. in princ. d. ſtatu regularium in 6. Unde etiam monaſteria puellarum longiùs à monaſteriis monachorum, aut propter inſidias Diaboli, aut propter oblocutiones hominum debent collocari *can. monaſteria 23. cauſa 18. q. 2.* Et in *Can. perniciosum 21. in fin. d. cauſa & q.* prohibetur, ne ſanctimoniales ſimul cum canonicis vel monachis in Eccleſiâ in uno choro conveniant ad pſallendum.

Notabilia.

1. Juſtum judicium judici vendere non licet, & venales non debent eſſe ſententiæ *cap. cum ab omni 10. in fin.*

2. Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi *cap. ut Clericorum. 13.*

De Cohabitatione Clericorum & Mulierum.

Titulus II.

Summaria.

Continuatio. 1.
Clerici ſeorſim habitent à mulieribus. 2.
Sed extraneis. 3.
Contravenientium pœna. 4.

Quia cohabitatio mulierum reddit Clericos de incontinentiâ ſuſpectos *cap. 1. h. t.* ideò ſequitur nunc hic titulus; † In quo Clerici ſeorſim à mulieribus habitare jubentur. Quod etiam fit in *can. Interdixit 16. diſt. 32. can. Clericus 20. & aliquot ſeqq. canonibus diſt. 81.* † Hoc autem intelligendum eſt tantùm de extraneis fœmineis *can. cum omnibus 2. diſt. 81.* Nam cum illis mulierculis habitare poſſunt, in quibus naturale fœdus nihil permittit ſævi criminis ſuſpicari *cap. à nobis 9. h. t.* qualis eſt mater, amita, ſoror, & aliæ mulieres, quæ recenſentur in *d. can. cum omnibus 27. & can. interdixit 16. diſt. 32.* Si tamen ex his mulieribus quædam de incontinentiâ ſunt ſuſpectæ, illas ſecum Clerici retinere non debent. *cap. 1. ibique Gloſſ. voc. canones h. t. n.* † Si autem

1
2
3
4

tem Clericus in ſacris conſtitutus a ſuſpectarum mulierum colloquio vel conſortio, tertiâ vice monitus, non deſiſtit, punitur excommunicatione, & fœmina canonicè judicatur *cap. ſi quiſquam 2. h. t.* h. c. vel in monaſterium detruditur, aut in ſervitutem redigitur, quemadmodum illa verba explicat *Gloſſa in d. cap. 2.* propter *can. eos qui 10. diſt. 32. & can. Fraternitatis 7. in f. diſt. 34.*

Notabilia.

1. Pœna unius debet eſſe metus alterius *cap. Clericus 3. in fin.*
2. Qualiſcunque ſit ſacerdos, quæ ſunt ſancta, coinquinari non poſſunt. *cap. veſtra 7.*
3. In notoriis nec teſtis, nec accuſator eſt neceſſarius *cap. Tua nos 8.*
4. Non teſtimoniis, ſed teſtibus eſt judicandum *d. c. 8.*

De Clericis conjugatis. Titulus III.

Summaria.

Continuatio. 1.

Clerici majorum ordinum nullo modo poſſunt contrahere matrimonium. 2.

Clerici verè Minorum ordinum poſſunt certo modo. 3.

1 Clericorum & mulierum cohabitatio alia eſt licita, alia eſt illicita. De illicitâ cohabitatione actum eſt in *præcedenti titulo:* Sequitur nunc licita cohabitatio, quæ fit, quando Clerici conjugium contrahunt.
2 † Ubi ſciendum eſt, Clericos alios eſſe conſtitutos in majoribus ordinibus, alios in minoribus. Qui in majoribus conſtituti ſunt ordinibus, nullo modo poſſunt contrahere matrimonium *can. placuit 13. diſt. 32. Auth. multò magis, & auth. Epiſcopo. C. d. Epiſcop. & Cleric. Novell. d. Monach. 5. cap. ſi quis 8. & Novell. de nuptiis 22. cap. ſed & ſi quis 42.* Unde ſi contrahunt nuptias, non ſolùm miniſterio excidunt; verùm etiam eorum matri-

matrimonium dicitur inordinata conſtupratio, liberique ex eo nati, non ſunt legitimi.ſed tales,quales leges ex inceſtis aut nefariis natos nuptiis definiunt,ita ut neque naturales aut nothi ſeu ſpurii intelligantur, ſed prorſus & undique prohibiti, & ſucceſſionis genitorum indigni *l. ſacris 45. C. d. Epiſcop. & Cleric.* Ideò autem repellluntur hi Clerici à matrimonio, ut liberè cunctis diebus orationi vacare poſſint. *can. 1. in fin. can. ſacerdotibus 2. & can. ſi laicus 7. diſt. 31.* & ſi uxores accepiſſe noſcuntur, eas dimittere, & pœnitentiam agere per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam compelli debent *cap. 1. h. n. t.* Sanè peractâ pœnitentiâ diſpenſant Epiſcopi cum ſacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt *cap. ſanè 4. eod. tit.* † Illis verò, qui in minoribus 3 ſunt conſtituti ordinibus permiſſum eſt contrahere matrimonium *d. can. placuit 13. can. multorum 2. can. ſi quis verò 3. can. de illo 4. can. lectores 8. can. ſeriatim 14. diſt. 32. cap. cum olim 6. h. n. t. & d. auth. multò magis*, ubi cantores & lectores poſſunt contrahere matrimonium, ubi etiam explicatur, quinam Clerici dicantur in minoribus ordinibus conſtituti. Hi tamen debent dimittere beneficia Eccleſiaſtica, quæ habent. *d. cap. 1. cap. quod à te 3. & cap. diverſis fallaciis 5. h. n. t.*

De Clericis non reſidentibus in Eccleſiâ vel prabendâ.

Titulus IV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Clerici debent reſidere in Eccleſiâ vel præbendâ, & quare? 2.

Perſona excepta. 3.

Pœna contravenientium. 4.

Duplici modo vivunt Clerici inhoneſtè, unò, quando ſectantur mulierum conſortia, alterò, dùm non reſident in Eccle- 1
ſiâ.

Digitized by Google

NOTABILIA.

1. Unus vix ſufficit unum officium implere *cap. quia nonnulli 3.*

2. Verba accipienda ſunt cum effectu *cap. relatum eſt 4.*

3. Fraus & dolus nemini debet patrocinium impertiri *cap. Tua, 12.*

De Præbendis & Dignitatibus.

Titulus V.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Præbenda quid? 2. *Cur introducta?* 3.
Eſt vel curata vel non curata. 4.
Per quod quis eam conſequatur? 5.
Digno ſolùm concedenda. 6.
Ab eâ non repelluntur ignobiles. 7.
Sed pueri. 8. *& habens jam beneficium.* 9.
Integrè eſt conferenda. 10. *& ſolùm ſi vacat.* 11.
Cur addita in rubr. h.t. vox: dignitatibus? 12.

QUia Clerici non poſſunt honeſtè vivere, niſi habeant præbendas, unde vitæ neceſſaria percipiant, meritò poſt rubricas præcedentes ſubjicitur *hic Titulus*, qui inſcriptus eſt *de prabendis & dignitatibus. Gloſ. Anton. d. Butrio, Abbas, & cæteri Canoniſtæ ad h. rubr.* 1
† Præbenda nihil eſt aliud, quàm beneficium Eccleſiaſticum, quod in compenſationem divini officii confertur *can. ſi quis datur 2. & can. Ex multis 9. verſ. Conſtituimus &c. cauſa 1. q. 3.* 2
† Qui enim, ſecundùm Apoſtolum *1. ad Corinth. 9. v. 3.* Sacrario adſiſtunt, unà cum ſacrario partem accipiunt: quivè ad onus eligitur, repelli non debet à mercede. Et dignum eſt, ut Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtententur, in quâ & per quam divinis obſe- 3

quiis adſcribuntur. *cap. cum ſecundum 16. h. n. t. & can. Ex his autem 12. cauſa. 12. q. 1.* Hinc conſtitutum legitur, quòd non liceat ulli Epiſcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias præſtare, ſed duorum alterum eligere debeat, vel non faciat Clericos, vel, ſi fecerit, det illis unde vivere poſſint. *cap. non liceat 2. cap. Epiſcopus 4. h. n. t.* Sic etiam receptus in Canonicum ex permiſſione Capituli, debet, quando facultas ſe obtulerit, habere præbendam *cap. relatum eſt 9. eod. tit.* ubi iſta affertur ratio, quòd non ſit congruum, ut præbendâ careat, qui in canonicum noſcitur eſſe receptus, interim tamen habebit iſte quotidianas diſtributiones *cap. dilectus 19. h. t.*

4 † Eſt autem præbenda ſeu beneficium aliud curatum & aliud non curatum. Illud dicitur, cui cura animarum eſt annexa *Abb. ad cap. de multa 28. n. 24. eod. tit.* Hoc verò eſt, cui iſta cura non eſt annexa, quod vocatur ſimplex beneficium in *cap. fin. h. n. t.* Cura autem animarum occupata eſt circa adminiſtrationem ſacramentorum Eccleſiaſticorum, verbi divini prædicationem, viſitationem, inquiſitionem, ſuſpenſionem, excommunicationem & abſolutionem, *Clement. dudum 2. verſ. verùm neparaciales & c. d. Sepulturis & cap. Execrabilis 4. verſ. Nec non etiam illa d. prabendis in Extravagantib. communib.* & nemini ſine licentiâ & mandato Epiſcopi committitur *cap. cùm ſatis 4. d. offic. Archidiaconi & can. nullus 11. cauſa 16. q. 7.* ubi ſcribitur, quòd animarum cura in Epiſcopi judicio & poteſtate ſit.

5 † Præbendam autem ſeu beneficium Eccleſiaſticum conſequitur quis per conceſſionem & inſtitutionem. De inſtitutione agendum erit infrà in *tit. d. Inſtitutionibus 7. hujus libri 3.* In conceſſione verò beneficii conſiderari debet perſona ejus, cui conceditur beneficium. Concedi autem debet beneficium digno & non indigno. Nam nihil eſt, quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quando indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum *cap. nihil eſt 44. pr. de Elect. & Elect. poteſt.* Hinc ſcribit Papa in *cap. Grave. 29. h. t.* grave nimis eſt & abſurdum, quòd quidam Eccleſiarum prælati, cùm poſſint viros idoneos ad Eccleſiaſtica beneficia promovere, aſſumere non verentur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec literarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum,

non

Digitized by Google

non judicium rationis, unde quanta Eccleſiis damna proveniant, nemo ſanæ mentis ignorat. † Non tamen ignobiles repelli 7
debent à præbendis, quia non generis, ſed virtutum nobilitas, vitæque honeſtas gratum Deo faciunt & idoneum ſervitorem, quæ ratio affertur in *cap. venerabilis 37. eod. tit.* † Ex numero 8
autem inidoneorum ad conſequenda beneficia ſunt pueri *cap. ſuper inordinata 35. h. t.* Indecorum enim eſt, ut hi debeant Eccleſias regere, qui non noverunt gubernare ſeipſos: cùm ad Eccleſiarum regimen tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præemineant, & morum fulgeant honeſtate *cap. Interdum eſt 3. d. ætate & qualitate & ordine præficiendorum.* Quinam autem ſint pueri, diximus ſuprà *ad d. t.* & explicatur à *Gloſſa. in d. cap. 35. voce pueri.* † Deinde non concedi debet beneficium ei, qui ha- 9
bet beneficium *cap. ad hæc 13. cap. cum jam dudum 18. & cap. de multa 28. h. n. t. can. Clericus 1 & can. Clericum 2. cauſa 21. q. 1. cap. 1. d. conſuetudine in 6.* Ratio eſt, quia multitudo præbendarum atque officiorum canonibus eſt inimica; Diſſolutionis enim atque vagationis inducit materiam, certumque continet periculum animarum eorum, qui Eccleſiis deſervire valeant. *cap. Quia in tantum 5. h. n. t.* Qui igitur habet plures Eccleſias, unam eligere, & alteram dimittere compellitur *cap. referente. 7. & cap. præterea 14. eod. tit.* quia unum officium vix dignè quis valet adimplere *d. cap. 1. d. conſuetudine in 6. & cap. quia nonnulli 3. tit. præced.* †
Conferendum etiam eſt beneficium integrè ſine diminutione *cap.* 10
Majoribus 8. cap. avaritiæ 10. & cap. cum cauſam 36. h. n. t. Unde non tenet electio, cùm ad unam præbendam duo ſimpliciter eliguntur *cap. Tua 20. & cap. dilecto filio 25. eod. tit.* nec pro unius præbendæ integratione, alia dividi debet. *cap. cùm cauſam 36. eod.* aliàs enim uni ſubveniretur, cum gravi damno alterius, contra *cap. Apoſtolicæ pen. d. donation.* † Denique non omne benefici- 11
um eſt concedendum, ſed illud tantùm, quod vacat *cap. relatum eſt 9. cap. vacante 26. cap. dilectus 27 cap. venerabilis 37. h. n. t.* Nulla enim beneficia Eccleſiaſtica tribui alicui ſeu permitti debent, antequàm vacent, ne deſiderare quis mortem proximi videatur; in cujus locum & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum *cap.*

Digitized by Google

12 *nulla a. d. conceſſione prabenda & Eccleſia non vacantis.* † Et tantùm de præbendis, ſequitur vox, dignitatum, quæ in noſtrâ rubricâ habetur, ubi quæritur, quid ſit dignitas, an & quomodo differat à perſonatu & officio, quorum mentio ſit in *d. cap. ad hac 13. h. n. t. d. cap. 1. de conſuetudine in 6.* & aliis in locis. Quidam exiſtimant, ideò addi vocem dignitatum in *d. rubricâ*, quòd omnes Clerici ſint conſtituti in dignitate *can. denique ultimo diſt. 4.* Alii verò dicunt, hæc eſſe ſynonyma. *Gloſſa* autem *ad d. cap. 1. voc. conſuetudinem*, hæc tria ita ait inter ſe differre, quòd dignitatem propriè quis habere dicatur, qui habet adminiſtrationem cum juriſdictione; Perſonatum verò, qui in Eccleſiâ habet aliquam præeminentiam, non tamen juriſdictionem. Et officium, cùm ſine juriſdictione & præeminentiâ quis habet adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum, ſicut eſt ſacriſta & cuſtos. Et hanc *Gloſſa* opinionem ſequuntur *Archidiaconus ad d. cap. 1. Anton. d. Butrio ad d. cap. de multa 28. Petrus Rebuffus in tract. d. Pacificis poſſeſſoribus n. 69. & ſeqq. Petrus Gregorius Tholoſan. in partitionibus juris Canonici lib. 1. tit. 27. cap. 2. n. 6.* & alii. Eam autem rejicit *Abbas ad d. cap. multa n. 21.* qui ex varietate locorum diverſa hæc vocabula inſurrexiſſe putat, aliquotque concluſionibus hanc quæſtionem decidit, ad quem remitto Lectorem B.

NOTABILIA.

1. Ratio nulla permittit, ut, quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur, propriis cujusquam uſibus applicetur *cap. Ratio 3.*

2. Sicut in magnis, ita quoque in minimis membris ſuis firmatam Eccleſia habet unitatem. *cap. majoribus 8.*

3. Avaritia eſt idolorum ſervitus *cap. Avaritia 10.*

4. Singula officia in Eccleſiis adſiduitatem exigunt perſonarum *cap. adhac 13.*

5. Qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede *cap. cum ſecundum 16.*

6. Dignum eſt, ut Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtententur, in qua & per quam divinis obſequiis adſcribuntur *d. cap. 16.*

7. Mul-

Digitized by Google

7. Multitudo tàm dignitatum, quàm etiam præbendarum, ambitionis & avaritiæ vitium eſt *cap. cum jam 18.*

8. Multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente juſtitiâ non debent tolerari *d. cap. 18. in f.*

9. Res inter alios acta, regulariter aliis non obſiſtit *cap. dilecto 25. in f.*

10. Mendax precator carere debet impetratis *cap. dilectus 27. circa fin.*

11. Sublimes & literatæ perſonæ majoribus beneficiis ſunt honorandæ *cap. de multa 28. in fin.*

De
Clerico ægrotante vel debilitato.
Titulus VI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Clerico infirmo fructus beneficii auferri non debent. 2.
Sed ei coadjutor dandus. 3. *An etiam invito?* 4.

IN *Titulo præcedenti* dictum eſt, Clerico, qui ſervit Eccleſiæ, dandam eſſe præbendam, quæ etiam *præbendale beneficium* & *ſtipendium* appellatur in *cap. inter cæteras 17. & cap. dilecto 25. d. præbend. & dignit.* Quia verò dubitari poteſt, nùm hoc etiam intelligendum ſit de ægrotante Clerico & debilitato, meritò compilator Decretalium ſubjecit *hunc Titulum.* 1 † In quo duo proponuntur, unum eſt, quòd Clericus infirmus percipere debeat fructus beneficii ſui *cap. 1. & cap. Tua nos 4. h. t.* Ratio eſt, quia imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum *cap. imputari 41. d. R. J. in 6. l. cum heres 4. §. Stichus 5. d. Statu liber.* Deinde afflicto non eſt addenda afflictio, & potiùs ipſius miſeriæ miſerendum *cap. ex parte 5. h. n. t. can. cum percuſſio 2. cauſa 7. q. 1.* & aliis ſimilibus textibus, quos ibi allegat *Gloſſa in voce afflictio.* Denique ſi Clerico infirmo ſubtrahe- 2

retur præbenda, ſeu fructus beneficii ſui, ejus exemplo alii ita deterrerentur, ut fortè inveniri non poſſet, qui militaret Eccleſiæ,
3 quæ ratio allegatur à Pontifice in *d. cap. 1.* † Alterum, quod proponitur in *hoc Titulo*, eſt de coadjutore dando debilitato, aut ei, qui propter morbum gravem officio adminiſtrationis præeſſe nequit *capit. 2. & ſeqq. 4. capitulu h. n. t.* Hic, quia vices illius ſupplet, cui datur, juxta facultates Eccleſiæ, neceſſaria ſunt miniſtranda *cap. de Rectoribus 3. cum ſeq. h. t. & cap. unico eod. in 6.* ubi dicitur, quòd coadjutores de proventibus prælatorum, in quorum aſſumuntur auxilium, ſumtus recipere debeant moderatos.
4 † An autem dandus ſit coadjutor invito, examinat *Gloſſ. in d. cap. unic. verbo: noluerit.*

De Inſtitutionibus.

Titulus VII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Inſtitutio quid aliàs, & quid h. l.? 2.
Qui poſſint inſtituere? 3. *& inſtitui?* 4. *& quos?* 5.

1 IN Titulis duobus præcedentibus egit compilator Decretal. de conceſſione præbendarum: ſed quia conceſſio hæc parum prodeſt, niſi ſequatur inſtitutio. *cap. 1. de R. J. in 6.* ubi ſcribitur, quòd beneficium Eccleſiaſticum non poſſit licitè ſine inſtitutione Canonicâ obtineri, ideò ſubjicitur *hac rubr. d. Inſtitutionibus. Gloſſ. &*
2 *Abbas hic.* † Inſtitutionis vox habet varias ſignificationes, de quibus videantur *Ant. d. Butrio ad h. rubric. n. Abb. ad cap. autoritate 4. n. 7. & 8. h. t. & P. Gregor. Tholoſan. lib. 1. partitionum juris Canonici tit. 28. n. 2.* hôc autem locô nihil eſt aliud Inſtitutio, quàm receptio ad beneficium Eccleſiaſticum, juxta præſcriptum Canonum facta. *Henricus Caniſius ad d. cap. 1. vid. Gloſſ. ad d.*
3 *cap. autoritate. verbo: inſtituatur:* † Inſtitutio beneficiorum

rum ſpectat ad Epiſcopos, vel eorum officiales *cap. ex frequentibus 3. h. n. t.* ubi per officiales intelligit ibi *Gloſſa*, quibus Epiſcopi committunt vices ſuas, qui poſſunt inſtituere vice Epiſcoporum. *cap. conquerente 16. d. offic. judic. ordinar.* De jure tamen ſpeciali inſtitutiones poſſunt ad non-Epiſcopum pertinere *cap. cum veniſſent 6. h. n. t.* † Debent autem inſtitui idonei, nec refert, 4 undecunque originem duxerint, quia in omni genere, qui facit juſtitiam, acceptus eſt Deo. *cap. ad decorem 5. h. t. n.* Laici tamen inſtitui non poſſunt in Canonicos *cap. in Eccleſiâ 2. eod. tit.* quia jus ſpirituale, quale eſt jus Canoniæ, non cadit in Laicos. *cap. cauſam 7. d. præſcription. & cap. Maſſona 56. d. Elect. & Elect. poteſt.* Nam licèt poſſit laicus præbendari, non tamen poteſt canonicari. Præbenda enim eſt quid temporale, quia conſiſtit in fructuum perceptione. Jus verò Canoniæ conſiſtit in ſpiritualitate. *Anton. d. Butrio ad d. cap. 2. & ibi Abbas n. 4.* Nec poteſt is, ad quem ſpectat collatio dignitatum, ſeipſum inſtituere, cùm inter dantem & accipientem debeat eſſe diſtinctio perſonalis *cap. ult. h. n. t.* Et quamvis ipſe daret alii poteſtatem conferendi illam dignitatem, tamen ſic videretur eam recipere à ſeipſo *d. cap. ult. ibi: ſed nec ab alio, cùm jus conferendi alius non haberet, & ibi Gloſſ. in voc. accipientem. verſ. ſed quid ſi ipſe conferret &c.* † Numerus autem Clericorum in Eccleſiâ debet inſtitui ſecundùm ejus facultates *cap. quoniam 9. d. vit. & honeſt. Clericor. cap. 1. cap. autoritate 4. h. n. t. cap. ult. d. V. S.* 5

De Conceſſione Præbendæ & Eccleſiæ non vacantis.

Titulus VIII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Promiſſio beneficii vacaturi eſt nulla. 2.
Niſi à Pontifice facta. 3.

Quan-

Digitized by Google

Quando & quot modis benef. vacare dicatur? 4.
Qualibet officia vacantia intra ſex menſes conferenda. 5. *Exc.* 6.

1 IN præcedentibus actum eſt *de præbendis & dignitatibus, earumq́; inſtitutionibus:* Quia verò præbendæ & dignitates non raró ſolent conferri ſeu permitti, antequàm vacent, & quandoque vacantes non ſtatim conferuntur, ſed diu remanent vacantes, idcircò *in hoc titulo* tàm circa promiſſiones non vacantium beneficiorum ſeu præbendarum, quàm circa negligentiam, quæ committitur in conferendis præbendis vacantibus, providetur. *Abb. ad h. rubr.*

2 † Suprà in explicatione *Tituli de præbendis & dignitatibus 5.* inter alia diximus, quòd beneficia Eccleſiaſtica nulli tribui ſeu permitti debeant, antequàm vacent, ne mortem proximi quis deſiderare videatur *cap. nulla 2. & cap. ex tenore 15. h. t.* Et licèt diſtinguatur in *cap. accedens 14. eod.* promiſſio beneficii, *cùm poterit conferre Prælatus*, ab eâ promiſſione, *cùm vacabit beneficium*, omnis tamen promiſſio, per quam datur via ad beneficia vacatura, eſt reprobata à Bonifacio VIII. Pontifice in *cap. deteſtanda 2. h. t. in 6.* propter adductas ibi rationes. Promiſſio igitur facta de beneficio, antequàm vacet, eſt nulla, atque contra bonos mores. *l. filius 15. d. condit. inſtitut.* & ob id etiam leges reprobant pactum de futurâ ſucceſſione *d. cap. nulla 2. l. ex eo 4. C. d. Inutilib. ſtipulat. l. ſtipulatio hoc modo 61. d. V. O.* Quare beneficia vacantia rectè conferuntur, non obſtante appellatione illorum, quibus permiſſa fuerant, antequam vacarent, *cap. relatum eſt 3. h. n. t.* Huc etiam refertur, quod dicitur in *cap. 1. eod.* qui in vivorum ſacerdotum loco ponuntur, hôc ipsô àb Eccleſiaſticâ communione pellendos eſſe, eò quòd ſe paſſi ſunt ſucceſſores vivis ſacerdotibus adhiberi. †

3 Quamvis autem hæc ita ſe habeant, tamen poteſt Pontifex Romanus ad non vacantia beneficia jus tribuere. *cap. licet Eccleſiarum 2, d. præbend. & dignitat. in 6.* quia ſecundùm plenitudinem poteſtatis, de jure poteſt prædictus Pontifex ſuprà jus diſpenſare *cap. propoſuit 4. verſ. licet autem h. n. tit.* † Quando autem, &

4 quot modis dicantur beneficia vacare, explicant *Canoniſtæ ad h. t.* *Hen-*

Digitized by Google

Henricus Zæſ. n. 1. & 2. Petr. Gregor. Thol. in partit. jur. canon. lib. 1. tit. 28. c. 3. n. 3. cap. 4. & 5. & c. 7. & M. Antonius Cuchus lib. 2. Inſtit. jur. canon. tit. 7. p. 566. † Cùm verò præbendas Eccleſiaſticas, ſeu quælibet officia in aliquâ Eccleſiâ vacare contigerit, non diu manere debent in ſuſpenſo, ſed intrà ſex menſes perſonis, quæ dignè adminiſtrare valeant, conferuntur. Si autem Epiſcopus, ubi ad eum ſpectat collatio, conferre diſtulerit, per capitulum ordinatur. Quodſi ad capitulum pertinuerit, & intra præſcriptum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus ſecundùm Deum hoc cum religioſorum virorum conſilio exequitur. Et ſi omnes fortè neglexerint, metropolitanus de ipſis abſque illorum contradictione diſponit *d. cap. nulla 2. h. t.* † In Epiſcopalibus verò & prælaturis Eccleſiarum regularium, propter majus periculum, quod in illarum vacatione vertitur, dantur tantùm tres menſes ad electionem faciendam *cap. ne pro defectu 41. d. Elect. & Elect. poteſtat. & cap. Dilectus 12. h. n. t.* Quod tempus, ad eligendum ſeu conferendum à jure præfixum, non currit legitimè impedito, nec incipit currere, niſi à die notitiæ vacationis *cap. quia diverſitatem 5. h. t. Gloſs. ad d. cap. nulla 2. in verbis: intra ſex menſes.*

5 6

Notabilia.

1. Diverſitatem corporum diverſitas ſæpè ſequitur animorum *cap. quia 5. in pr.*

2. Poſſeſſio interdum plùs habet facti, quàm juris *cap. cum noſtris 6.*

Ne Sede vacante aliquid innovetur.

Titulus IX.

Summaria.

Continuatio. 1.

Capitulum ſede vacante in Epiſcopatibus nihil poteſt innovare. 2. *Exceptiones.* 3. *ſeqq.*

Viſum eſt in præcedentibus de inſtitutionibus & beneficiorum collationibus. Quia verò dubitari conſuevit, teſte *Gloſſa in* 1

cap. Illa 2. in verVu: in collationibus b. t. nunquid ſede vacante capitulum ſuccedat in iſtorum beneficiorum collatione, ideò hinc ſumtâ occaſione compilator Decretalium ſubjecit *hanc rubricam;*
2 † Cujus ſenſus eſt, quòd capitu[illegible]n ſede Epiſcopali vacante, in præjudicium ipſius ſedis, de juribus Epiſcopalibus nihil poſſit innovare. Nam nuſquàm invenitur cautum in jure, quòd Capitulũ, vacante ſede, fungatur vice Epiſcopi in collationibus præbendarum *d. cap. Illa 2.* Ratio eſt, quia collatio beneficiorum inter bona Epiſcopalia & fructus computantur *Gloſſa in cap. cum olim 14. voc. Capitulo de majoritat. & obedientiâ.* qui ſede vacante debent fideliter cuſtodiri & ſucceſſori reſervari *cap. cum vos 4. in f. d. offic. judicis ordinar. & can. Hac bujus 38. cauſa 12. q. 2.* Deinde quia Epiſcopus ſede vacante non habet proprium defenſorem, qui ejus jura tueatur *cap. 1. verſ. adtendentes igitur b. n. tit.* Si igitur ejus ſtatus tunc poſſet immutari, facilè in ejus detrimentum alteraretur, & ita indebitè jure ſuo, inauditâ cauſâ, privaretur. Et ob hanc cauſam etiam lis contra Eccleſiam cœpta, vacante ſede, non rectè dirimitur *cap. fin. b. n. t.*
3 † Si tamen ad Epiſcopum & Capitulum communiter pertineat collatio præbendarum: mortuo Epiſcopo, vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo, poterit Capitulum vacantes conferre præbendas *cap. unic. in pr. ne ſede vacante aliquid innovetur in 6.* Ratio eſt, quia Epiſcopus & Capitulum dicuntur unum corpus fictum, quoad illa, quæ eis communiter imminent facienda. *cap. novit. 4. & ibi Abbas n. 2. de Hu, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu Capituli. Gloſſ. ad d. cap. unic.* Quando igitur una pars corporis univerſalis, ſeu collegii, inhabilis efficitur, totum jus adminiſtrandi remanet apud alteram partem de collegio *l. ſicut 7. §. ult. Quod cujuscunque univerſitatis nomine vel contra eam agatur.*
4 † In aliis tamen, in quibus non præjudicatur Epiſcopo, poteſt Capitulum ſupplere vicem Epiſcopi *cap. His quæ 11. & cap. cum olim 14. d. majorit. & obedient. Gloſſ. in d. cap. fin. verb. vacante.*
5 † Ea quoque quæ ſunt juriſdictionis Epiſcopalis vacante Epiſcopatu, Capitulum rectè exercet. Vi igitur iſtius juriſdictionis confirmat & infirmat electiones *d. cap. cum olim 14.* interponit autoritatem in permutatione beneficio-

ciorum *Gloſſ. in Clement. unic. de rerum permutat. verbo: conferuntur.* Inſtituit præſentatos, ſi ſint idonei *cap. 1. d. Inſtitution. in 6.* Dat literas dimiſſorias *cap. cum nullus 3. d. temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum in 6.* Facit ſtatuta pertinentia ad totam diœceſin, quia & hoc dependet à Jurisdictione *cap. fin. d. conſtit. in 6.* De quibus omnibus juribus, ut & aliis, videantur *Canoniſtæ & Abbas ad h. 1. & d. cap. cum olim 14. n. 2.*

De

His, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli.

Titulus X.

Summaria.

Cont. & argum. tit. 1.

Nihil regulariter poteſt Prælatus ſine conſenſu Capituli. 2.

Duæ exceptiones. 3. 4.

IN Titulo præcedente expoſitum eſt, an ſede vacante poſſit in præjudicium Epiſcopi Capitulum aliquid innovare. Nunc quæritur de Prælato, an is poſſit diſponere de rebus Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli. *Gloſſ. & Abbas hic.* Proponitur autem in hoc Titulo regula, & exceptio à regula. † Regula eſt: Nihil poſſe Prælatum ſine conſenſu Capituli. Quod exemplis declaratur *in cap. 1. c. 4. c. 5 c. 8. c 9. & c. ult. h. n. t.* Per conſenſum autem intelligitur tàm expreſſus, quàm tacitus, quia taciturnitas Capituli habetur pro conſenſu in temporali alienatione, factâ ſine conſenſu Capituli *cap. continebatur 2. eod. tit.* ut & ratihabitio *cap. cum nos 3. d. t.* Ab hâc verò regulâ duæ proponuntur exceptiones, una eſt, quòd Prælatus poſſit de conſuetudine antiquâ & approbatâ ſine Capituli conſenſu præſentare. Ratio eſt, quia præſentatio ad beneficium eſt juris poſitivi *cap. præterea 23. d. jure patronat.* ideò Præ-

latus poteſt de conſuetudine vel privilegio ſine Capituli conſenſu præſentare *cap. ea noſcitur 6. d. t. & cap cum Eccleſia 31. de Election. & Elect. p. ... 1.* Inveterata enim conſuetudo pro lege non immeritò cuſtoditur *l. de quibus 32. §. inveterata 1. d. LL. Sãtuque Conſ. & long. conſuet.* Eadem eſt ratio, cùm conceſſa eſt prælato libertas, quòd non debeat in Eccleſiarum ſeu beneficiorum collationibus collegii requirere conſenſum, *d. cap. ea no-*
4 *ſcitur 6. ibi: vel conceſſâ libertate &c.* † Altera exceptio eſt, quòd donatio, quam non Capituli, ſed ſolius diœceſani conſenſu facit laicus Eccleſiæ de decimis, quas ab aliâ Eccleſiâ habet in feudum ante Lateranenſe Concilium, valeat. *cap. cum Apoſtolica 7. h. n. t.* Ratio eſt, quia melius & honeſtius eſt, ſi alia Eccleſia decimas iſtas poſſideat, quàm ſi illæ à Laicis poſſideantur *cap. prohibemus 19. de decimis, primitiis & oblationibus.* Decimæ enim debent Clericis propter officium divinum *cap. Tua nobis 26. d. t.* à quo remoti ſunt laici *cap. cum ex injuncto. 12. & cap. ſicut in uno 14. de Hereticis. cap. decernimus 2. de judiciis & cap. cauſam 7. d. praſcription.*

De
His, quæ fiunt à majori parte Capituli.
Titulus XI.
Summaria.

Cont. & arg. tit. 1.
Quæ fiunt à majori & ſaniori parte Capituli, regulariter valent. 2.
Niſi minor rationabiliter contradicat. 3.

1 IN Titulo præcedente actum eſt de his, quæ fiunt à Prælato & Capitulo; quia verò quædam pertinent ad Capitulum tantùm, in quibus peragendis ſæpè diſcordant, & dubitatur, quid juris ſit, meritò *hac rubrica* ſubjicitur. *Abbas hic.* Proponitur autem in
2 hoc titulo regula, & regulæ exceptio. † Regula eſt, quæ fiunt à majori & ſaniori parte Capituli valere *capit. 1. & capit. ult. h. t.*

Digitized by Google

b. t. n. Ratio eſt, quia in majori parte Capituli præſumitur eſſe major zelus, & prudentius conſilium *cap. dudum 22. d. Elect. & Elect. poteſtat.* † Regulæ verò exceptio illa affertur, quod prævaleat minor pars Capituli, quando rationabiliter contradicit *d. cap. 1.* Debet autem oſtendi, quòd contradictio iſta ſit rationabilis *d. cap 1. verſ. quocirca præſenti decreto &c. ibi: & oſtenſum.* Non quidem coram majori parte, quia illa ſuſpecta eſt minori parti contradicenti, ſed coram ſuperiore ipſius corporis ſeu univerſitatis *cap. venerabilem 34. d. Elect. & Elect. poteſt. Gloſſ. ad d. cap. 1. in verbo: oſtenſum, & ibi Abbas n. 12.* ubi addit, hoc etiam coram arbitris probari poſſe *arg. cap. ſecundò requiris 41. verſ. Tertiò poſtulas edoceri d. Appellat. recuſat. & relat.* 3

Notabilia.

1. Prævalet ſemper, & ſuum conſequitur effectum, quod à majori & ſaniori parte eſt conſtitutum *cap. 1. verſ quo circa.*

2. Non juramenta, ſed potiùs perjuria ſunt dicenda, quæ contra utilitatem Eccleſiæ & ſanctorum Patrum veniunt inſtituta. *cap. 1. verſ. Nec conſtitutionem.*

3. Peccata ſuos autores tenere debent, nec pœna eſt ulteriùs protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertum *cap. quæſivit 2. in fin.*

4. Inveſtitura fieri ſolet annulo aureo *cap. Ex ore 3.*

Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine deminutione conferantur.

Titulus XII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Beneficia ſine deminutione conferantur. 2.
Contravenientium pœna. 3.
Except. 4.

Digitized by Google

1 IN præcedentibus actum eſt de beneficiorum Eccleſiaſticorum collationibus, quæ fiunt vel à Prælato conſenſu Capituli, vel ab ipſo Capitulo tantùm: nunc videndum erit de modo conferendi
2 di iſta beneficia. † Debent autem beneficia Eccleſiaſtica, cùm vacant, conferri ſine diminutione, ut probat *præſens rubrica. can. ult. in fin. cauſa 1. q. 3. capit. majoribus 8. capit. vacante 26. & capit. cum cauſam 36. de præbendis & dignitatibus.* Et in Lateranenſi Concilio, quod ſub Alexandro III. Pontifice habitum fuit, prohibitum eſt *capit. 7.* ne quis conferendo Eccleſiaſticum beneficium, partem proventuum ſuis uſibus retinere præſumat. *capit. unico verſ. & circa inhoneſtatem &c. h. t.* hinc etiam ex notis ſex, quibus beneficium Eccleſiaſticum cognoſcitur, illa dicitur eſſe, ut qui illud confert, nihil poſſit jure ſibi ex eo retinere, de quibus notis videatur *Petrus Gregor. Tholoſanus in ſyntagm. jur. univerſ. lib. 17. capit. 2. n. 21.* ubi allegat *conſilium 47. Panormitani, quod incipit:*
3 *illud quæritur.* † Et ſcribit *Franc. Duar. lib. 6. de ſacris Eccleſiæ miniſteriis ac beneficiis capit. 4.* Si partem redituum antiſtes beneficium conferendo retineat, quòd in legem ambitûs committat.
4 † Quamvis autem hæc ita ſe habeant, poteſt tamen interdum, modò juſta ſubſit cauſa, ei, qui habet Eccleſiaſticum beneficium, onus imponi, certam portionem ex beneficii reditibus alteri ſingulis annis pendendi *capit. de monachis 12. capit. extirpandæ 30. d. præbend. & dignitat. & capit. 1. eod. tit. in 6to.* de hac portione, quæ penſio appellatur, videatur *Duarenus d. capit. 4. & M. Anton. Cucbus lib. 2. Inſtit. jur. canon. tit. d. penſionibus 8.* qui inter alia tradit, quòd penſio iſta debeat eſſe moderata, ne uſque adeò beneficium extenuet.

NOTABILIA.

1. Nullus debet ſine accuſatore damnari *capit. unic. pr.*
2. Actore non probante, is qui convenitur, etiamſi nihil præſtiterit, debet abſolvi. *verſ. cum enim juris &c.*
3. Donatio occulta, ſuſpicione non caret. *verſ. porrò cum donatio &c.*
4. Pontifex non poteſt de occultis divinare *verſ. quoniam etſi locum Dei &c.*

De

De Rebus Eccleſiæ alienandis vel non. Titulus XIII.

Summaria.

Contin. & argum. tit. 1.
Res Eccleſiæ alienari regulariter nequeunt. 2.
Rationes hujus regulæ. 3. 4. 5. 6. 9.
Licèt Imperator eas vendiderit. 7. *Dubium ſolv.* 8.
Pœna contra hanc regulam peccantium. 10.
Excipitur caſus neceſſitatis. 11. *utilitatis.* 12. & 14. *Pietatis.* 13.
Quibus tamen caſibus certæ ſolennitates obſervandæ. 15. 16. *Iisque deficientibus ſtricto jure actus erit nullus.* 17. *quod tamen non usquequaque obſervatur.* 19.

SUprà egit compilator Decretalium de rebus ſpiritualibus Clericorum, videlicèt præbendis & beneficiis, nunc agit de rebus temporalibus eorundem, quas interdum Clerici alienant. Et quia dubitari poteſt, nunquid teneat alienatio iſta, meritò ſubjicitur *hæc rubrica, de rebus Eccleſiæ alienandis vel non. Abb. hîc.* Ubi regula eſt tenenda, & à regula exceptio. † Regula eſt, res Ec- 2
cleſiæ non poſſe alienari *capit. nulli liceat. 5. h. t. Rubr. & cap. 1. d. reb. Eccleſ. non alienand. in 6. Clement. monaſteriorum 1. d. rebus Eccleſiæ non alienand. & capit. unic. d. reb. Eccl. non alienand. in extravagantib. communib.* † Cujus regulæ multiplex poteſt 3
aſſignari ratio. Nam 1. certi juris eſt, res Eccleſiæ eſſe omni commercio exemtas, quæ autem tales ſunt, non poſſunt alienari *capit. ſemel Deo 51. d. Regul. jur. in 6. §. nullius 7. Inſt. d. rer. diviſ. & acq. cor. dom. l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram. 5. d. verbor. obl. auth. ſicut* alie-

alienatio. l. ſancimus 21. C. d SS. Eccleſiis. Nov. de non alienandis aut permutandis reb. Eccleſiaſt. 7. & alienatio, ſi facta ſit, non tenet, quia contra legis prohibitionem facta eſt, *l. non dubium eſt 5. C. d. LL. & Conſt. princip. Dd. ad l. ea lege 3. C. d. condictionib. ob cauſam datorum.* Unde etiam ſcribitur *in capit. ſi quis 6. hoc n. t.* quòd presbyter, Diaconus ſeu defenſor, qui alienanti prædium Eccleſiæ ſubſcripſerit, anathemate debeat feriri, niſi fortè & alienator, & qui acceperit, celeri reſtitutione ſibi proſpexerint, quòdque quilibet Clericus poſſit contradicere, & rem alienatam cum fructibus repetere *c. non liceat 20. verſ. liceat autem 20. cauſa. 12. q. 2.* quia Clericorum intereſt, ne Eccleſia vergat ad inopiam *can. ult. cauſa 16. q. 1.*

4 † Deinde conſtat, quòd omnia bona data & appropriata Eccleſiis dicantur eſſe oblata Deo, & ſint Chriſti atque Eccleſiarum, quæ nec alienari, nec invadi, nec vendi, nec in alienum jus redigi poſſunt, & ideò illorum invaſores, & quocunque etiam titulo apprehenſores, habentur tanquam homicidæ, ſacrilegi, & excommunicationi ſubjecti *can. qui Chriſti 1. can. nulli liceat 3. & canonib. tribus ſequent. cauſa 12. q. 2. cap. qui res Eccleſiæ 2. & d. cap. ſi quis 6. h. t. n. Schurfius cent. 1. conſil. 48. per tot. & cent. 2. conſil. 70.*

5 † Tertiò, ratio nulla permittit, ut, quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur, propriis cujusquam uſibus applicetur *cap. ratio nulla 3. de prebend. & dignitat.* Unde ſcribitur in *can. quicquid 36. cauſa 12. q. 2.* quicquid Parochiarum Presbyter de Eccleſiaſtici juris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur, & vacuum vindicatione comparantis, & actione vendentis. Talia autem ſunt bona Eccleſiæ, ut quæ pro communi utilitate & ad ſuſtentationem miniſterii atque pauperum, tàm Clericorum, quàm laicorum, data ſunt *can. quoniam quicquid 68. cauſa 16. q. 1. & can. videntes 16. cauſa. 12. q. 1.*

6 † Quartò, qui talem rem, utpote omni commercio exemtam, ex titulo apertè invalido invadit, illam rapere videtur, quia datur ab illo, qui de jure dare non poteſt, quod datum pro nullo habetur *cap. quod autem 5. in fin. d. jure patronat. & can. Daibertum 24. in verbis: qui nihil habuit, nihil dare potuit, cauſa 1. q. 7.* Quapropter emtor eam, etiam amiſſo pretio, reſtituere tenetur. Quæ enim contra leges fiunt pro infectis habentur *d. l. non dubium 5. d. l. jubemus*

Digitized by Google

bemus 14. §. ſanè 1. in fin. C. de SS. Eccleſ. † Licet Imperator 7
vel alius, quacunque etiam fulgeat dignitate, eam vendiderit. Nam cùm hæc res omni poteſtati & jurisdictioni ſeculari ſit exemta *d. l. jubemus 14. d. l. ſancimus 21. d. Novell 7. cap. 1. cap. Clerici 8. cum ibi notat. d. judic. & cap. nullus judicum 2. d. for. compet.* & Eccleſia hoc à Deo habeat privilegium, ut ſola res adminiſtret Eccleſiaſticas, Imperatori vel alteri nulla in his competit diſponendi facultas *can. convenior 21. cauſa 23. q. 8.* Sed ut ad Imperatores palatia, ſic ad ſacerdotes pertinent Eccleſiæ, prout ſcribitur *in d. can. convenior.* † Neque obſtat, quòd allegato loco, & ab adula- 8
toribus quibusdam aulicis, etiamnum hodiè objicitur, Principem etiam hoc in caſu jure ſuo uti, eò quòd in poteſtate ejus ſint omnia, & ex certâ ſcientiâ, atque poteſtatis plenitudine ſuprà jus, extrà jus, & contra jus omnia poſſe. *Bl. in cap. cum ſuper 4. n. 1. de causâ poſſeſſion. & propriet. Jaſ. in l. reſcripta 7. n. 2. C. de precib. Imp. offerend. Vacon. à Vacunâ novar. declarat. lib. 3. declar. 48. n. 9. Peregrinus d. jure fiſci. lib. 1. tit. 3. n. 4. & Pruckman. in tr. d. Regalib. §. ſolum poteſtas c. 2. n. 5. & ſeqq.* ubi & argumenta & authores id ſtatuentes refert plurimos; Quia in *d. can. convenior 21.* cujus autor eſt Ambroſius, his verbis reſpondetur: *Noli te gravare Imperator, ut putes te in ea, quæ divina ſunt, imperiale aliquod jus habere: noli te extollere, ſed ſi vis diutiùs imperare, eſto Deo ſubditus: Scriptum eſt, quæ Dei, Deo; quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem Eccleſiæ.* Quibus verbis graviſſimus autor teſtatum fecit, res Deo, Eccleſiis & pauperibus mancipatas contrectantem, in eam Decalogi partem graviter delinquere, quæ furtum fieri ſeverè vetat. *Cothm. vol. 2. conſil. 100. n. 21.* † Denique notum eſt, quòd bona Eccleſiaſtica ſint in dominio & patrimonio Chriſti *cap. cùm ex eo 34. verſ. Nos ſuper hoc d. Elect.* 9
& Elect. poteſt. in 6. & cap. cum ſecundum 16. de præbend. & dignitat. non verò Prælatorum, qui rerum Eccleſiaſticarum ſunt procuratores, non domini *cap. Fraternitatem 2. de donationib. & can. ſi privatum ult. cauſa 12. q. 1.* iisdemque ut commendatis, utuntur, non ut propriis *can. ſine exceptione 52. verſ. Epiſcopus d. cauſa 12. q. 2.* Quomodò ergò alienare vel vendere eadem poterunt, cùm

nemo plus juris ad alium transferre poſſit, quam ipſe habeat *l. ne-*
10 *mo 54. l. nemo 120. & l. aliud 160. §. fin. d. R. J.* † Et hæc eſt
regula, contra quam, qui peccant, puniuntur pœnis, quas Leonina
conſtitutio comminatur, *d. cap. nulli liceat 5. in fin.* Conſtitutio
autem iſta habetur *in d. l. jubemus 14. §. Oeconomus 2. C. d. SS. Ec-*
clеſ. vide etiam *can. monemus 18. cauſa 12. q. 2.* † Ab hâc au-
11 tem regulà excipiuntur quidam caſus, in quibus res Eccleſiæ lici-
tè alienantur, modò ſolennitas formæ acceſſerit. Primus caſus
eſt neceſſitatis *cap. 1. h. t. in 6.* quæ & aliàs, in quacunque alienatio-
nis prohibitione ſemper intelligitur excepta *l. alienationes 13. Fa-*
mil. erciſc. l. 1. princ. d. fund. dotal. & l. fin. §. ſin autem 4. C. d. Bo-
nis, quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis &c. veluti cùm Eccle-
ſiæ æs incumbit alienum urgens, certum, clarum, non obſcurum,
quod aliter vel ex mobilibus, vel fructibus bonorum Eccleſiæ diſ-
ſolvi nequit *Auth. Hoc jus porrectum & auth. præterea C. d. SS. Ec-*
cleſiis. Abb. ad d. cap. nulli 5. n. 5. tunc enim, ut ſemper, neceſſitas
caret lege *l. 1. C. d. operis libertor. Cagnol. in l. quæ propter neceſſi-*
tatem 162. n. 1. d. R. J. & tempore neceſſitatis adminiſtratores rei-
publ. res communitatis aliàs alienari prohibitas, diſtrahere poſ-
ſunt *Auth. noviſſimè C. d. adminiſtrat. tutor. vel curator. & c. l. ult.*
C. de vendendis rebus civitatis. lib. 11. & aliis ſimilibus textibus. ita
etiam ex eâdem causâ Eccleſiæ bona alienari poterunt *cap. 1. d.*
pignorib. & aliis cautionib. can. ea enim 2. cauſa 10. q. 2. Canon. ad d.
12 *cap. nulli 5.* † Secundus caſus, in quo licita eſt bonorum Ec-
cleſiæ alienatio, eſt utilitatis *cap. 1. h. t. n. in 6.* veluti ſi res Eccleſiæ
vendatur, ut melior ematur, *can. ſine exceptione 52. cauſa 12. q. 2.*
cap. ut ſuper aliqua 8. verſ. Poſſeſſiones verò h. n. t. cap. cum Apoſto-
lica 7. verſ. Econtrario & cap. Tua nuper 8. de his, quæ fiunt à Præ-
lato ſine conſenſu capit. Abb. d. loc. à quâcunque enim diſpoſitio-
ne ac prohibitione utilitatis ratio intelligitur excepta *d. l. jube-*
mus 14. & ibi Bl. & Br. ad l. nullus C. de curſu publico & angariis &
13 *parangariis lib. 12.* † Tertius caſus dicitur pietatis, ut ſi redi-
mantur captivi *can. Apoſtolicos 13. can. Et ſacrorum 14. cum duo-*
bus ſeqq. canonibus, cauſa 12. q. 2. & l. ſancimus 21. C. d. SS. Eccleſ.
aut tempore intolerandæ famis præbeantur pauperibus alimenta

d. l.

Digitized by Google

d. l. ſancimus 21. ibi: & famus, & can. aurum 70. cauſa 12. q. 2. in cujus principio dicitur, quòd aurum Eccleſia habeat, non ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceſſitatibus. Et in *can. Gloria 71. d. cauſa. & q.* ſcribitur, gloriam Epiſcopi eſſe pauperum inopiæ providere, ignominiam ſacerdotis eſſe, propriis ſtudere divitiis. *Abb. d. loc. & Hieronym. Schurf. cent. 2. conſil. 70. n. 1.* † His 14
caſibus addunt alii quartum, quem appellant incommoditatis, quando videlicèt res alienanda magis eſt damnoſa Eccleſiæ, quàm utilis, puta, quia magni ſumtus in eam ſunt faciendi ſine fructu, vel quia res Eccleſiæ longius poſita ſit *can. Terrulas 53. d. cauſa 12. q. 2.* vel ſi domus longè remota pro domo Eccleſiæ contiguâ, ejusdem tamen pretii & valoris, alienetur *Joan. Nevizan. conſil. 100. n. 2. & Coth. vol. 1. conſil. 28. n. 14. & duob. ſeqq.* Verùm hic quartus caſus videtur comprehendi ſub ſecundo, *Henricus Caniſius lib. 2. Inſtit. jur. canon. tit. 32.* Plura de hisce caſibus videantur apud *Mathæ. Weſenb. part. 2. conſil. 59. n. 2. & ſeqq.* † Solennitas ve- 15
rò formæ, quæ ad alienationem bonorum Eccleſiæ requiritur, conſiſtit in tractatu ſolenni atque diligenti de alienatione rerum Eccleſiaſticarum habito, *cap. cum Apoſtolica 7. cap. Tua nuper 8. de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli. cap. 1. verſ. Quia etiam tractatus d. Reb. Eccleſiæ non alien. in 6. & can. ſine exceptione 52. cauſa 12. q. 2.* Convocatis igitur ſolenniter omnibus de capitulo, & facto alienationis priùs à ſeniore vel priore, ut moris eſt, propoſito *l. obſervare 2. C. de decurionib. & filiis eorum, lib. 10.* diligenter deliberandum atque cognoſcendum erit, utrùm alienatio Eccleſiæ ſit utilis vel non, omniumque ſententiæ ordine audiri debent *l. fin. C. de vendendis rebus civitatis lib. 11. Gloſſ. in d. cap. Tua nuper 8. in voc. tractatu.* † Non autem cogendi ſunt dicere ſen- 16
tentiam ſuam ex abrupto & præcipitanter, ſed juſtum ſpatium eis ad deliberandum erit concedendum *arg. l. ſi finita 15. §. ſi forte 22. d. damno infect. can. judicantem 11. cauſa 30. q. 5. & l. tutor. 7. §. 1. in fin. d. adminiſtr. & peric. tutor. Gloſſ. ad cap. jurgantium 2. voc. celeri d. ſent. & rejudicat.* Et poſtquam omnibus, aut majori ac ſaniori de collegio parti viſum fuit, alienationem Eccleſiæ expedire, aut neceſſariam eſſe, tunc quia non creditur aſſertioni Capi-

Digitized by Google

tuli, in literis venditionis hæc omnia interveniſſe atteſtantis, ſpeciale hâc de re inſtrumentum, à venditionis ſcripturâ ſeparatum confici debet, in quo eorum, qui conſenſerunt, & nomina exprimenda ſunt, & ſubſcriptio adhibenda. *d. can. ſine exceptione 52. cauſa 12. q. 2. d. cap. Tua nuper 8. verſ. Irrita enim Epiſcoporum &c. & cap. 1. ibique Abb. n. 4. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſ. cap. vid. Math. Weſ. d. loc.* ubi plura habet de hâc ſolennitate. Hoc tamen præcedentibus eſt addendum, quòd alienatio ſit ipſo jure nulla, ſi exactè non obſervetur hæc forma *d. cap. 18. d. cap. Tua nu-*
17 *per 8.* † Deficiente enim formâ, deficit ipſe actus, quia forma dat eſſe rei, & quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda ſunt. *l. jubemus 14. §. ſanè 1. in fin. C. d. SS. Eccleſ. & l. non dubium 5. C. d. LL. & Conſtit. Princ. &c. Abb. in d. cap. nulli n. 7. & d. cap. Tua nuper 8.* Non igitur debet Eccleſia, cùm non vult ſervare hunc contractum, petere reſtitutionem in integrum, ſed poterit rem aliena-
18 tam revocare per rei vindicationem *d. l. jubemus 14. §. 1.* † Et hæc quidem ita ſe habent de jure; de conſuetudine verò non omnia ſtrictè obſervari teſtatur *Weſenb. d. loc. n. 23.* ubi in regiis, inquit, ſummiſque curiis, & ipſe cognovi, & ab aliis experientiſſimis pragmaticis in ſecreto comperi, hæc non omnia ad amuſſim ſervari. Communis tamen eſt opinio, quòd conſuetudo non poſſit minuere vel adimere ſolennitates, quæ in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiruntur, prout ſcribit *Abb. in d. cap. nulli n. 6.*

De Precariis.

Titulus XIV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Precaria & precarium differunt. 2.
Illa ſingulis luſtris redintegrantur. 3.

Hoc

Hoc tranſit ad heredes concedentis, non etiam ejus cui conceſſum. 4. *Dub. ſolv.* 5.
Plura. remiſſivè. 6.

IN Titulo præcedente egit in genere compilator Decretalium de alienatione rerum Eccleſiæ, nunc ad ſpecies deſcendit, quibus vel uſus rei tantùm transfertur, vel cuſtodia ejus, vel poſſeſſio, vel dominium. Uſus rei transfertur in precariis & commodato. De illis tractatur *in Titulo præſenti*, de hoc verò *in ſeq. 15.* † Aliud 1
2
autem eſt precarium, & aliud precariæ. Precarium eſt, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur, *cap. ult. h. t. & l. 1. pr. d. precar.* Eſt enim naturâ æquum, tamdiu te liberalitate meâ uti, quamdiu ego velim: & ut poſſim revocare, cùm mutavero voluntatem *l. ait prætor 2. §. & naturalem 2. d. t.* Precariæ verò conceduntur ad certum tempus, ſecundùm quod partes conveniunt; nec poſſunt ante tempus conventum revocari *d. cap. ult. in fin.* niſi ſint irrationabiliter factæ, tunc enim poſſunt à ſucceſſore revocari. *cap. de precariis 2. h. n. t.* † Solent autem precariæ ſingulis luſtris redintegrari, 3
quia ultrà quinquennium non extenduntur *cap. 1. h. t.* ne ex temporis longinquitate facilè poſſet Eccleſiæ præjudicium generari, dùm ipſa cogeretur probare rem eſſe ſuam, & non illius, qui eam ab ipſa accepit & tenet *cap. longinquitate 64. & can. ſæpè fit 72. cauſa 12. q. 2. Abbas ad d. cap. 1. n. 5.* † Deinde de precario ſciendum, illud ſolvi obitu ejus, cui conceſſum eſt, quia ipſi non heredi recipientis conceditur, *l. cum precario 12. §. 1. d. precario & d. cap. ult. in princ.* & non obitu concedentis, quia tranſit ad heredem ejus, qui conceſſit *d. cap. ult. pr. l. quæſitum eſt 8. §. quod à Titio 1. de precario, & d. l. cum precario 12. §. 1.* † Quibus textibus 4
5
non adverſatur. *l. locatio 4. locat. cond.* ubi morte concedentis ſolvitur precarium: hoc enim ideò fit, quia precarii rogatio in *d. l. 4.* ita facta eſt, quoad is, qui illud dedit, vellet. Morte autem ſuâ velle deſiit, quia mors omnia ſolvit, & ita precarium non tranſit ad heredem. *Gloſſ. ad d. cap. ult. verb. ſolvitur.* † Plura de pre- 6
cario & precariis videantur apud *Cujac. lib. 4. obſervat. cap. 7.*

& Petr. Gregor, Tholoſan. in partitionib. Jur. Canon. tit. 7. per tot.

NOTABILE.

Nemo ſucceſſor anteceſſoris ſui pœnâ eſt obligatus *cap. de precariis. 2.*

De Commodato. Titulus XV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Commodare h. l. quid, & unde dicatur? 2.
Definitio, cum explic. 3.
Argumentum c. unic. h. t. 4.
Quamnam debeat præſtare culpam commodatarius? 5.
An & quando etiam caſum? 6.

1 QUia & in commodato uſus tantùm rei transfertur, ideò poſt
2 Titulum de precariis ſequitur *hic Titulus.* † Verbum, *commodare*, accipitur generaliter & ſpecialiter. Generaliter ſignificat alicui prodeſſe, vel alterius commodis inſervire. *Cic. lib. 2. d. Finibus.* Specialiter autem in jure civili commodare eſt rem gratuitò ad certum uſum & finem utendam dare, *l. in commodato 17. §. ſicut autem 3. commod. vel contra.* Commodatum igitur in ſpecie uſurpatum ita dicitur, quaſi cum modo utendi datum, h. e. ſub certâ formâ, & certo utendi modo conceſſum *Weſ. ad h. t. Digeſt. n. 2. ibique Duar. c. 1. circa finem. & Connanus lib. 7. Comm. jur. civil. c. 3. n. 1. Gloſſa* verò *ad h. n. 1. in voc. commodatum*, putat, *commodatum* dici, quaſi utentis commodo datum, quam ſequitur *Donell. lib. 14. comm. jur. civil. cap. 2. & Mynſ. §. item is 2. n. 1. J. quib.*
3 *modis re contrahitur obligat.* † Eſt autem commodatum contractus nominatus realis & bonæ fidei, quo uſus certus rei gratuitò ita datur, ut eo expleto eadem res reddatur. Eſt *contractus*,

quia

Digitized by Google

quia ſubeſt cauſa ſeu negotium *l. contractus 23 d. R. J. l. Juris gentium 7. §. ſed & ſi 2. d. pactis. l. ſolent 15. d. praeſcript. verbis & in fact. actionib.* *Nominatus:* quia tranſit in proprium nomen contractûs *d. l. 7. §. 1.* *Realis:* quia re celebratur *l. 1. §. Is quoque 3. d. O. & A.* *Bonae fidei*: quia commodati fit mentio in *§. actionum 28. J. d. action.* ubi recenſentur b. fidei contractus. Ad uſum etiam datur res commodata, & non ut fiat accipientis *l. 1. §. ult. d. precario & l. nemo 9. h. t. in ff.* Iſte autem uſus debet eſſe gratuitus & certus *l. eum qui rem 10. eod. tit. & §. item is 2. in f. Inſt. Quib. mod. re contrah. oblig. & §. praeterea 2. in f. Inſtit. d. locat. & conduct.* Sicut enim voluntatis & officii magis, quàm neceſſitatis eſt, commodare: ita modum commodati finemque præſcribere ejus eſt, qui beneficium tribuit *l. in commodato 17. §. ſicut autem 3. commod. vel contra.* Et in eo differt commodatum à precario, cujus uſus ſimpliciter & indefinitè conceditur, *d. l. 1. pr. de precar.* Hinc etiam illud eſt, quòd quis præſcripto modo debeat re commodatâ uti, nam ſecus faciens furtum committit *l. ſi ut certò 5. §. quin imo 8. commod. & §. furtum 6. J d. oblig. quae ex del. naſc.* Iſto autem uſu expleto eadem res debet reddi *d. l. in commodato 17. §. ſicut autem 3.* Dicimus, *uſu expleto*, quia intempeſtivè ante uſum expletũ, cujus gratiâ res fuerat commodata, agi contra commodatarium non poteſt. Non enim decipi beneficio nos oportet, ſed adjuvari. *cap. unico h. t. in fin. & d. l. in commodato 17. §. 3. in fin.* † De 4
hoc autem commodati contractu agitur in *h. cap. unic.* ubi de duobus agitur, unum eſt, an culpam vel caſum fortuitum debeat præſtare is, qui commodatum accepit: alterum eſt, de revocatione commodati, de quô membrô modò diximus. † Ad prius re- 5
ſpondetur, quod cùm gratiâ ſui tantùm quis commodatum accepit, etiam de leviſſimâ culpâ teneatur *h. n. cap. 18. princ. commod. vel contra l. 1. §. & ille 4. d. O. & A. Anton. Gomez. tom. 2. variar. reſolut. c. 7. n. 3. M. Anton. DelRio & Hippolit. à Collib. ad d. l. contractus 23. d. R. J.* Commodatum autem plerumque ſolam utilitatem continet ejus, cui commodatur *d. l. ſi ut certo 5. §. nunc videndum eſt 2. verſ. commodatum autem: commod. vel contra.* Cùm verò utriusque gratiâ res commodatur, commodatarius levem 6
dum-

duntaxat præſtat culpam *d. l. in rebus 18. in pr. verſ. at ſi utrimque.* Denique dolus duntaxat præſtandus eſt, quando commodator ſuâ tantûm causâ rem commodavit *d. l. ſi ut certò 5. §. interdum 10.*

6 *Gloſſ. ad h. n. capit. in verbis: de leviſſimâ.* † Caſus autem fortuitus non debet commodatario imputari *h. n. cap. & l. 1. C. d. commodato*, quia prævideri non poteſt *l. qua fortuitis 6. C. d. pignor. action. & l. non utique 2. §. ſi eo tenore 7. d. adminiſtratione rerum ad civitates pertinentium.* Si tamen culpa ejus intervenerit, vel pactum, vel ſi in morâ fuiſſet, tunc præſtare debet caſum fortuitum, qui accepit commodatum *h. n. cap. & d. l. ſi ut certò 5. §. quod verò ſenectute 4.* Rationem adſignat *Gloſſ. d. l. & Joan. Baptiſta Vivianus in rationali jur. Pontificii ad h. t.* qui poſſunt videri.

De Depoſito.

Titulus XVI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Depoſiti etymon & definitio. 2.
Definitionis explicatio. 2. 3. *ſeqq. uſque ad* 10.
Deponuntur etiam res immobiles. 3.
An etiam aliena? 4. *ubi de acceſſoriis.*
Deponitur ad cuſtodiendum. 5. *gratis.* 6. *& cum datione.* 7. *Ita tamen ut pro lubitu deponentis reſtituatur.* 8. 9.
Explic. c. 1. h. t. 10.
Quænam teneatur præſtare depoſitarius? 11.
Depoſitum non admittit compenſationem. 12.

1 ET tantùm de contractibus atque alienationibus, in quibus uſus rei duntaxàt transfertur: nunc ſequitur contractus depoſiti,
2 in quo non uſus rei, ſed ejus tantùm cuſtodia transfertur. † Depoſi-

poſitum dictum ex eo, quod ponitur. Præpoſitio enim, *de*, auget depoſitum; ut oſtendat, totum fidei ejus eſſe commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet *l. 1. in pr. depoſiti vel contra. & Novell. de Inſtrumentorum cautelâ & fide & c. 73. c. 4.* fruſtrà diſſentientibus Dd. qui putant, *depoſitum* dictum, quaſi *deorſum poſitum*. Definitur autem depoſitum, quòd ſit contractus realis bonæ fidei, quo res cuſtodienda gratis alicui datur, eâ lege, ut eadem in ſpecie reſtituatur, quandocunque libuerit deponenti. Quòd ſit *contractus realis & bonæ fidei*, probat *l. 1. § is quoque 5. d. O. & A. §. præterea 3. J. Quib. mod. re contrahitur oblig. §. actionum 28. J. d. action. & d. l. 1. §. hanc actionem 23. depoſit. vel contra.* † Per vocem 3
verò, *rei*, intelligimus rem etiam immobilem. Quamvis enim Dd. comm. putent, deponi tantùm poſſe res mobiles, hæc tamen opinio vera non eſt, quia deponere nihil eſt aliud, quàm commendare *l. Lucius Titius 24. d. t. cap. 1. h. n. t. & l. commẽdare 186. d. V. S. Jacob. Cujac. in not. ad lib. 2. recept. ſent. Pauli t. d. depoſ. 12. ſent. In causâ depoſiti.* Res autẽ immobiles etiã poſſunt commendari, h. e. cuſtodiæ causâ tradi *l. ſi vendita 11. de periculo & comm. rei vendit. l. venditor 36. d. action. emt. & vend. & aliis ſimilibus textibus.* Ad contrarias verò diſſentientium rationes atque textus facilè poteſt reſponderi, ut apparet ex iis, quæ *Joan. Gædd.* ſcripſit ad *Rubr. d. ſequeſtrandâ poſſeſſ. n. 10. & ſeqq. & ad l. ſi ſequeſter 110. n. 3. d. V. S.* quibus addi poteſt *quæſtio 10. in noſtro Exercitio Juſtin. 10.* †
Deponi etiam poſſunt res propriæ & alienæ *l. 1. §. ſi veſtimenta 8. & §. ſi prædo 39. & l. bona fides 31. §. 1. depoſiti vel contra.* Quæ 4
autem rebus depoſitis accedunt, non ſunt depoſita, veluti ſi homo veſtitus deponatur: veſtis enim non eſt depoſita, nec ſi equus cum capiſtro: nam ſi ſolus equus depoſitus eſt. *d. l. 1. §. quæ depoſitis 5.* Pro iſtis tamen rebus datur etiam depoſiti actio, & quidem directa, ſi acceſſio ſit pars rei depoſitæ *arg. l. ſi ut 5. §. uſque adeò 9. & §. ſi me 13. commod. vel contra.* utilis verò, ſi pars non ſit *d. l. 1. §. ſi ciſta 41. depoſ. vel contra. Hotom. in Epitome d. t. n. 12. vid. Connan. lib. 7. comm. jur. civil. c. 4. n. 14.* † Additur autem in defini 5
tione, *cuſtodiendâ*; *d. l. 1. pr.* Deponens enim dat cuſtodiendum, depoſitarius verò recipit, unde & receptum appellatur id, quod

depoſitum eſt, ut probat *rubrica: nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant.* Si autem non tàm propter cuſtodiam, quàm propter alium finem res datur, veluti cùm inſtrumenta procuratori litis perſequendæ causâ dantur, non depoſitum eſt, ſed mandatum
6 *l. ſi procuratorem 8. princ. mandat. vel contra.* † *Gratis* autem debet res cuſtodiri. Nam ſi merces intervenerit, non eſt depoſitum, ſed locatio *d. l. 1. §. ſi veſtimenta 8. cum §. ſeq. & §. ult. J.*
7 *de mandato.* † Præterea deſiderat depoſitum dationem, unde dicitur in definitione datur, quia depoſitum eſt contractus realis. Nam ſi convenerit inter nos tantùm, ut res aliquas meas cuſtodires, non obligaris mihi ex depoſito, quia nihil quicquam tibi à me datum eſt. Nec obſtat, quod datur depoſitum confeſſionatum; quia nuda confeſſio non facit depoſitum, ſed probat tantùm reale depoſitum interveniſſe, ut videre eſt ex *Andr. Fachin. lib. 2. controverſ. jur. c. 92.* Dare autem hic non ſignificat dominium transferre, ut in *l. ubi autem 75. §. fin. d. V. O. & in §. ſic itaque 14. J. d. action.* quia rei depoſitæ proprietas manet apud deponentem *l. licet 17. §. 1. depoſ. vel contra.* ſed tradere *d. §. præter-*
8 *eà 3. in fin. Inſt. quib. modis re contrah. oblig.* † Sequitur in definitione: *Eâ lege, ut eadem res in ſpecie reſtituatur. d. § præterea 3.* Nec enim convenit bonæ fidei abnegare id, quod quis accepit *l. quod ſervus 11. depoſ. vel contra.* Et quàmvis lex illa non exprimatur, tamen pro expreſsâ habetur, quia is contrahentium animus eſſe cenſetur *l. cum quid 3. & l. ſi ergò 18. §. 1. d. reb. credit.*
9 † Denique dictum eſt in definitione, *quandocunque libuerit deponenti. l. ſi quis 11. in princ. C. depoſit. vel contra. & cap. ult. verſ. ſanè depoſitori &c. h. n. t.* † Cæterum in hoc titulo noſtro
10 tria, de quibus breviter videndum erit, proponuntur. *Primum* eſt de pecuniâ ab Epiſcopo Londonenſi depoſitâ apud Eccleſiæ Clericum, qui furatus eam eſt, unde quæſitum fuit, utrum Eccleſia prædicto Epiſcopo debeat reddere iſtam pecuniam? Ad quam quæſtionem reſpondet Papa in *cap. 1. h. n. t.* non teneri Eccleſiam, quia pecunia iſta non Eccleſiæ, ſed perſonæ fuit commendata: & delictum perſonæ in damnum Eccleſiæ redundare non debet *cap. cum venerabilis 6. verſ. Licet autem & c. d. except.* Si tamen pecunia

nia apud Clericum depoſita verſa eſt in utilitatem Eccleſiæ, & de eo manifeſtè conſtet ad illius reſtitutionem Eccleſia tenetur, inquantum in rem ejus verſa eſt, *d. cap. 1. verſ. cum enim non conſtet &c. & cap. quod quibusdam 4. verſ. niſi fortè in utilitatem &c. d. Fidejuſſoribus.* Nam non debet Eccleſia locupletari cum alterius damno, *l. nam hoc 14. d. condict. indeb.* Si igitur prædictus Epiſcopus carere non vult ſuâ pecuniâ, poterit iſtum furem convenire, actione depoſiti videl. & furti. Qui enim rem depoſitam invito domino contrectat, & depoſiti & furti tenetur *l. ſi ſacculum 29. depoſiti vel contra. Paul. recept. ſent. lib. 2. tit. d. depoſito 12. in princ.* Et ſi non ſolvit, poterit vinculis alligari, donec ſatisfecerit *h. n. cap. 1. verſ. nam & uti illum &c.* † Secundum eſt de de- 11
poſitarii præſtatione, ad quid videl. teneatur depoſitarius. Debet autem præſtare bonam fidem, quæ abeſſe præſumitur, ſi rebus ſuis ſalvis exiſtentibus, depoſitas amiſit *cap. 2. pr. h. n. t.* Ex quâ præſumtione depoſitarius condemnatur. *l. quod Nerva 32. depoſiti vel contra. verſ. nec enim ſalvâ fide &c.* Deinde tenetur depoſitarius de culpâ, ſi ſeipſum depoſito obtulit, aut pro cuſtodiâ aliquid recepit *d. cap. 2. verſ. de culpa quoque &c. l. 1. §. ſæpè 35. depoſ. vel contra.* aliàs depoſirario culpa non imputatur, quia depoſitum regulariter fit tantùm gratiâ deponentis *l. ſi ut certò 5. §. nunc videndum 2. commod. vel contra. Donell. lib. 16. comm. jur. civil. c. 7.* Caſum etiam fortuitum depoſitarius non præſtat *d. l. 1. §. ſæpè 35. in fin.* niſi pactum, culpa vel mora præceſſerit *d. cap. 2. verſ. Pacto verò &c. Accurſ. ad l. 1. C. depoſ. vel contra. ad d. l. 1. §. ſæpè 35. & ad l. qui furtum 16. d. condict. furtiv.* à quo tamen diſſentit *Joan. Vaud. lib. 2. variarum quæſtion. 33.* † Ultimum concernit 12
depoſiti repetitionem. Poteſt autem repetere depoſitor rem depoſitam, quando ei libuerit *d. cap. ult. verſ. ſanè depoſitori &c. & l. ſi quis 11. pr. C. h. t.* Nec poteſt depoſitarius opponere compenſationem vel deductionem *d. cap. ult. verſ. ſanè depoſitori*; ubi Pontifex eâ utitur ratione, ut contractus, qui ex bonâ fide oritur, ad perfidiam minimè referatur. Nevè ſub prætextu compenſationis depoſitarum rerum quis exactione defraudetur, ut loquitur *Juſtin. in §. in bona 30. in fin. J. de action. l. ſi quis 11. C. depoſ. vel*

contra. Gloſſ. ad d. cap. ult. in verbis: contra quod, Paul. d. loc. ſententia. In cauſa depoſiti, ibique Cujac. in notis & Abbas ad d. cap. ult. n. 6. & 10.

De Emtione & venditione.

Titulus XVII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Emtionis venditionis etymon & definitio, ejusque explic. 2. 3. *ſeqq.*
Eſt contractus J. G. 3. *conſenſualis.* 4. *non tamen absque re & pretio.* 5. *Pretium ſit certum.* 6. *conſiſtens in pecuniâ numeratâ.* 7. *Juſtum.* 8.
Subſtantia emtionis differt ab ipſius naturâ. 9. *Quæ conſiſtit in præſtandâ evictione.* 10. *Hac unde dicatur, & quomodo definienda?* 11. *De denunciatione.* 12.
Caſus, in quibus venditor de evictione non tenetur. 13. 14. 15. 16. 17. *& remiſſivè.* 18.

1 IN præcedentibus actum fuit de commodato & depoſito, contractibus realibus; nunc ſequitur contractus, qui ſolo conſenſu conſtat, & *emtio & venditio* nominatur. † Dicta eſt emtio, vel quaſi *à tuo meum* facio, ut vult *Donell. lib. 13. comm. c. 1.* aut à Græcâ voce *ἐμὸν*, quod meum ſignificat. *Connan. lib. 7. comm. jur. civil. c. 6.* quem ſequitur *Joan. Robertus lib. 1. animadverſ. jur. civil. c. 8. & lib. 1. Notarum ad notam Mercatoris c. 8.* Is enim, qui emit, id agit, ut, quod inde accipit, ſuum faciat. Venditio verò & vendo dicitur, quaſi venum do. *Weſ. ad rub. J. d. emt. & vendit. & Chriſtian. Becman. d. originibus Latinæ linguæ, in voce: Venum.*
3 † Eſt autem emtio venditio contractus juris gentium ex conſenſu

dere,

de re, certo pretio habendâ. Quòd contractus ſit, probant omnes illi textus, in quibus contractus ex conſenſu dicuntur contractus, fruſtrà diſſentiente *Gipbanio*, qui putat emtionem venditionem, ut & reliquos contractus, qui conſenſu conſtant, eſſe nuda tantùm pacta, ad cujus argumenta à nobis reſponſum eſt. in *Exerc. noſtra Juſtin. 12. quæſt. 1. pag. 553. & ſeq.* Diximus, hunc contractum eſſe juris gentium *l. ex hoc jure 5. d. J. & J. l. 1. pr. & §. ult. d. contr. emt.* Quibus textibus non adverſatur *§. vendita 41. J. d. rerum diviſ. &c.* ubi de emtione & venditione lege XII tabb. cautum eſſe ait Imp. Juſtinianus; Quia non dicit, quòd iſta lex invenerit hunc contractum, ſed quòd caverit, ut venditæ res & traditæ emtori non aliter acquirantur, quàm ſi is venditori pretium ſolverit, vel alio modo ei ſatisfecerit, veluti expromiſſore aut pignore dato *l. quod vendidi 19. h. n. t.* Deinde objicitur, pretium, ſine quo nulla eſt venditio *l. inter 2. §. 1. & l. pacta conventa 72. pr. eod. tit.* non fuiſſe jure gentium, cùm conſiſtat in pecuniâ numeratâ *§. item pretium 2. ff. d. emt. & vendit. l. ſi tibi. 13. §. 1. d. præſcript. verbis & l. emti 9. C. d. contrah emt. & vendit.* quæ gentibus videtur fuiſſe incognita, quia olim non fuit nummus, teſte Paulo *in d. l. 1. princ. eod. tit.* Ad quod argumentum ſolet à *Br. Cyno, Angelo & aliis* reſponderi, apud gentes fuiſſe aliquem pecuniæ uſum, ſi non in auro, argento vel ære, tamen in corio, aliâvè viliori materiâ. Quod rejicitur à *Pinello part. 1. rub. C. d. reſcind. vendit. c. 1. n. 4.* qui dicit pecuniæ uſum in princ. nec in metallo, nec in aliâ materiâ fuiſſe cognitum. Ipſe autem ſcribit *n. 7. & ſeqq.* emtionem eſſe juris gentium, licèt demùm nummus poſt jus civile fuerit inventus. Quæ reſponſio magis placet. Veriſimile enim eſt, non totum jus gentium ante jus civile, ſed partem quoque ejus aliquam, poſt jus civile gentes uſu exigente, & neceſſitate compellente introduxiſſe. *Connan. lib. 1. comm. jur. civil. c. 5. n. ult.* Nec quicquam movet §. *ſingulorum 11. J. de rer. diviſ.* ubi Imperator rerum naturam jus gentium cum ipſo genere humano prodidiſſe ſcribit; quia ibi tradens originem juris gentium, non dicit, quòd totum jus gentium eo tempore cœperit. † Præterea diximus, contractum hunc eſſe ex conſenſu, ratio eſt, quia neque ſcriptura, neque præ- 4

 ſen-

ſentiâ omnimodò opus eſt, nec dari quicquam neceſſe eſt, ut ſubſtantiam capiat obligatio, ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt, conſentire *tit. J. d. obligat. ex conſenſu l. conſenſu 2. §. 1. d. O. & A.* Unde etiam ait *d. l. 1. §. ult. h. t.* quòd emtio conſenſu peragatur.

5 † Denique addidimus in prædictâ definitione iſta verba: *de re, certo pretio habendâ.* Rei ideò facta eſt mentio, quia nec emtio, nec venditio ſine re, quæ veneat, intelligi poteſt. *l. nec emtio 8. in pr. de contrah. emt.* niſi tamen alea ematur, ut captus piſcium vel miſſilium: quia ſpei emtio eſt *d. l. 8. §. 1. l. cum hereditatem 7. l. nam hoc modo 11. de hereditat. vel act. venditâ. l. ex emto 11. §. ult. cum l. ſeq. 12. d. action. emt. & vendit.* Hujus emtionis etiam meminit *Val. Maxim. lib. 4. cap. 1. in externis n. 7. & Apulejus in 1. Apologiâ pag. mihi 154.* Pretium autem propterea requiritur ad definitionem, quia ſubſtantia hujus contractûs conſiſtit in pretio *d. l. pacta conventa 72.* Venditio igitur, quæ fit pretio verè non accedente, imaginaria dicitur *l. imaginaria 16. d. R. J.* & nulla eſt atque pro non facta *l. inter patrem 2. §. 1. & l. nuda 55. de contrah. emt.* Quare qui in venditione pretium rei ponit donationis cauſa non exacturus, non videtur vendere *l. cum in venditione 36. & l. ſi quis 38. eod. tit.* quia emtio in ſuâ deficit ſubſtantiâ *l. ſi donationis 3. C. eod.* Non tamen pretii numeratio, ſed conventio perficit ſine ſcriptis habitam emtionem *l. 2. §. 1. de contrah. emt. d. pr. J. d. emt. & vendit. Cajus in fragm. lib. 2. Inſtit. tit. 9. §. emtio 14.* †

6 Ut autem valeat emtio & venditio, debet primò pretium eſſe certum *§. ſed & certum 1. J. d. emt. & vendit. & l. hæc venditio 7. §. 1. & 2. h. t.* Certum dicitur pretium, cujus quantitas certa eſt, aut verbis, aut reipsâ. *Verbis*; cùm expreſſa eſt quantitas, veluti ſi fundus nominatim venditus ſit centum aureis. *Reipsâ:* cùm ad aliam quantitatem non expreſſam quidem verbis, ſed certô locô, aut perſonâ certâ deſignatam, pretium refertur; ut: fundus ille mihi emtus eſt, quanti tu emiſti, quanti emtus eſt à teſtatore; quantum in arcâ habeo. Si à te, ſi à teſtatore certo pretio emtus eſt, ſi quid in arcâ habeo; emtio valet, & tanti mihi fundus emtus intelligitur *d. l. 7. §. 1. & l. ſi quis fundum 37. d. t. Donell. lib. 13. comm. jur. civil. c. 1.*

7 † 2. Debet pretium conſiſtere in quantitate ſeu pecuniâ numeratâ, §.

tâ, §. item pretium 2. Inſt. h. t. Emti enim fides ac venditi ſine quantitate nulla eſt *l. emti 9. C. h. t.* Olim quidem putabant Sabiniani & Caſſiani, pretium non ſolùm in pecuniâ numeratâ, ſed etiam in aliis rebus conſiſtere poſſe; illorum tamen opinio rejecta fuit, & Proculianorum ſententia approbata, exiſtimantium, in cæteris rebus pretium eſſe non poſſe *d. §. item pretium 2. l. ſi donationis 3. C. h. t. l. pen. C. de rerum permutat. & l. 1. §. 1 h. t.* † Denique pretium oportet eſſe juſtum *l. alieno 31. §. ult. d. Fideicommiſſar. libert.* & verum *l. communi 7. §. inter eos 12. Comm. divid. & l. ſed ſi vir 31. §. ſi vir uxori 4. d. donat. inter vir. & uxor.* ut videlicèt rei, quæ venditur, æſtimationem adæquet, quia dicitur quantitatis æqualitas in *l. 1. pr. h. t.* Non tamen requiritur exacta illa & mathematica pretii æqualitas, quia vilioris pretii prætextu emtio non reſcinditur *l. ad reſcindendum 4. l. quiſquis 15. C. de reſcind. vendit. & l. 1. §. ſi quis 12. ſi quid in fraudem patroni factum ſit.* Licet enim contrahentibus naturaliter ſeſe in pretio circumvenire *l. in cauſa 16. §. idem Pomponius 4. de minor. 25. ann. & l. item ſi pretio 22. §. quemadmodum 3. Locati conducti*, modò circumventio iſta non excedat dimidium juſti pretii alioquin emtor quod juſto pretio deeſt, ſupplere, vel ſuâ pecuniâ receptâ rem reſtituere debet *l. rem majoris 2. C. d. reſcind. vendit. cap. cùm dilecti 3. & cap. cùm cauſa 6. h. n. t.* † Hæc tria conjunctim ſumta præbent ſubſtantiam emtionis, quæ differt ab ejus naturâ. Subſtantia enim ponit rem in quidditate; natura verò in qualitate *l. pacta conventa 72. in pr. de contrah. emt. l. ſi unus 27. §. pactus 2. verſ. quoties enim. de pactis. Nicol. Bellonus lib. 1. ſupputat. juris c. 5. Emundus Merillius lib. 3. obſ. c. 23. & Bocer. tract. d. inveſt. feudi c. 5. n. 26. & ſeqq. ubi reſpondet Cujacio & Borcholten. qui naturam & ſubſtantiam contractûs confundunt.* † Natura autem emtionis conſiſtit in præſtandâ evictione. Nam quia etiam alienæ rei valet venditio *l. rem alienam 28. d. emt. & vendit.* & fieri poteſt, ut à vero domino res emtori auferatur, idcircò venditor evictionem emtori præſtare debet *l. ex emto 11. §. 2. de act. emt. & vendit. & tot. tit. de evictionibus & duplæ ſtipul.* quamvis nulla mentio evictionis à contrahentibus facta ſit. *l. non dubitatur 6. C. d. evict. & d. l. 11. §. 1.* ubi Ulp.

Margin numbers: 8 (beside "† Denique"), 9 (beside "† Hæc tria"), 10 (beside "† Natura autem").

Ulp. ait: *quodſi nihil convenit, tunc ea præſtabuntur, quæ naturali-*
ter inſunt hujus judicii poteſtate. † De hâc evictione, quia
H & difficilis atque utilis eſt, & in praxi uſitata, utque eò melius in-
telligi poſſit de *cap. ult. noſtri tituli* quædam dicenda erunt. Evi-
ctio autem dicta ab evinco, quod eſt vincendo aliquid ab aliquo
aufero & conſequor, teſte *Donell. in operib. priorib. ad tit. de evi-*
ctionib. definitur à *Weſenbec. d. tit. in Dig. n. 1.* quòd ſit rei noſtræ,
quam adverſarius legitimo titulo acquiſierat per judicem recupe-
ratio. Quam definitionem etiam probat *Hieron. Treutler. ſelect.*
diſp. vol. 2. diſp. 2. th. 5. & Juſtus Meierus in Collegio Argentoraten-
ſi ad h. t. th. 2. Verùm definitio hæc videtur anguſtior eſſe ſuo de-
finito, quia conſtat, etiam creditorem poſſe evincere pignus *l. ſi*
prædium 4. C. de evictionib. quod tamen manet in bonis debitoris
l. pignus 9. C. d. pignor. action. Deinde re evictâ conſtat eam fuiſſe
alienam *l. officium 9. d. R. V.* Non igitur benè dictum eſt in defini-
tione, quòd adverſarius eam legitimo titulo acquiſierit. *Vid. Rein-*
hard. Bachov. in not. & animadv. ad Treutl. d. loc. lit. B. Rectiùs
igitur definitur evictio rei, quam ex legitimâ cauſâ & bonâ fide ha-
bemus, per ſententiam judicis juſta & plena amiſſio. Genus eſt
amiſſio, quæ ideò requiritur, quia non ſufficit controverſiam eſſe
motam, ſed hoc amplius requiritur, ut cum effectu lis fuerit ſuſce-
pta *l. habere licere 57. d. Evict.* Juſta autem debet eſſe iſta amiſſio,
quia quando per injuriam vel imprudentiam judicis amittitur
res, venditor de evictione non tenetur *l. 1. C. de rer. permutat. & c.*
& l. ſi per imprudentiam 51. in pr. d. evict. Debet etiam plena eſſe
rei amiſſio, re enim nondum ablatâ aut abductâ, non habet emtor
regreſſum adverſus venditorem de evictione *d. l. habere licere 57.*
Per legitimam verò cauſam in d. definitione intelligimus emtio-
nem & venditionem, & omnes alias cauſas, in quibus locum habet
evictio. Bonæ verò fidei ideò fecimus mentionem, quia, qui ſcit
rem, quam emit, eſſe alterius, non poteſt agere evictionis nomi-
ne adverſus venditorem *l. ſi fundum 27. C. d. evict.* Ipſe enim de
ſe queri debet, qui à ſe decipitur, non à venditore *arg. l. nam ſi actor*
26. d. R. V. & l. 1. in fin. d. action. emt. & vendit. Denique judicis
ſententia propterea requiritur in definitione, quia ſi quoquô mo-
dô, ſine

dô,ſine judicis ſententiâ, extra judicium res fuerit ablata, id non nocet venditori,ſed emtori *l. non tamen 24. d. evict. & dupl. ſtip. Donell. d. evict. c. 4.* Et ſibi, non venditori, imputare debet emtor, ſi ſuâ voluntate, nemine cogente, rem amiſerit, puta ſervum manumiſerit *l. ſi ſervum 25. eod. tit.* aut fundum emtum religioſum fieri paſſus ſit *d. l. ſi per imprudentiam 51. §. ſi quis locum 2. d. t.* † Ex his liquet, quænam requirantur, ut actio de evictione competat, quibus tamen requiſitis adhuc unicum addi debet, quod eſt de denunciatione ſeu laudatione auctoris. Nam emtori non datur actio propter evictionem, niſi priùs auctorem ſeu venditorem ſuum, ejusvè heredem laudaverit *d. cap. ult. h. n. t. l. autore 7. cum l. ſeq. C. d. evictión. l. Herennius 63. §. 1. eod. tit. & l. tenetur 6. §. ſit tibi 5. de action. emt. & vendit.* Laudatio autem iſta locum habet, cùm emtori de re venditâ lis eſt mota, *l. emtor. 8. l. ſi controverſia 9. l. ſi cum. 17. & l. emti 21. C. de eviction. l. ſi fundo 53. §. 1. eod. tit. & l. 1. C. d. peric. & comm. rei vendit.* Et ita debet fieri laudatio, ut emtor non ſolùm denunciet venditori litem ſibi motam eſſe de re venditâ, ſed etiam velit, ut veniat, ſibique adſiſtat, & cauſam inſtruat *l. Emti actio 21. l. cum ſucceſſores 23. C. d. evictionibus. & l. 1. C. d. peric. & commod. rei vend.* Quôlibet autem tempore venditori denunciari poteſt, ut de eâ re agendâ adſit: quia non præfinitur certum tempus, dùm tamen ne propè ipſam condemnationem id fiat *l. ſi rem 29. §. ult. d. evictionib.* Effectus laudationis eſt, quòd venditor denunciatione ſibi factâ, teneatur emtorem defendere in foro rei conventi & emtoris judicem ſequi *l. 1. C. ubi in rem actio exerceri debeat & l. venditor 49. in princ. d. jud. & ubi quisque agere vel conveniri deb.* † Sunt tamen caſus, in quibus, re evictâ, non tenetur venditor emtori de evictione. *Primus* eſt, ſi emtor ſciens rem alienam eſſe, vel alteri obligatam emit, niſi de evictione nominatim ſibi caverit *l. ſi fundum 27. C. d. evictión.* Re igitur evictâ, pretium hoc caſu emtor non poteſt repetere *d. l. 27. l. pen. & ult. C. d. reſcind. vendit. l. quemadmodum 7. C. d. agricol. & cenſit. lib. 11. & l. fin. C. d. prædiis decurionum ſine decreto non alienand.* Ipſe enim de ſe queri debet, qui à ſe decipitur, non à venditore *arg. l. 1. in fin. d. action. emt. & vendit. & l. nam*

12

13

Zz *ſi actor*

ſi actor, 26. d. R. V. Anton. Gomez. tom. 2. variar. reſolut. c. 2. n. 42. & Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſtion. jur. part. 1. q. 10. n. 22. qui etiam tradunt, ita ſentire *Dd.* communiter. †
14 Secundus caſus eſt, cùm venditor pacto ſibi cavit, ne propter evictionem teneatur *d. l. ex emto 11. §. ult. & l. emti actio 21. C. d. eviction.* Pacta enim ſunt ſervanda *l. 1. pr. d. pact.* & poteſt emtor jus ſuum deterius facere *l. juris gentium 7. §. ſi paciſcar. 14. & l. pactum 46. d. t. l. quæritur 14. §. ſi nominatim 10. d. ædil. edict. &c.* quia quilibet eſt moderator & arbiter rerum ſuarum *l. in re mandata 21. C. mandati vel*
15 *contra.* † Tertius caſus eſt, ſi venditori, poſt inſtitutum contra ſe judicium, quis omiſerit, ut rem venditam ſibi defenderet, nunciare *d. cap. ult. h. n. t. & l. emtor 8. C. d. evictionib.* Ratio eſt, quia venditor ſciviſſet melius, rem venditam defendere, cùm magis ſit certus & inſtructus de jure ſuo *Abb. ad d. cap. ult. n. 5.* †
16 Quartus caſus eſt, ſi emtor contumaciter abfuit tempore ſententiæ promulgatæ *d. cap. ult.; & l. ſi ideò 55. pr. d. evictionibus &c.* Tunc enim videtur ſententia contra eum lata non propter defectum juris, ſeu quia malam cauſam habuit, ſed propter negligentiam ſuam, & delictum in non comparendo. *Abb. d. loc.* quem ſequitur *Joan. Baptiſta Vivianus in d. cap. ult.* Nam ex bonâ fide injungitur emtori, ut ipſe ſaltem cauſam agat, ut poteſt, & ſi quas defenſiones habet, aut ex ſuâ, aut ex venditoris perſonâ, his utatur, quoniam & jure uti poteſt *l. emtori 28. C. d. evictionib.* †
17 Quintus caſus eſt, cùm per imprudentiam judicis aut errorem emtor rei victus eſt *d. l. ſi per imprudentiam 51. in pr. & d. cap. ult.*
18 † Plures caſus, in quibus emtori nomine evictionis non datur actio, recenſentur à *Matthæo de Afflictis ad Rub, quibus modis feudum amittitur §. rurſus ſi fideles n. 16. & Viviano d. loc.*

Notabilia.

1. Victualia non debent carius vendi tranſeuntibus, quàm in mercato vendi ſolent *cap. 1.*

2. Fraudans menſuras & pondera, triginta diebus in pane & aquâ puniendus eſt *cap. ut menſura 2.*

3. Fraus

3. Fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent *cap. ad noſtrum 5.*

De Locato & Conducto.
Titulus XVIII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Convenientia emtionis vend. & loc. conductionis. 2.
Arg. tit. 3.
Loc. cond. unde dicatur? 4. *Et quid ſit?* 5.
Definitionis explic. 6. *ſeqq.*
Operæ quotuplices? 7.
Cauſa efficiens hujus contractûs. 9.
Contrahentium alter dicitur locator, conductor alter. 10. *Dub. ſolv.* 11. 12. 13.
Sed quis locator, quis conductor? 14.
Intervenire debet merces certa. 15. *Non tamen præcisè conſiſtens in pecun. numeratâ.* 16.
Locat. cond. non ſolùm purè fit, ſed & ſub conditione. 17. *& ad tempus, modò certum.* 18. *modò incertum.* 20. *Quid ſi fiat ultrà decennium?* 19.
Actio ex hoc contractu quæ? 21. 22. *ſeqq.*
Ob juſtam cauſam poteſt Conductor ædium ante tempus emigrare. 23.
Quam culpam præſtare debeat? 24. *ubi diſceſſum à Donello.*
An etiam caſum fortuitum? 25.
Finitur Locat. cond. (1.) *ſi res locata venditur.* 26.

Quæſtio ſuper caſu quodam. 27. (2.) tempore locationis impleto. 28. ubi de morte. Quibus caſibus conductor intempeſtivè expelli poſſit? 29.

Emphyteuſis unde & quid? 30. Eſt contractus J.G. 31. Nominatus & bonæ fidei. 32. In agris conſtituitur. 33. à domino. 34. Sed non omni. 35. Interveniente traditione. 36. Ad meliorandum. 37. & ſolvendum canonem. 38.

Alia eſt Eccleſiaſtica, civilis alia. 39. Utraque conſtitui poteſt ad tempus. 40.

Quibus modis conſtituitur? 41.

Emphyteuta an & quando dominium conſequatur? 42. An civiliter poſſideat? 43. Habet id, quod alluvione accedit & alia augmenta. 44. An etiam theſaurum in fundo repertum? 45.

Debet meliorare fundum. 46. Solvere onera realia. 47. Solvere canonem, etiamſi ſterilitas contingat. 48.

In canone ſolvendo finis anni eſt attendendus. 49

Amittitur tota emphyteuſis, ſi pars heredum partem canonis non ſolvat. 50. Poteſt invito domino ſolvi in futurum. 51. Sed debet deportari ad ædes domini. 52. Emphyteuta debet probare ſolutionem. 53. Non ſoluto per triennium canone privatur emphyteuſi, ſed non ipſo jure. 54. Nec poteſt à domino propriâ autoritate expelli. 55.

Actio.

Actiones emphyteutæ quæ competant? 56. 57. *Quibus modis emphyteuſis amittatur?* 58. *Ubi de apochis.* *Explic. c. ult. h.* 59.

POſt contractum emtionis & venditionis rectè tractavit compilator Decretalium de Locatione & conductione; quia hæc illi 1
proxima eſt, iisdemque juris regulis conſtat. † Nam ut em- 2
tio & venditio ita contrahitur, ſi de pretio convenerit: ſic & locatio & conductio contrahi intelligitur, ſi de mercede convenerit, *princ. tit. J. d. locat. & conduct. & l. 2. princ. h. t. in π.* Deinde quemadmodum pretium in contractu emtionis & venditionis permittitur arbitrio tertii alicujus, ut ſi is arbitratus fuerit, valeat emtio, ſin verò ſecus, non valeat: ita etiam in locatione & conductione alieno arbitrio merces permitti poteſt, ut ſiquidem ipſe, qui nominatus eſt, mercedem definierit, omnimodò ſecundùm ejus æſtimationem & mercedem ſolvi, & conductionem ad effectum pervenire oporteat. Sin autem ille vel noluerit, vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo erit conductio, quaſi nullâ mercede conſtitutâ *§. 1. I. d. emt. & vend. § 1. I. d. loc. & cond. l. ſi merces 25. pr. locat. cond. & l. fin. C. d. contrah. emt.* Denique quemadmodum vulgò quærebatur, an permutatis rebus emtio & venditio contraheretur *§. item pretium 2. J. d. emt. & vendit.* ita etiam de locatione & conductione dubitabatur, ſi fortè uſus pro uſu datus fuerit *§. præterea 2. J. d. locat & conduct.* His addatur *d. l. 2. § adeò*
autem 1. † Ea, quæ habentur in hoc titulo, pertinent vel ad 3
locationem & conductionem, vel ad emphyteuſin. † Dicta 4
eſt locatio à loco, quia *locare* eſt quaſi alteri locum in ſuo concedere, vel rem aliquo loco conſtituere, & facere, ut res uſpiam concedat, teſte *Varrone lib. 4. d. linguâ Latinâ*, quod explicat *Donell. lib. 13. comm. jur. civil. c. 6. & Fr. Connanus lib. 7. comm. jur. civil. c. 11. n. 1.* Conductio verò dicitur quaſi ſecum ductio, quia ductum conductoris res locata ſequitur: Vel conductio à conducibili eſt, quòd commodum rei & fructus conductor percipiat, *Weſ. ad rubr. Inſt. de locat. & conduct. n. 1. & ad tit. ff. h. t. n. 2. Joachimus Hopperus lib. 4.* Πεισθανῶν *& Donell. d. loc.* † Definitur 5

locatio conductio contractus de re vel operâ hominis certâ mercede fruendâ. † Eſt contractus, intellige, ſolo conſenſu ini-
6 tus. Locatio enim & conductio cùm naturalis ſit, & omnium gentium, non verbis ſed conſenſu contrahitur, ſicut emtio & venditio *l. 1. h. t.* Per rem verò intelligimus non ſolùm privatam, ſed etiam publicam. Sic agri vel fundi publici populi Romani locabantur vel in perpetuum, vel in quinquennium & luſtrum *l. 1. t. t. ſi ager vectigalis, id eſt, emphyteuticar. pet.* Dicitur in definitione *de re fruendâ*, quia requiritur in hoc contractu, ut locator præſtet frui licere *l. ex conducto 15. §. 1. l. ſi in lege 24. §. 1. & §. colonus 4. l. ſi merces 25. §. 1. & l. ſi fundus 33. loc. conduct.* Deinde additur, *vel ope-*
7 *râ hominis*, intellige, locari ſolitâ. † Iſtæ autem operæ, vel fiunt animo, & dicuntur honorariæ, quæ conſiſtunt in inſtitutione liberalium artium, & Philoſophiæ atque aliarum ſcientiarum, nec non advocatione & procuratione *l. cùm plures 12. §. cum tutor. 3. d. admin. & pericul. tutor. & curator. & c. l. 1. §. advocatos 11. & ibi Gloſſ. d. extraordin. cogn.* vel fiunt iſtæ operæ corpore, & dicuntur manuariæ, quæ ſunt vel ruſticæ, vel urbanæ. Ruſticæ præſtantur ab agricolis, cenſitis & colonis. Urbanæ autem conſiſtunt vel in fabrilibus, vel artificiis. *l. fabriles 6. l. ejus artificii 16. & l.*
8 *quotiens 24. d. operis libertor.* † Denique dictum eſt in definitione, *certâ mercede*, quia ſi non eſt certa merces conſtituta, locatio conductio non erit *princip. tit. Inſt. d. locat. & conduct. &*
9 *l. ſi convenerit. 23. commun. divid.* † Cauſa efficiens hujus contractus remota eſt jus gentium §. *ſed jus quidem 2. inſ. I. d. J. N. G. & C. l. 1. locat. & conduct. & l. ex hoc 5. d. J. & J.* Propinqua verò conſenſus contrahentium *l. 2. pr. d. O. & A. & tit. Inſt. d. obli-*
10 *gat. ex conſ.* † Quorum unus dicitur locator, alter conductor *d.*
11 *pr. l. de loc. & conduct.* † Nec adverſatur *l. idem eſt 20. de act. emt. & vendit.* ex quâ conſtat, veteres in locatione & conductione appellationibus promiſcuè uſos eſſe, quia reſponderi poteſt ex *Donell. ad l. ſtipulationum 5. §. ſtipulum 1. n. 2. d. V. O.* ex *d. loc. 20.* non poſſe colligi, quòd veteres dixerint locatorem eſſe eum, qui eſſet conductor, aut contra. Nam hæc ut rebus ipſis & factis, ſic verbis certis & propriis diſtincta ſunt, ut neque locator ſit conductor,

ductor, neque conductor locator. Sed hoc vult ille textus, veteres
his verbis ſingulis promiſcuè pro toto contractu eſſe uſos, ut cùm
locationem dicerent, uno verbo intelligerent etiam conductio-
nem; & vice versâ, cùm nominarent conductionem, uno verbo &
conductionem & locationem intelligerent, etiamſi nihil adjice-
rent ampliùs; non quòd ea pars, quæ locatio eſt, eadem ſit condu-
ctio, aut pars conductionis, quæ propriè & verè ita appellatur, aut
contra: Sed quia non eſt unum naturâ, quin ſit alterum, ut uno
poſito, neceſſe ſit continuò & alterum ſtatui. † Deinde vi- 12
detur contrariari *l. ſed addes 19. §. illud 2. loc. conduct.* ubi locator
dicitur conductori ex locato teneri, ſi ea, quæ debebat, non præſti-
tit. Locator autem tenetur ex conducto actione *l. ex conducto
15. pr. loc. conduct. & princ. I. eod. tit.* Ergò locatio eſt conductio,
& locator conductor. Ad quod dubium reſpondemus, non velle
d. l. 19. §. illud. 2. quòd detur contra locatorem actio ex locato,
ſed quòd in prædicto caſu teneatur locator ex locato, h. e. ex cau-
ſâ locationis, actione tamen ex conducto *d. l. ex conducto 15. in pr.
Accurſ. ad d. §. illud. 2. & Donell. d. lib. 13. comm. jur. civil. c. 7.*
† Et ita etiam reſponderi poteſt *ad l. dominus 55. §. ult. locat. con-* 13
duct. ubi dicitur conductor ex conducto conveniri, cùm tamen
contra ipſum inſtitui debeat actio locati *d. pr. I. h. t.* † Eum 14
autem dicunt Dd. communiter locatorem, qui pecuniam accipit,
conductorem verò, qui dat, teſte *Joan. Roberto lib. 1. animadverſ.
jur. civil. c. 10.* quæ opinio procedit quidem in locatione fruendi
*l. ſi tibi 5. l. ſi quis 9. §. 1. & §. ult. l. inſulam 58. in pr. locat. conduct.
l. ſi diviſa 13. & l. ſi olei 21. C. eod. tit.* Sed non in locatione facien-
di. Nam qui dat faciendum, is mercedem ſolvit, diciturque loca-
tor, cui verò datur faciendum, is mercedem accipit, & appellatur
conductor *l. videamus 11. §. pen. l. item quæritur 13. §. 1. §. ſi quis 3.
cum §. ſeq. l. ſed addes 19. §. ſi quis 7. l. ea lege 51. §. 1. l. Marcius 59.
h. t. & l. ſi hi 14. C. eod. Cujac. lib. 2. obſerv. c. 28. & Robert. d. loc.*
† Præterea contrahitur locatio conductio ſimul atque de re ali- 15
quâ certâ mercede utendâ, vel faciendâ conventum eſt, per ſupra
dicta. Et debet merces, quæ & pretium interdum dicitur *l. fin. §.
ult. d. L. Rhodia d. jact. l. quod ſi domi 28. §. idem 2. l. & hac 35. §. 1.
l. eâ lege 51. §. 1. d. l. inſulam 58. pr. locat. conduct. & l. ſi quis 10. §.
ult.*

l. ſicut 20. pr. locat. conduct. † Denique tempus ad quod fieri poteſt hic contractus, eſt vel certum vel incertum. Ad certum tempus fit locatio conductio, cùm tempus, ad quod uſque locatio conductio durare debet, exprimitur. Eſt autem illud tempus longum vel breve ſeu modicum. Locationem, quæ ad decennium facta eſt, appellant Dd. locationem ad longum tempus: eam verò, quæ eſt infrà decennium, dicunt locationem ad breve tempus, ut apparet ex iis, quæ ſcribit *Vincent. Carocius tr. de locationib. & conductionib. part. 1. tit. locatio ad longum tempus n. 1.* † An autem locatio, quæ fit ultra decennium, afferat jus reale, diſputari ſolet. Hoc quidem Dd. communiter affirmant, ſed refutantur per *l. non ſolet 39. locat. conduct.* ubi ſcribitur, quòd non ſoleat locatio dominium mutare. Et ad contraria eorum argumenta reſpondet *Caſp. Schifordeck lib. 1. tract. 18. per tot.* † Denique ad incertum tempus fit locatio, veluti, quoad is, qui rem locavit, vel dedit, velit: quô caſu morte ejus, qui locavit, tollitur locatio *l. locatio 4. locat. conduct.* quia morte ſuâ velle deſiit, nec volendi poteſtas, quæ eſt perſonalis, ad heredem tranſit. *Donell. ad l. ſi ſtipulatus 76. n. 3. d. V. O.* † Ex hoc contractu duplex oritur actio: una dicitur locati, altera conducti. Actio locati datur locatori contra conductorem. *princ. tit. Inſt. h. t. l. ſi cui 48. in pr. locat. conduct. & l. ſi 14. C. eod. tit.* ad penſionem ſeu mercedem ſolvendam, & omnia ſecundùm legem conductionis præſtanda *d. l. ſi merces 25. §. conductor. 3. h. t.* † Eâdem actione poteſt conveniri, qui contra legem conductionis fundum aut domum ſine juſtâ & probabili causâ deſerit, ut ſolvat totius temporis penſiones *l. dominus 55. §. ult. d. t.* † Diximus: *ſine juſtâ causâ*; quia ei eſt ſuccurrendum, qui propter juſtiſſimam timoris cauſam ante tempus emigravit *l. habitatores 27. §. 1. h. t.* puta propter peſtem in viciniâ domûs conductæ graſſantem *arg. l. caſus 8. C. de teſtam. juncta l. Lucius 88 §. ult. d. legat. & fid. 2. & l. ult. C. d. fideicomm.* Quod tamen in practicâ vix obtineri poſſe, ait *Bertachinus tr. Gabellar. part. 2. n. 25.* quem allegat *Andr. Gail. lib. 2. obſerv. c. 23. n. 7. Vid. Ripa de peſte part. 2. Covarruv. practic. quæſtion. c. 30. n. 3. & Gomez. tom. 2. variar. reſol. c. 3. n. 3.* Hoc etiam

18 19 20 21 22 23

locum habet in eo, qui propter bellum *l. item 13. §. exercitu 7. locat. cond. Pantzſchman. de locat. & cond. q. 1 n. 5. & ſeqq.* vel propter nocturna ſpectra, & malos ſpiritus ædes deſerit conductas,
24 *Jaſ. in §. fin. I. h. t. & Covar. lib 4. var. reſ. c. 6.* † Datur etiam hæc actio ob culpam à conductore commiſſam *l. contractus 23. de R. J.* per quam intelligimus levem culpam, non autem leviſſimam *l. ſi ut 5. §. nunc videndum 2. commod. vel contra.* Et hæc eſt communis *Dd.* opinio, à quâ recedit *Donell. d. lib. 13. comm. c. 8.* exiſtimans, præſtare debere conductorem culpam leviſſimam, propter *§. pen. verſ. qui pro uſu I. d. locat. & conduct. l. ſi merces 25. §. qui columnam 7. locat. & conduct. & l. in judicio 28. C. d. t.* ad quos
25 textus reſponſum eſt *in exercit. Juſt. 12. q. 8. in N.* † Non etiam præſtare debet conductor caſum fortuitum *d. §. pen.* niſi
26 eum in ſe pacto recepit *l. ſi quis 9. §. Julianus 2. h. t.* † Finitur locatio conductio, ſi res locata venditur *d. l. ſi merces 25. §. 1. l. qui fundum 32. in f. d. t. & l. emtorem 9. C. eod. tit.* Quo caſu tenetur locator conductori ad intereſſe *l. ſi in lege 24. §. colonus 4. & l. ſi fundus 33. locat. conduct. vid. Daniel. Mollerus lib. 4. ſemeſtr.*
27 *c. 14.* † Duo Studioſi conducunt muſæum ad annum, & alter migrat è muſæo, ſubſtituens alium contubernalem, quæritur, nùm hoc pacto liberetur à contubernali? Quod eſt affirmandum, quia conductor poteſt locare alteri rem conductam *l. ſi tibi. 7. l. nos videamus 8. l. ſi in lege 24 §. 1. l. cum in plures 60. pr. locat. conduct. & l. nemo 6. C. eod. tit.* Verùm, quia contubernalis non ſolùm conducit ædes, ſed etiam cum ſuo contubernali quaſi ſocietatis contractum celebrat, in quo eligitur perſonæ induſtria, ideò non liberabitur contubernalis, niſi æquè idoneum ſubſtituerit contubernalem *arg. l. qui admittitur 19. pro ſoc. & §. ſolvitur 5.*
28 *Inſt. d. ſocietate.* † Præterea finitur hic contractus poſt tempora locationis impleta *l. invitis 11. C. h. n. t.* non autem morte conductoris, ſi conductor intra tempora conductionis moriatur *§. ult. ibique Hotom. Inſt. d. locat. & conduct. l. viam. 10. C. h. t. & l. ſed addes 19. § ex conducto 8. h. t.* quamvis heres conductoris conductor non ſit *l. cùm in plures 60. §. 1. h. t.* † Poteſt etiam conductor, ſi juſta ſubſit cauſa, intempeſtivè expelli, veluti ſi non

ſol-

ſolvat mercedem locatori *l. quaero 54. §. 1. h. n. t.* aut quando malè utatur re conductâ *l. ade 3. C. de locat. & conduct.* vel in domum conductam inducit meretrices *arg. l. ſi qua 4. C. de ſpectaculis & ſcenicis & lenonibus lib. 11. Gipb. ad d. l. emtorem 9.* quô caſu etiam tenetur conductor ad integram penſionem ſecundùm communem *Dd.* opinionem. † Et hæc dicta ſint de locatione & conductione, ſequitur Emphyteuſis, quæ vox deſcendit à Græco verbo ἐμφυτεύειν, quod inſerere atque plantare ſignificat. Et eſt emphyſis contractus juris gentium, nominatus, & bonæ fidei, quô ager ſeu fundus à domino alteri utendus & fruendus ſub lege meliorationis & præſtationis annuæ conceditur. † Eſſe hunc contractum juris gentium probavimus in *Exercit. Juſtinianeis diſp. 12. q. 7.* ubi etiam reſpondimus ad Dd. argumenta, qui communiter ſtatuunt, teſte *Joan. Borcholten. tr. d. Feud. c. 3. n. 3.* hunc eſſe contractum juris civilis. † Quòd autem hic contractus ſit nominatus, & bonæ fidei, inde probatur, quia veteres, ut conſtat ex *§. adeò autem 3. I. d. locat. & conduct.* putabant, emphyteuſin eſſe aut venditionem & emtionem, aut locationem & conductionem, etſi utrum eſſet, dubitarent. Sed utrumvis horum eſſet, ſententiæ huc concurrebant, ut eſſet bonæ fidei & nominatus, at hoc nullibi eſt correctum. Quod autem non mutatur, quare ſtare prohibetur? *l. ſancimus 27. C. d. teſtam. & quemadmod. teſtam. ordinent.* à quâ ſententiâ recedunt *Dd. comm.* Emphyteuſin ſtricti juris contractum eſſe opinantes propter *§. actionum autem 28. I. d. action.* in quo omnes recenſentur bonæ fidei actiones, ut habet communis Dd. opinio, omittitur autem actio, quæ datur propter emphyteuſin. Ad quam rationem reſpondetur, actionem iſtam contineri ſub actione, quæ ex emto vendito, vel locatô conductô datur. Non enim dubitamus, quin prædictus §. *28.* ex priſco aliquo JCto ſit deſumtus, cujus tempore contractus emphyteuticus cum emtione & venditione, vel locatione & conductione adhuc fuerit confuſus. † Deinde in ſuperiori definitione mentio facta eſt agri ſeu fundi, propter *rubr. & l. 1. ſi ager vectig. id eſt emphyt. pet. l. ſciendum eſt 15. §. 1. Qui ſatisdare cog.* & alios ſimiles textus. Initio quidem emphyteuſis tantùm in agris civitatum ſeu munici-

30 31 32 33

cipiorum publicis recepta eſt *d. l 1. l. ſi domus 71. §. pen. d. Legat. & Fideic. 1. & l. in conventionibus 219. d. V. S.* poſteà & in Principis
ſive Cæſaris agris patrimonialibus, id eſt, propriis locum habere
cœpit *l. 1. C. de officio comitis ſacri palatii & l. poſſeſſores 12. C. d. fund. patrimonialib. lib. 11.* tandem & privatorum agri in emphyteuſin ſunt dati *d. §. adeò autem 3. & l. 1. C. d. jure emphyteut. Donell. lib. 9. comm. jur. civil. c. 13. & Joan. Borcholten. d. feud. c. 3. n. 4.* Quia verò propriè loquendo non eſt emphyteuſis in ædibus,
cùm inſitio & plantatio ibi locum non habeat, ideò ædium in definitione ſuperiori nulla facta eſt mentio. † Præterea dixi-
34 mus in definitione, *à domino.* Hic enim ſolus in agro ſeu fundo
jus emphyteuticum rectè conſtituit, & penſionem accipit *t. t. C.*
35 *de jure emphyt. & d. §. adeò autem 3.* † Quia verò emphyteuſis eſt ſpecies alienationis *l. fin. C. d. reb. alien. non alienand. & cap. nulli liceat. 5. d. reb. Eccleſiæ alien. vel non.* idcircò dominus,
cui interdicta eſt agri alienatio, in emphyteuſin iſtum agrum da-
36 re non poteſt *Donell. d. loc.* † Sequitur in definitione, *alteri utendus & fruendus conceditur d. §. adeò autem 3. & d. l. 1. §. 1. ſi ager vectig. i. e. Emphyteuticarius pet.* Diximus: *conceditur*, ut intelligamus, non priùs illum agrum ſeu fundum fieri emphyteuticum, ſeu emphyteutici juris, & ſi contractus emphyteuticus de agro ſeu fundo eo nomine tradendo præceſſerit; quemadmodum enim dominia non acquiruntur ſolis pactis, ſed traditionibus, etiã cùm pactum & conventio anteceſſerit. *l. traditionibus 20. C. d. pact.* Sic nec jus emphyteuticum *d. §. adeò autem 3. & arg. l. omnium 3. princ. d. uſufructu, & quemadm. quis utatur fruatur.* † Ad-
37 ditum autem eſt in d. definitione *ſub lege meliorationis*, quia eum in finem datur fundus Emphyteutæ, ut eum meliorem reddat *authent. qui rem C. d. SS. Eccleſiis & l. 2. C. de jure emphyteutico.*
38 † Denique in definitione fit mentio præſtationis annuæ, quia emphyteuta quotannis debet ſolvere canonem in recognitionem dominii *d. l. 1. pr. ſi ager vectig. & c. d. l. 2. d. § adeò autem 3. & ca-*
39 *pit. ult. h. n. tit.* † Emphyteuſis ita definita dividitur in Eccleſiaſticam & civilem, quæ etiam profana & paganica dici ſolet.
Illa conſiſtit in rebus Eccleſiaſticis, hæc verò in rebus profanis. *Jo-*

annes

annes Ferrarienſis, Montanus ad rubr. C. de jure emphyteut. §. Emphyteuſis verò. & Weſ. ad d. tit. ſi ager vectig. † Utraque 40
emphyteuſis conſtituitur ad tempus, & quidem in certum, vel in perpetuum, ut probat *Novella de alienatione & emphyteuſi 120. capit. & hoc quidem 6. §. 1. d. l. 1. princ. & §. 1. & l. fin. ſi ager vectig. & d. §. adeò autem 3.* Errant igitur, qui Emphyteuſin Eccleſiaſticam in perpetuum concedi non poſſe putant, quos refutat *Guido de Suzaria tractat. de jure emphyt. n. 8. Cujac. ad Nov. 7. & Gœdd. ad d. l. in conventionibus 219. n. ult.* Nec adverſatur *d. Novell. 7.* quia quod ſcribitur in *capit. 7.* correctum eſt in *d. Nov. 120 capit. 6. §. 1.* † Conſtituitur autem & acquiritur emphyteuſis va- 41
riis modis, & 1. quidē teſtamento, cùm teſtator dat legat alicui fundum, ut ſit apud eum jure emphyteuſeos, certâ penſione in ſingulos annos conſtituta *arg. l. uſusfructus 6. pr. d. uſufructu. & quemadm. quis ut. fruat. & l. via. 5. d. ſervitutibus.* 2. pactione *arg. §. ult. I. eodem, & §. uſusfructus 1. Inſt. d. uſufructu.* 3. Præſcriptione, & quidem longi temporis, ſi agatur de fundis privatorum *l. fin. in fine C. d. præſcript. long. temp. 10. & 20. annorum.* In fundis verò Cæſaris requiritur præſcriptio 30. vel 40. annorum *l. ult. C. d. fundis patrimonialibus lib. 11.* 4. & ultimò acquiritur emphyteuſis ſucceſſione, quæ fœminas etiam admittit, licèt emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica *d. Novell. 7. capit. 3. in pr.* niſi tamen aliud contrahentibus placuerit *Jul. Clar lib. 4. ſentent. §. emphyteuſis q. 32. n 1.* ubi etiam ſcribit, hanc eſſe communem opinionem. † Nunc 42
videndum etiam eſt de emphyteuſeos ita conſtitutæ atque acquiſitæ commodis ac oneribus. Commoda autem emphyteutæ hæc ferè ſunt. 1. Emphyteuta conſequitur dominium proprietatis in fundo, qui datus eſt à principe in emphyteuſin *l. poſſeſſores 12. C. d. fundis patrimonialib. lib. 11.* quia non magis commodant ſua principes, quam jure dominii tradunt, *l. fundi 4. C. d. t.* Reliqui autem emphyteutæ propter jus, quod in re emphyteuticâ habent *l. ſi domus 71. §. final. de Legatis & fideicommiſſis 1.* fiunt tantùm domini juris, & non proprietatis *arg. l. quis uſumfructum 3. ſi uſusfructus petat. & l. ſemper 11. §. ergò 8. quod vi aut clam.* † 2. 43
Emphyteuta conſequitur civilem poſſeſſionem *l. ſciendum eſt. 15.*

§. 1. qui ſatiſdare cogunt. l. vectigal. 31. de pignorib. & hypoth. & l. ſi cum venditor. 66. de evict. & dupl. ſtipulat. & hæc eſt opinio *Rogerii allegati à Dd. Covarruv. part. 2. relect. capit. poſſeſſor malæ fidei n. 4. d. R. J. in 6. Gipbanii ad l. 2. C. de jure emphyt. & Petri Frider. Mindani in Comm. de materiâ poſſeſſionis. cap. 2. n. 4. & cap. 4. n. 12.* à quibus cæteri Dd. diſſentiunt, qui emphyteutam non civiliter, ſed naturaliter tantùm poſſidere volunt, quorum argumentis à nobis alibi eſt ſatisfactum. † 3. Emphyteuta non tantùm
44 utitur & fruitur fundo emphyteutico, verùm etiam habet id quod alluvione acceſſit *arg. l. item ſi fundi 9. §. huic vicinus 4. d. uſufructu & quemad. quis utatur fruatur. l. ſi convenerit 18. §. ſi nuda 1. d. pignorit. act. & l. ſi fundus 16. in princ. d. pignorib. & hypothec.* quemadmodum enim fundi diminutio pertinet ad emphyteutam *l. 1. C. d. jure emphyteutico & d. §. adeò autem 3.* Ita etiam augmentum, quia ſecundùm naturam eſt, commoda cujusque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda *l. ſecundum 10. de Reg. Jur.* non tamen propter hoc augmentum augetur canon *arg. d. l. ſi mens 25. §. vis major 6. locat. conduct. & capit. prohibemus. 7. d. cenſib. exactionibus & procurat. Coraſ. ad d. l. 1. n. 15. C. d. jure emphyt.* & hæc eſt communis opinio Doctorum, quemadmodum teſtatur *Clarus in d. §. Emphyteuſis q. 41.* Præterea Fodinæ quoque in agro vectigali repertæ ad Emphyteutam pertinent *arg. d. l. 9. §. ſed ſi 2. l. ſi cujus 13. §. inde tamen 5. d uſufructu, & quemadm. quis utatur*
45 *fruatur. & l. fructus 7. §. ſed ſi 14. ſolut. matrim.* † Denique theſaurus, quem emphyteuta in fundo emphyteutico invenit, pro parte acquiritur emphyteutæ, & pro parte domino fundi, quia eum non in ſuo ſed alieno fundo invenit *§. theſaurus 40. Inſt. d. rer. diviſ. & l. ſi is 63. §. 1. d. A. R. D.* Quamvis enim Emphyteuta ſit dominus juris emphyteutici, non tamen eſt dominus fundi emphyteutici ſeu proprietatis *d. l. 1. §. 1. ſi ager vectigal. Valaſcus tract. de jure emphyteutico q. 15. n. 1. Garſias tract.*
46 *de expenſis & meliorationibus c. 2. n. 52.* † Onera verò Emphyteutæ ſunt 1. debet agrum emphyteuticum meliorem & non deteriorem reddere *arg. d. l. ſi cujus 13. §. fructuarius 4.* unde etiam non poteſt incidere arbores fructiferas *l. in fraudem 45. §. conductor. 13. d. jure Fiſci. Clarus d. §. Emphyteuſis quæſt. 26. n. 2.*

† 2. Te-

† 2. Tenetur Emphyteuta ſolvere onera realia, ut ſunt vectigalia, 47
tributa, collationes ad refectionem viarum. Hæc enim onera de-
bentur ab ipſis prædiis, & prædiorum poſſeſſoribus *l. Imperatores 7.*
in princ. d. public. & vectig. l. rei annonariæ 2. cum l. ſeq. C. ſine
cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe. & l 1. C. de fundis
patrimonialibus lib. 11. Donell. lib. 9. comm. jur. civil. cap. 14. †
Ultimò debet Emphyteuta in recognitionem dominii quotannis 48
ſolvere canonem *d. §. adeò autem 3. d. l. 1. pr ſi ager vectig. &c.*
d. l. 1. & l. 2. C. d. jure emphyt. etiamſi damnum, puta inſignis ſte-
rilitas contingat, & Emphyteuta non exiguam, ſed magnam pen-
ſionem ſolvere teneatur *d. l. 1. Aurelius Corbulus in tract. de jure*
emphyteutico cap. 15. ampliat. 12. quem ſequitur *A. Fachin. lib. 1.*
controverſ. jur. cap. 89. ubi etiam ad contraria reſpondet argumen-
ta: videatur *A. Gail. lib. 2. practic. obſerv. 23. n 24.* qui ait, contra-
riam opinionem ſibi videri benigniorem. Videatur *cap. propter*
ſterilitatem 3. h. t. ubi conſtituitur, quòd propter ſterilitatem, affi-
cientem magno incommodo conductores, vitio rei ſine culpa co-
loni ſeu caſu fortuito contingentem colonis pro rata penſionis
remiſſio ſit facienda, niſi cum ubertate præcedentis vel ſubſequen-
tis anni, valeat ſterilitas compenſari. Secus autem eſt, cùm agrum
emphyteuticum hoſtes occupârunt, quia tunc remitti debet pen-
ſio Emphyteutæ *l. cum unus 12. §. ult. d. reb. autorit. jud. poſſid.* &
hæc eſt communis Legiſtarum opinio, referente *Abbate in d. capit.*
ult. n. 18. cui etiam adſtipulatur *Fachin. d. lib. 1. cap. 90.* † De 49
hoc canone regulæ ſequentes ſunt notandæ: quarum prima eſt:
Finem anni & non principium in ſolutione canonis eſſe attenden-
dum *§. ult. Inſtit. d. inutilib. ſtipulat. & l. hoc. anno 42. d. verb. ob-*
lig. l. eum qui 138. in pr. & l. eum qui calendis 41. §. quotiens au-
tem 1. d. t. Clarus §. Emphyteuſis quæſt. 12. qui etiam hoc ita obſer-
vari ait. † 2. Regula eſt, quòd tota emphyteuſis amittatur, 50
cùm emphyteuta decedit pluribus heredibus relictis, quorum unus
partem ſuam canonis ſolvit, alter verò non *l. cum uni. 7. commun.*
divid. l. ſtipulationum 2. §. ex his 2. l. ſtipulationem 5. §. ult. d. verb.
obl. & hæc opinio eſt magis communis & ſervanda in practica, te-
ſte *Claro in d. §. quæſt. 8. n. 13.* cui etiam ſubſcribit *Connanus lib. 9.*

comm.

comm. jur. civ. c. 12. & Gipban. ad l. final. C. de jure emphyteutico
51 *pag. 359.* † 3. Regula eſt, canonem in futurum invito domino ab emphyteuta ſolvi poſſe. *l. Javolenus 15. d. annuis legat. & fideicom.* ubi debitor, qui ſolvit ante diem, liberatur, quia plus ſolvit, quàm debuit; & notum eſt ex *l. eum qui 41. §. 1. d. verbor. oblig. & l. cum tempus 17. d. R. J.* diem regulariter adjici debitoris gratiâ. Unicuique autem liberum eſt his, quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare *l. pen. C. d. pactis & l. pactum 46. eod. tit.* Denique totum medium tempus ad ſolvendum liberum promiſſori relinquitur. *l. ſtipulatio iſta 38. §. inter 16. d. V. O.* quare ſi nolit dominus canonem ante annum recipere, poterit emphyteuta eum deponere,
52 & ita ſe liberare *l. acceptum 19. C. de uſuris.* † 4. Regula eſt, Emphyteutam debere deportare canonem ad ædes domini, niſi aliud de conſuetudine ſit receptum *l. in Emphyteuticariis C. de jure emphyteutico*, ubi inter alia ſcribitur, Emphyteutam non poſſe prætendere, quòd non fuit ſuper hac cauſa inquietatus, cùm neminem oporteat conventionem vel admonitionem expectare, ſed ultrò ſeſe offerre, & debitum ſpontaneâ voluntate perſolvere. Quæ verba ultima oſtendunt, ipſum emphyteutam oportere canonem afferre. Deinde ſolvitur canon ab emphyteuta honoris gratiâ in recognitionem dominii, ut ſuprà diximus. Quod verò honoris causâ debetur, ad domum creditoris deportandum eſt, *can. revertimini 65. cauſa 16. q. 1.* Denique ſi ipſe dominus cogeretur mittere ad emphyteutam, plus impenderet, quàm valeret canon, quia utplurimùm ſolet eſſe tenuis & modicus, *Conſ ad d. l.*
53 *2. n. 24 ibique Gipban. p. 364.* † 5. Regula eſt, ſi emphyteuta dicit, ſe ſolviſſe canonem, & dominus hoc negat, incumbit probatio emphyteutæ, nam ſolutio eſt facti, *l. conſilio 7. §. fin. de curat. furioſi, & aliis.* Quæ autem facti ſunt, debent probari *l. poſſidetis 16. C. de probat. Gloſſ. ad d. l. 2. ibique Br. n. 9.* † 6. Re-
54 gula eſt, Emphyteutam, ſi per triennium canonem ſolvere neglexerit, non ipſo jure privari emphyteuſi, ſed cùm lata eſt à judice ſententia *l. 2. & l. 3. C. de jure emph.* ubi habetur verbum, *cadat*, quod denotat futurum tempus. Sic etiam Vaſallus, qui delinquit faciendo, dùm videlicet committit feloniam, vel ſine domini conſenſu

ſenſu feudum alienat, feudo non privatur ipſo jure, ſed per ſenten tiam. Ergó multò minùs emphyteuta ipſo jure ſua emphyteuſi privabitur, quia omittendo, hoc eſt, non ſolvendo canonem tantùm delinquit. Antecedens, quia à quibusdam negatur, ut oſtendit *Jaſon. ad l. 2. C. de jure emphyt. n. 13.* probamus per *cap. ſancimus de feud. ſine culpa non amittendo 1. feud. 21. cap. ſancimus. §. ſancimus, quo tempore miles inveſtituram petere debeat 1. feud. 22. & c. ſi de feudo §. vaſallus, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agn. vaſalli 2. feud. 26.* Ratio autem hujus juris deſumi poteſt ex *cap. domino §. ad hoc. Hic finitur lex. Deinde conſuetudines regni incip. 2. feud. 28. Joann. Ferrar. Montan. lib. 4. de feud. c. 3. & Duar. de feud. c. 15. n. 4.* Poteſt etiam emphyteuta multas habere exceptiones, cur non ſolverit, quibus ſe adverſus dominum defendere queat. Ne igitur inauditus lædatur, cognitio cauſæ, & ſententia judicis, ut privationem emphyteuſeos præcedat neceſſe eſt. Quâ ratione etiam utitur Elector Saxoniæ *parte 2. conſtitut. 38.* quam ſententiam amplexi ſunt *Speculat. d. emphyteuſi q. 47. n. 60. Rofredus, Martinus de Fano. Albericus & Hieronymus Tortus, allegati à Jaſon. d. loc. n. 12.* † Ultima regula eſt, quòd dominus emphyteu- 55
tam canonem non ſolventem propriâ autoritate non poſſit expellere *l. non eſt ſingulis 176. d. Reg. Jur. l ſi cujus 13. §. ſed ſi 3. d. uſufructu, & quemadm. quis utatur fruatur l. extat 13 quod met. cauſa geſtum eſt. l. creditoris 3. C. d. pignorib. & hypothecis, & l. dotis 9. C. ſoluto matrimonio. Clarus d. §. q. 11.* † Sequuntur actio- 56
nes, quæ emphyteutæ competunt. Competit autem & actio in rem propter jus, quod habet in re emphyteutâ, *d. l. 1. §. 1. ſi ager vectigalis,* quæ appellatur actio vectigalis, in *l. ſi finita 15. §. ſi de vectigalibus 26. d. damno infecto,* & actio de fundo vectigali *l. ſi cum 66. princ. d. evictionib. & dupl. ſtipulat.* quam actionem, quæ non directa, ſed utilis eſt. *l. tutor. 16. §. final. d. pignorat. action. Accurſ. ad d. l. 1. §. 1. in verb. in rem.* poteſt inſtituere adverſus quemvis poſſeſſorem fundi emphyteutici, etiam ipſum dominum *d. l. 1 §. 1. & l. ita tamen 2. ſi ager vectigalis.* † Datur etiam Emphyteutæ actio in perſonam, quam Doctores communiter appellant condictionem ex lege *l. unic. de condict. ex lege*, intellige Zenonianâ,

quia Zeno Imperator emphyteuſeos contractûs propriam ſtatuit naturam *d. §. adeò autem 3. & d. l. 1. C. d. jure emphyteutico*, quæ Doctorum aſſertio rectè rejicitur *à Br. ad d. l. unic. n. 7. & 8. & Mynſing. ad d. §. adeò autem 3. n. 6.* quia obligatio, quam emphyteuſis producit, non eſt ex lege, ſed ex contractu, qui eſt juris gentium. Quemadmodum igitur ex reliquis contractibus oriuntur actiones ſpeciales, ut actio emti & venditi ex emtione & venditione, actio locati conducti ex locatione & conductione &c. ita etiam contractus emphyteuticus parit actionem, quæ vocatur actio ex emphyteuſi. Præter has actiones habet emphyteuta etiam condictionem triticiariam *l. 1. princ. de condictione triticiaria.* actionem arborum furtim cæſarum, aquæ pluviæ arcendæ, & finium re-
58 gundorum *l. cadere 5. §. ult. arborum furt. cæſar.* † Denique emphyteuſis jure conſtituta rurſus amittitur 1. ex perſona domini cedentis, qui ad tempꝰ fuit dominus, nam ſolutô jure dantis, etiam ſolvitur jus accipientis *l. vectigalis 31. d. pignorib. & hypoth.* 2. Ex perſonâ emphyteutæ accipientis, cùm videlicèt generatio ejus, cui emphyteuſis erat conceſſa, eſt extincta *Specul. d. emphyt. n. 130. & ſeq.* 3. Lege ipsâ fundi vectigalis, cùm tempus, ad quod fundus in emphyteuſin eſt datus, finitum eſt *l. fin. ſi ager vectig. i. e. emph. pet.* 4. & ultimò culpâ emphyteutæ, ſi is 1. fecerit fundum emphyteuticum deteriorem *auth. qui rem C. d. SS. Eccleſ. Nov. 120. capit. ſi verò 8. & l. æde 3. d. locat. & cond.* 2. Si non reddiderit apochas domino tributorum *l. 2. C. d. jure emph.* Apocharum uſus hic eſt, ut ſi quando fundus vectigalis ad dominum redierit, poſſit dominus tutus eſſe, ne iterùm ſolvere cogatur tributa & vectigalia, quæ apparet ſoluta eſſe ex apochis. Apocha enim eſt inſtrumentum, quo creditor ſibi pecuniam eſſe ſolutam, profitetur *l. qui tabulas 27. §. apocha 2. de furtis.* 3. Si Emphyteuta ſuas meliorationes, quæ Græco vocabulo *ἐμπονήματα* dicuntur, aut jus emphyteuticum ſine conſenſu domini alienaverit *l. fin. C. de jure emphyteutico, & capit. ult. h. n. tit.* 4. & ultimò, ſi canonem domino intra biennium, ſi eſt Eccleſiaſtica emphyteuſis, aut intra triennium, quando eſt civilis emphyteuſis, non ſolverit, etſi interpellatus non fuerit, nec moram celeri ſatisfactione poſteà purga-

verit *d. cap. ult.* † Quale autem tempus Pontifex per cele- 59
rem ſatisfactionem *d. loco* intelligat, nullibi eſt expreſſum. Judicis igitur arbitrio hoc eſt relinquendum *l. 1. §. 1. de jure deliberandi. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. caſ. 7. n. 13.* qui inſpectâ qualitate perſonarum & circumſtantiarum aliter atque aliter arbitrabitur, nam ſi emphyteuta eſt dives, minus tempus debebit arbitrari, quàm in non divite *Jaſon. ad d. l. 2. n. 284. C. d. jur. emphyt.*

De
Rerum Permutatione.
Titulus XIX.

Summaria.

Continuatio. 1.
Permutatio quid aliàs & h. l.? 2.
Eſt contractus. 3. *innominatus.* 4. *re conſtans.* 5.
Poteſt ſpecies certa cum certâ ſpecie permutari. 6. *ubi diſputatur contra Fachineum. Sed an debeant iſtæ ſpecies eſſe ejusdem generis?* 7.
An poſſit res aliena permutari? 8.
Agitur ex hoc contractu, datione ab una parte factâ, ad implendam fidem contra alteram. 9. *contra A. Fab.*
Permutantur etiam res Eccleſiaſticæ. 10. *Sed quæ ad eam permutationem neceſſaria?* 11.

POſt emtionem & venditionem non tantùm egit compilator Decretalium de locatione & conductione propter rationem, 1
quam in initio tituli præcedentis adſignavimus, verùm etiam de rerum permutatione, quia permutatio vicina atque ſimilis eſt emtioni *l. fin. d. rerum permutat. l. ſciendum 19. §. pen. de ædilit. edict.*
† Permutationis vox accipitur generaliter & ſpecialiter. Gene- 2

raliter accepta comprehendit omnes contractus. *Gloſſ. & Sub. ad rub. C. h. t. n. 3. Cujac. in paratitlis ff. & C. h. t. & Oldendorp. claſſ. 4. art. 38. princ.* Specialiter verò ſumta, eſt contractus innominatus re conſtans, quo is, qui certam ſpeciem dedit, alterum ſibi obligat, ut aliam certam ſpeciem de quâ convenit, præſtet. †
3 Quòd ſit contractus, probat §. *diverſæ 3. I. d. emt. & vendit.* Et ſi
planè non eſſet contractus, cur veteres putârunt eſſe ſpeciem emtionis & venditionis? §. *item pretium 2. I. d. t. & l. 1. §. 1. d. contrah. emt.* Errat igitur *Anton. Faber lib. 6. conject. c. 9* qui permutationem ſcribit non eſſe contractum, ſed cauſam contractûs, & re-
4 rum permutatione contractum fieri. † Eſſe permutationem contractum innominatum conſtat ex *l. 1. §. item emtio 2. d. rerum permutat.* ubi inquirunt Dd. in rationem, cur permutatio ſit innominatus contractus, cùm tamen videatur hic contractus habere nomen haud inelegans? aliam rationem adſignat *Gloſſ. in l. juris gentium 7. §. ſed etſi 2. verbo: facias. d. pact.* aliam *Conſ. lib. 12. miſcellaneor. cap. 15.* aliam *Vult. lib. 1. Juriſpr. Rom. c. 41.* aliam denique *Accurſius ad rubr. C. h. t.* quæ reliquis rationibus præfe-
5 renda videtur. † Præterea dicitur in definitione *re conſtans*, quia non nudâ conventione obligatio hæc contrahitur, ſed rei traditione *d. l. 1. §. item emtio 2. h. t. & l. ex placito 3. C. eod.* Unde conſtat *Vult. d. loc.* permutationem non rectè definire per contractum innominatum, re & conſenſu conſtantem. Quamvis enim omnis contractus, omnisque conventio in ſe habeat conſenſum *l. 1. §. conventionis 3. d. pact.* tamen contractus, qui re fieri dicitur, eſt ſeparatus à contractu, qui fit conſenſu §. *ult. I. d. obligat. &*
6 *l. 1. §. 1. de O. & A.* † Ulteriùs requiritur in definitione, ut certa ſpecies rerum detur *l. 1. C. h. t.* Nam ſi ſpecies certa pro incertâ, aut incerta pro certâ, aut denique certa pro incertâ datur, non fit permutatio, ſed contractus innominatus do ut des, ſi credimus *Gloſſæ ad d. l. 1. verbo: poſtulabis. C. h. t.* quam ſequitur *Vigl. Zvichemus ad l. 2. n. 38. & ſeqq. Si certum petatur*, ubi ait, hanc fuiſſe communem veterum Dd. opinionem, à quâ opinione recedit *Decius in d. l. 2. n. 12. ibique Curtius Junior. n. 29. Alciat. n. 23. & alii plures*, quos citat & ſequitur *Pinell. ad l. 2. C. de reſcindend. vendit.*

dit. part. 2. rubr. c. 1. n. 10. qui omnes putant permutationem fieri non ſolùm cùm ſpecies pro ſpecie, ſed etiam cum ſpecies pro genere datur. Idem vult *Vaud. lib. 1. quæſt. 25. & Facbin. lib. 2. controv. jur. c. 45.* qui movetur 1. *l. ult. C. h. t.* ex quâ patet, permutationem eſſe, cùm aliquid menſtruum in genere vel annuum præſtandum eſt. Verùm reſpondetur *Impp. in d. l. ult.* loqui non generaliter, ſed ſpecialiter de menſtruo, de quo convenit, ut verba illa: *quod placuerit*, oſtendunt *Caſp. Schiferdegb. lib 2. tract. 3. q. 6.* Deinde in *d. l. ult.* agitur de actione præſcriptis verbis, quæ non ſolùm ex permutatione, ſed etiam ex aliis innominatis contractibus oritur *t. t. de præſcript. verb. & in fact. action.* 2. movetur Fachinæus *l. 1. §. 1. de contrab. emt.* ubi patet permutationem appellari, cùm agitur, ut pro togâ datâ recipiatur tunica, vel ferrum pro vino, & ſic in genere. Reſpondetur, non dici in *h. textu*, tunicam pro togâ, & vinum pro ferro in genere debere dari. Datur itaque tunica pro togâ, & vinum pro ferro, ut ſpecies pro ſpecie *Vigl. d. loc. n. 41.* 3. Movetur Fachin. *l. naturalis 5. §. 1. de præſcript. verb.* ubi ita ſcribitur; *ſin autem rem do ut rem accipiam; quia non placet permutationem rerum emtionem eſſe: dubium non eſt, naſci civilem obligationem.* Quæ verba probare videntur, contrahi permutationem, cùm rem do, ut rem accipiam, intellige in genere. Sed verba hæc: *in genere*, non habentur in textu, ideoque per rem intelligimus ibi rem certam ſeu individuum. Denique movetur Fachin. *rubricâ noſtrâ*, quæ inſcribitur, *de rerum permutatione*, & ita in genere, non verò de ſpecierum permutatione, & ſic rerum certarum. Ad quod dubium reſpond. voce *rerum* in *d. rubr.* intelligi res certas *arg. l. in toto 80. de R. J. & d. l. 1. C. h. n. t.* † Quià verò ex iis, 7 quæ diximus, conſtat, ſpeciem certam cum certâ ſpecie poſſe permutari; ideò ulteriùs quæritur, nùm ſpecies iſtæ debeant eſſe ejusdem generis? quod affirmat *Vult. d. cap. 41.* Alii autem putant, ſpecies in permutatione poſſe eſſe diverſorum generum, quod etiam vult *Sich. d. loc. n. 4. Oldendorp. d. loc. & Hotomann. in Epit. h. t.* quorum opinio de jure nobis videtur verior, propter *d. l. 1. §. 1. d. contrab. emt.* ubi commutatur vinum cum ferro, & dicitur permutatio contrahi. Nec adverſatur *d. l. 1. C. d. rer. permutat.*

 quia

quia non negamus permutari etiam poſſe ſpecies ejuſdem generis.
8 † Quæritur etiam, an res aliena permutari poſſit? quod negamus per *d. l. 1. §. ideòque 3. eod. tit.* ubi dicitur, quòd dans alienam rem, nullam contrahat permutationem. Deinde permutatio eſt mutatio dominii *l. ſcribit 34 in f. princ. d. aur. arg. legat.* Aliud videtur velle *d. l. 1. C. h. t.* in quâ res aliena eſt data, & tamen dicitur permutatio. Verùm reſpondemus, ſi alienam rem Titio dedi, iſque nolit rem promiſſam commutare, non poſſum ad implementum experiri, quia rem non cum effectu tradidi, ſiquidem à vero domino avocari poteſt, & ita, quia rem alienam dedi, nullam contraxi permutationem *d. l. 1. §. ideoque 3.* Interim Titius tenebitur mihi reddere rem alienam à me traditam, ſi is rem ſuam nolit mihi tradere *d. l. 1.* videatur *Pac. cent. 5. Evavτ. q. 22. & Joan.*
9 *Sich. in d. l. 1. n. 5. C. d. rerum permutat.* † Denique diximus in definitione permutationis, quòd is, qui certam ſpeciem dedit, intellige, animo commutandi, alterum ſibi obliget, ut aliam certam ſpeciem, de quâ convenit, præſtet, quia ex hoc contractu agitur, ut fides placiti impleatur *l. cum precibus 4. C. h. t.* Putat quidem *Anton. Fab. d. cap. 9.* ſi ex unâ tantùm parte traditio facta ſit, nondum eſſe permutationem, nec poſſe eum, qui tradidit, agere ex causâ permutationis in id, quod ſuâ intereſt, illam rem accepiſſe, de quâ convenit, ſed tantùm, ut res data reddatur, condictioni locum eſſe, quaſi re non ſecutâ, propter *d. l. 1. inf. h. t.* & in electione eſſe ejus, qui rem accepit, utrùm ex parte ſuâ contractum implere velit, an verò quod accepit, reſtituere *d. l. cum precibus 4.* Sed *hac lex 4.* manifeſtè refellit Fabri ſententiam, in quâ permutatio eſt, licèt una pars tantùm tradidit, & datur ei, qui tradidit, & non ei, qui accepit, electio, utrùm contractum velit impleri, an verò quod dedit, reſtitui. *Vult. ad §. actionum 28. n. 62. Inſt. d. act.* Nec obſtat *d. l. 1. in fin. h. t.* quia ſenſus eſt, non, quòd omninò agi non poſſit ad id, quod intereſt, ſed quòd non tantùm, ut *Gloſſa* iſtum textum ibi interpretatur *in verbo: agimus*, aut ut *Donell. lib. 20. comm. jur civil. c. 5.* quòd non omnimodò & neceſſariò ac ſine exceptione. *Hotom.* autem *in Epit. h. t.* iſtum textum legit ſine negatione, hôc modô: *Si alter rem nolit tradere, in hoc agemus, quod inter-*

intereſt noſtra illam accepiſſe, de quâ convenit. Verùm à correctione textûs debemus abſtinere. Quod enim erit in jure noſtro certum, ſi, quoties videtur, pro arbitrio noſtro licebit receptas ſcripturas immutare? Ex quibus intelligimus, quid ſit permutatio.
† Locus autem eſt permutationi non tantùm in rebus privatorum, verùm etiam Eccleſiæ, ut probat hic titulus noſter. 10
† Ad quam tamen permutationem quædam ſunt neceſſaria, de quibus breviter videbimus. 11 Primò autem poteſt Princeps, ſi cauſa rationabilis id expoſcat cum re Eccleſiaſticâ & immobili rem ſuam majorem vel æqualem permutare, pragmaticâ ſuper hoc præcedente ſanctione *cap. 1. h. t. & can. ea enim. §. ſed & permutare 2. cauſa 10. q. 2.* Diximus, *ſi cauſa rationabilis id expoſcat*, h. e. ſi permutatio iſta Eccleſiæ ſit utilis: Si enim eſt damnoſa Eccleſiæ, & inconſultè facta, non valet. *cap. ut commutationes 2. h. t. n.* Quid verò ſit pragmatica ſanctio, explicant *Dd. ad rubr. C. de diverſis reſcriptis & pragmaticis ſanctionib. Hotom. in comment. verborum jur. in verbis: pragmatica ſanctiones. & Pardulphus Prateius in lexico juris.* Deinde ſcribitur in *cap. mancipia 3. h. t.* quòd mancipia Eccleſiaſtica non debeant permutari, niſi ad libertatem, *cap. mancipia 3. h. n. t.* ubi redditur illa ratio, quòd ſemel Deo conſecratum eſt, ad humanos uſus transferri non decet. Quæ ratio deſumta eſt ex *cap. ſemel 51. d. R. J. in 6.* Sic etiam ſervi Eccleſiæ cum profanis non poſſunt permutari, niſi ſint fugitivi *cap. injuſtum videtur 4. h. n. t.* Quis autem dicatur ſervus fugitivus, explicatur in *l. quid ſit fugitivus 17. d. ædil. edicto.* Præterea præbendæ pacto præcedente permutari non poſſunt, *cap. quæſitum 5. h. n. t.* quia pactio iſta ſemper labem continet ſimoniæ, ut ibi ſcribitur, & in *cap. ult. de pactis.* Sic etiam ſpirituale cum temporali permutari non poteſt *cap. ult. h. n. t.* Nam dare ſpirituale pro temporali, aut temporale pro ſpirituali, ſimonia eſt *cap. cum eſſent. 12. & cap. querelam 15. d. ſimoniâ, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.* Tanta autem eſt labes ſimoniæ, ut ſimoniacum accuſare poſſit etiam ſervus quilibet criminoſus & meretrix *cap. Tanta 7. d. ſ.* Denique ad permutationem beneficiorum opus eſt autoritate Epiſcopi, nam beneficia ſua perdunt, qui propriâ autorita-

te ea

te ea permutant. *cap. cum olim 7. h. t. n.* Debent igitur in manus Epiſcopi priùs reſignari beneficia, & ab eo utrinque alteri alterius beneficium conferri *cap. unic. h. n. t. in 6.*

Notabilia.

1. Quod ſemel Deo conſecratum eſt, ad humanos uſus transferri non decet *cap. mancipia 3.*

2. Eleemoſyna unius non debet fieri alterius peccatum *cap. injuſtum 4.*

3. Dolus ſuus nemini patrocinium afferre debet. *cap. cùm olim 7. in fin.*

4. Deceptis, & non decipientibus jura ſubveniunt *cap. cum univerſorum 8.*

5. Simplicitati venia eſt tribuenda *d. cap. 8.*

De Feudis.
Titulus XX.

Summaria.

Continuatio. 1.

Feudi etymon, definitio & defin. explic. 2. ſeqq. usque ad 7.

Ab uſufr. qui differat? 3.

Eſt rei ſolùm immobilis. 4.

An dominus, qui à vaſallo recepit feudum in pignus, abſtinendo ab ejus ſervitio, teneatur computare fructus in ſortem? 7.

An prælatus, non obſtante juramento de non alienando, rem poſſit in feudum dare, inconſulto Rom. Pontifice? 8. ubi expl. c. 2. h.

Quan-

Digitized by Google

Quando & quomodo feudum amittatur? 9. *&*
amiſſum ad quem debeat devolvi? 10.
Feudum Eccleſiæ, à vaſallo propter alienationem amiſ-
ſum, poterit Epiſcopus laico concedere. 11.

ALienationis verbum generale eſt, & continet non ſolùm em- 1
tionem venditionem, locationem conductionem, emphyteu-
ſin & rerum permutationem *cap. nulli liceat 5. verſ. alienationis*
autem verbum. d. reb. Eccleſiæ alienandis, vel non; de quibus con-
tractibus hactenus dictum fuit, verùm etiam feudum, quia per feu-
dum quoque fit alienatio: transfert enim jus in vaſallum, quod
utile dominium appellant Dd. communiter. Rectiùs autem di-
cunt alii dominium juris, quod etiam habet uſufructuarius *l. qui*
uſumfructum 3. ſi uſusfructus petatur, vel ad alium pertin. neg. & l.
ſemper is. 5. ergò 8. quod vi aut clam. & reliqui, qui jus in re ha-
bent. Ob quam cauſam tractat nunc Decretalium compilator
de Feudis. † Feudum autem à fidelitate ſeu fide dictum *cap.* 2
Inveſtitura in f. per quas fiat & per quas recipiatur 2. F. 3. rectè de-
finitur, quòd ſit uſusfructus quidam rei immobilis, ſub conditione
fidei & obſequii ex benevolentiâ domini conceſſus. Quam defini-
tionem breviter explicabimus. Quòd feudum ſit *uſusfructus*, ap-
paret ex *cap. Obertus de orto. verſ. Hujus autem generis. In quibus*
cauſis feudum amittatur 2. feud. 23. adjecimus autem in definitio-
ne feudi particulam, *quidam,* ad differentiam illius uſusfructus,
qui eſt ſervitus perſonalis *arg. l. legatum 1. I. de legatis,* de quâ par-
ticulâ videatur Philoſophus doctiſſimus *Goclenius de ratione defi-*
niendi part. 2. Canone 9. conſectar. 4. except. 1. † Occurrunt 3
autem aliquot differentiæ inter uſumfructum, qui eſt ſervitus &
inter uſumfructum feudalem. Primò enim ille conſtitui poteſt in
rebus tàm mobilibus, quàm immobilibus §. *conſtituitur 2. Inſt. de*
uſufr. & 1. t. d. uſufr. earum rerum quæ uſu conſum. Hic verò tantùm
in immobilibus rebus, & quæ ipſis connumerantur *cap. Obertus d.*
orto. verſ. ſciendum eſt autem, de feudi cognit. 2. f. 1. & d. cap. Ober-
tus de orto. In quibus cauſis feud. amit. 2. feud. 23. Deinde in uſu-
fructu feudali ſemper fidelitas præſtatur *cap. Inveſtitura in f. per*

quos fiat inveſtitum & per quos recipiatur 2. feud. 3. & utplurimùm quoque ſervitium *d. cap. Obertus de Orto in fin. In quib. cauſ. feud. amittat. 2 F. 23.* quod in uſufructu, qui eſt ſervitus, fieri non ſolet. Denique uſusfructus, qui ſervitus appellatur, cum perſonâ uſufructuarii extingui ſolet. *§. finitur 3 l. d. uſufr. l. ſicut in annos. §. fin.*
3 *quib. mod. uſufr. vel uſus amittit. l. uſumfructum 5. de uſu & uſufr. legat. & l. pen. C. d. uſufruct. & habitatione.* Ratio eſt, quia uſusfructus cohæret perſonæ *l. ſi Titio 33. d. uſufr. & quemadm. quis utat. fruat. l. interdum 10. in fin. d. uſufr. accreſc. & d. l. ſicut in annos 3. §. fin.* Quæ verò perſonæ cohærent, cum perſonâ extinguuntur *cap. privilegium 7. d. R. J. in 6. l. exceptiones 7. pr. d. except. & l. quia tale 13. ſolut. matrimon.* uſusfructus feudalis ad heredes regulariter in infinitum tranſit *cap. quia de feudis §. & quia vidimus 1. de his qui feudum dare poſſ. 1. f. 1.* quæ omnia probant, uſumfructum, qui eſt ſervitus, & in jure civili definitur, quòd ſit jus alienis rebus utendi fruendi ſalvâ rerum ſubſtantiâ *princ. Inſtit. de uſufruct. & l. 1. d. uſufr. & quemadmod. quis utatur fruatur.* planè alium eſſe ab hoc uſufructu feudali, quod particulâ, *quidam*, quam ſuperiori definitioni inſeruimus, ſignificare voluimus. † Eſt
4 autem feudum uſusfructus quidam rei immobilis *d. cap. Obertus de Orto. verſ. ſciendum eſt, de feudi cognitione 2. feud. 1.* quia res mobiles conſumuntur per uſum, & ita proprietas rei in feudum datæ extingueretur, quæ tamen ſemper penes dominum debet remanere *cap. cum de re §. quamvis 2. de inveſtiturâ de re alienâ fact. 2. feud. 8.* Nec adverſatur, quòd certa pecuniæ ſumma annuatim ex Camerâ Principis ſolvenda in feudum concedi poteſt, quod feudum Cameræ appellari ſolet; quia reſpondetur, illud feudum conſiſtere in iis, quæ inter immobilia connumerantur *d. cap. Obertus de Orto. §. ſciendum eſt*, & Cameram ipſam eſſe quaſi fundum, qui fructus profert, quare ſicuti ad uſufructuarium pertinet damnum, ſi per annum fructus non naſcuntur in fundo; ita & in hoc fundo Cameræ vaſallus ſuſtinet damnum, neque dominus ſolvere ei tenetur pecuniam, ſi Camera ſine ejus culpâ ita eſt exhauſta, ut ſolvi non poſſit *cap. notandum eſt princ. de notis feudor. 2. feud.*
5 *58.* † Præterea addidimus in definitione feudi: *ſub conditio-*

ne ſi-

ne fides & obſequii propter *cap. Inveſtitum in fin. per quos fiat inveſtitura 2. f. 3. & cap. Eſt & alia d. novâ form. á fidelitat. 2. feud. 7.* † Denique diximus: *ex benevolentiâ domini conceſſus d. cap. Obertus de Orto, in quibus cauſis feudum amittat, 2. f. 23.* ob quam etiam cauſam feudum appellatur beneficium *cap. de Marchiâ, de feudo Marchia vel ducatûs vel comitatûs 1. feud. 14. rubr. & cap. Prima autem cauſa. quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi 2. feud. 24. aliisque ſimilib. textib. Joan. Borcholten. d. feud. c. 1. n. 10. cum ſeqq.* & amore acquiſitum *cap. ſi quis. verſ. Feudum enim, de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ 1. f. 27.* Aliorum definitiones videantur apud *Curt. Junior. part. 1. d. feud. q. 6. c. 7. n. 1. Clarum lib. 4. ſentent. §. Feudum q. 4. Nicolaum Intrigliolum tr. de feud. q. 1. n. 6. cum ſeqq. Cujac. in proœm. feudor. & Duaren. d. feud. c. 2.* 6

† Cæterum in *h. t.* duæ proponuntur de feudo quæſtiones, una eſt, utrùm dominus, qui à vaſallo recepit feudum in pignus, abſtinendo ab ejus ſervitio, teneatur computare fructus in ſortem? quod primâ facie videbatur dicendum, propter *cap. conqueſtus eſt 8. de uſur.* ubi ſcribitur, *diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi terram ipſam titulo pignoris detinetis, & de fructibus ejus ſortem recepiſtis, prædictam terram clerico memorato reddatis.* Ideò autem in hoc capitulo fructus rei pignoratæ in ſortem imputantur, quia uſura eſt, cùm amplius requiritur, quàm quod datum eſt *can. uſura 4. cauſa 14. q. 3.* Uſuram autem jure canonico eſſe prohibitam, oſtendit *d. tit. d. uſur.* Sed non obſtante hoc textu, dicitur in *cap. 1. h. t. n.* quòd fructus non debeant computari in ſortem; quando dominus à vaſallo recipit feudum in pignus, & abſtinet ab ejus ſervitio, quia citra uſuræ vitium & fructus feudi retinere, & ſortem exigere poteſt. Nam frequentiſſimè fructus rei feudalis ſunt ejusdem æſtimationis & valoris, cujus ipſa ſervitia & ipſæ operæ, quæ ratione feudi à vaſallo domino debentur, à quibus ipſe vaſallus liberatur interim, dum res apud dominum eſt jure pignoris. *Didac. Covarruv. lib. 3. variar. reſolut. c. 1. n. 4.* ubi etiam alios adducit. Quibus addi debet *Henricus Zaſius ad h. n. tit. n. 5. & ſeqq.* 7

8 † Altera quæſtio eſt de prælato, qui juravit, ſe nolle de novo alienare aut infeudare, utrùm, non obſtante juramento, rem poſſit

in feudum dare, Romano Pontifice inconſulto? Et afferuntur tres caſus in *cap. ex parte 2. h. n. 1.* in quibus, juramento non obſtante, poteſt Prælatus aut Epiſcopus antiquum feudum ad Eccleſiam reverſum novo vaſallo concedere. *Primus caſus eſt*, ſi vaſallus Eccleſiæ deceſſit, & feudum, quod ab Eccleſiâ habebat, eſt devolutum ad Epiſcopum, poteſt Epiſcopus illud alteri dare, quamvis juraverit, ſe non velle de novo infeudare ſine conſenſu Romani Pontificis. Ratio eſt, quia juramentum hoc refertur duntaxàt ad res, quæ ſunt de menſâ Eccleſiæ, h. e. ad eas res, quarum dominium directum & utile eſt penes Eccleſiam, non autem ad bona feudataria, vel emphyteuticaria. Nam ſi iſta revertantur ad Eccleſiam, poteſt Prælatus alicui concedere de novo hæc bona, non obſtante juramento de non alienando, quia non videtur nova alienatio, ex quo à principio fuit ſancitum, ut illa bona darentur in feudum vel emphyteuſin. *Abbas ad d. capit. 2. n. 3. Secundus caſus eſt*, ſi vaſallus feudum, quod ab Eccleſia tenebat, alienavit ſine conſenſu domini, & ita illud amiſit, poteſt Epiſcopus filium vaſalli, vel conſanguineum ejusdem feudi conſortem de ipſo inveſtire *d. cap. 2. verſ. ad hæc ſi vaſallum tuum &c. & verſ. atque in ſecundo filium &c.*

9 † Sciendum autem eſt, vaſallum feudo ſemel acquiſito ſine juſtâ & legitimâ causâ privari non poſſe *cap. ſancimus, de feudo ſine culpâ non amittendo. 1. feud. 21. & capit. de naturâ feudi. 1. feud. 7.* Sunt autem variæ cauſæ, ob quas vaſallus feudum ſoleat amittere. Ex iſtis cauſis etiam eſt, ſi vaſallus feudum ſine domini conſenſu alienaverit *capit. Imperialis, de prohibitâ feudi alienatione per Lothar. 2. feud. 52. capit. Imperialem in pr. de prohibitâ feudi alienatione per Frideric. 2. feud. 55. & capit. Eſt autem pr. Qualiter olim poterat feudum alienari 2. feud. 9.* Per alienationem verò intelliguntur omnes modi, quibus quid ex unius patrimonio, ita in alterius transfertur, ut illud minuatur, hoc augeatur, ſive res ſit, ſive poſſeſſio, ſive jus *l. fin. C. de rebus alien. non alienand.* Non igitur poteſt vaſallus feudum legare *capit. ſequitur, in princ. de ſucceſſione feudi 1. feud. 8.* dare in ſolutum *arg. l. 1. C. d. fundo dotali* aut in dotem *d. capit. Eſt autem §. donare 1. Andr. Fachin. lib. 7. controv. jur. cap. 78.* donare *d. §. donare 1,* oppignorare

rare *d. capit. Imperialem pr.* hypothecare, quia & hypotheca eſt ſpecies alienationis *d. l. fin. Hotom. vol. 1. conſil. 3. & Weſenb. tract. feud. cap. 11. n. 5.* ubi ita uſu ſervari ſcribit, aut quocunque modo alio diſtrahere ſeu alienare *d. capit. Imperialem pr.* Solet autem amitti feudum non ipſo jure, ſed per ſententiam judicis *capit. Sancimus. de feudo ſine culpâ non amittendo 1. feud. 21. capit. ſancimus. §. ſancimus, quo tempore miles inveſtituram petere debeat. 1. feud. 22. & capit. Si de feudo. §. vaſallus, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli. 2. feud. 26.* Ratio affertur in *capit. domino. §. ad hoc, hîc finitur lex, deinde conſuetudines regni incipiunt. 2. feud. 28. Duar. de feudis capit. 15. n. 4. & Joan. Ferrar. Montanus lib. 4. feud. capit. 3.* † Ad quos autem feudum a- 10 miſſum debeat, devolvi quæri ſolet. In dicto *capit. 2.* revertitur feudum ſine domini conſenſu alienatum ad Eccleſiam, & poteſt Epiſcopus illud novo vaſallo concedere. Non poteſt autem illud filius jure ſucceſſionis habere, quia, quando vaſallus alienat feudum domino inconſulto, perdit jus feudi, & filius non habet jus in illo *d. capit. Imperialem. verſ. habito ergò conſilio &c. Gloſſa ad d. capit. 2. verbo: inveſtire.* Aliàs in hâc quæſtione ita diſtinguunt Dd. Vel enim, ajunt, feudum amiſſum eſt propter voluntatem vel propter delictum; quando ob voluntatem feudum eſt amiſſum, quod fit, ſi vaſallus illud refutaverit, aut votum religionis aſſumſerit, devolvitur ad vaſalli filios *capit. quidam vaſallus, de vaſallo decrepitæ ætatis 2. feud. 14.* Ob delictum feudum amittitur vel vaſalli vel domini. Si ob delictum vaſalli, videndum eſt, num feudum ſit novum vel antiquum. Si enim novum eſt, redit ad dominum excluſis deſcendentibus, ſive felonia ſit commiſſa in perſonam domini ſive in alium *capit. prætereà, Quid juris, ſi poſt alienationem feudi vaſallus id recuperaverit. 2. feud. 44. capit. Si vaſallus, de vaſallo, qui per conſtitutionem Lotharii Regis beneficium alienavit 2. feud. 38. capit. ſi quis. verſ. cum autem, an ille, qui interfecit fratrem domini ſui feudum amittat. 2 feud. 37. capit. Imperialem, verſ. callidis. de prohibitâ feudi alienatione per Frideric. 2. feud. 55. & capit. prima autem cauſa. §. denique, quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi 2. feud. 24.* Si verò feudum eſt antiquum, pertinet

illud vel ad dominum, vel ad agnatos vaſalli proximos. Ad dominum pertinet, ſi in ipſum felonia ſit commiſſa *d. capit. ſi quis. verſ. cum autem d. capit. prima autem cauſa.* §. *denique ult. vid. Andr. Fachin. d. lib. 7. controv. jur. cap. 22.* Ad agnatos verò pertinet, ſi in alium vaſallus deliquerit, & non in dominum *d. capit. prima autem cauſa.* §. *denique ult.* Denique ob delictum domini feudi amiſſi proprietas pertinet ad vaſallum, ſive in vaſallum, ſive etiam in alium deliquerit dominus, *d. capit. ſi de feudo.* §. *domino, ſi de feudo defuncti lis ſit inter dominum & agnatos vaſalli 2 feud. 26.* quod ibi explicat *Alvarott. n. 1.* † *Tertius ſeu ultimus caſus*
31 *eſt*, ſi vaſallus feudum, quod ab Eccleſiâ tenebat alienavit, & propterea amiſit, neque poteſt Eccleſia de facili illud feudum recuperare, permittitur Epiſcopo prædictum feudum Laico concedere, qui & illud recuperet, & ab Eccleſiâ recognoſcat *d. capit. 2. verſ. alia quoque dubitatio & verſ. in tertio feudum &c.* Ratio hujus caſus poteſt deſumi ex *can. duo 1. diſtinct. 13.* ubi ita ſcribitur: *duo mala licet ſint omninò cautiſſimè præcavenda, tamen ſi periculi neceſſitas ex his unum perpetrare compulerit, id debemus reſolvere, quod minori nexu noſcitur obligare*; Quia verò minus malum eſt feudum alicui concedere, qui illud recuperet, & ab Eccleſia recognoſcat, majus autem planè illud perdere, ideò illud malum huic meritò præfertur in *d. cap. 2.*

De Pignoribus & aliis cautionibus.

Titulus XXI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Pignus unde, & quid? 2.
Qui poſſint oppignerare? 3. 4. 5. 6. 7. *Ob quam cauſam, & quas res?* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
Pignus recipit conditionem, diem, & pactum antichreſeos.

ſeos. 17. (quod tamen Canones averſantur. 18.) & alia pacta. 19. non etiam commiſſorium. 20.).

Finis pignoris. 21.

Cui, adverſus quem, & ad quid detur ex hoc contractu actio directa? 22. 23. & contraria? 24.

Pignus qui diſſolvatur? 25.

De aliis cautionibus. 26.

HActenus egit Decretalium compilator de principalibus con- 1
tractibus, quibus fit alienatio, nunc proponit contractus ac-
ceſſorios, quibus etiam fit alienatio; Hi autem ſunt pignora & a-
liæ cautiones atque fidejuſſores. † Pignus, quod à pugno ap- 2
pellatur *l. plebs eſt 238. §. pignus 2. d. verb. ſignif.* definitur contra-
ctus realis, quo creditori jus in re alicujus conſtituitur propter cre-
diti reſtituendi fidem. *Cujac. in par. d. pignor. & hypothec. & Vult.*
lib. 1. jurisprud. Romanæ cap. 34. † Cauſa efficiens pignoris
ſunt perſonæ, quæ oppignorare poſſunt, tales autem ſunt domini, 3
qui ſunt vel pleni vel minùs pleni. Quin pleni domini, quibus ta-
men rem alienare licet, rem pignori dare poſſint, non dubitatur
l. qui filios 6. C. quæ res pignori oblig. poſſ. l. ſi probaveris 2. l. quæ
predum 6. C. ſi aliena res pignori data ſit l. ſed & 9. princ. & l. &
quæ 15. §. quod dicitur 1. de pignorib. & hypoth. Nec refert † u- 4
trum mares ſint vel fœminæ, modò fœminæ pro ſe id faciant. *l. a-*
liquando 13. princ. ad SCtum Vellejan. quia pro alio res ſuas pigno-
ri dare non poſſunt. *l. mulier. 11. C. d. diſtinctione pignorum.* †
Minùs pleni domini dicuntur, qui jus in re habent, quales ſunt 5
emphyteutæ, uſufructuarii, ſuperficiarii creditores, qui omnes poſ-
ſunt oppignorare *l. grege 13. §. cum pignori 2. & §. & in ſuperficia-*
riis 3. l. ex vectigali 31. d. pignorib. & hypoth. 1. t. C. ſi pignus pigno-
ri datum ſit, & l. fructus 72. d. R. J. † Deinde dominorum 6
loco habentur tutores & curatores *l. tutor. 27. d. adminiſtratione*
& pericul. tutor. l. qui fundum 7. §. ſi tutor 3. pro empt. & l. inter-
dum 56. §. qui tutelam 4. de furtis. Hi autem habent oppignoran-
di po-

di poteſtatem, modò in rem pupilli adoleſcentis vel furioſi pecu-
niam mutuam accipiant. *l. tutor 16. in pr. d. pignor. act. & l. cura-*
7 *tor 3. C. ſi res alien. pignor. data ſit.* † Denique poteſtatem
oppignorandi à domino habent Procuratores, quibus vel ſimpli-
citer eſt mandatum, ut pignori dent *l. ſolutum 11. §. ult. de pi-*
gnorat. act. vel univerſorum bonorum adminiſtratio eſt permiſſa
ab eo, qui ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere. *l. vel*
univerſorum 12. eod. tit. vid. Donell. d. pignor. cap. 8. Et hæc eſt cau-
8 ſa efficiens pignoris. † Sequitur materia, per quam intelli-
gimus res ad pignus pertinentes, in quibus conſideratur 1. quarum
rerum gratia pignus contrahatur, 2. quæ res pignori dari poſſint.
Contrahitur pignus propter quamcunque obligationem *l. res hy-*
9 *pothecæ 5. in princ. in §. final. d. pignorib. & hypothec.* † Poſ-
ſunt autem dari res pignori omnes, quæ non prohibentur. Ex nu-
mero autem rerum prohibitarum ſunt res, quæ ſunt in nullius
bonis, veluti ſacræ, ſanctæ, religioſæ, publicæ, liber homo, *l. ſi monu-*
mento 3. l. qui filios 6. C. quæ res pignori obligari poſſunt vel non.
l. fin. eod. tit. l. hanc legem 22. d. contrah. emt. & l. inter 33. §. ſa-
cram. 5. d. verbor. obligat. de libero homine eſt etiam textus *in ca-*
pit. lator. 2. hoc noſtro tit. de quo videatur ibi *Vivian. in rationali*
10 *juris Pontificii.* Quibus annumerantur † 1. res litigioſæ *l. 1. §. ult. quæ*
11 *res pignori vel hypothecæ data obligari non poſſunt.* † 2. In-
ſtrumenta ad agriculturam deputata *l. Executores 7. l. pignorum*
8. cum auth. ſeq. C. quæ res pignori obligari poſſunt, vel non. † 3.
12 Res Eccleſiæ, nam illæ quoque oppignorari non debent, niſi ex ne-
13 ceſſitate & rationabili cauſa *capit. 1. h. n. tit.* † 4. Res alie-
næ, niſi dominus velit, vel pignus illud ratum habeat. *l. aliena 20.*
pr. de pignorat. action. Nec adverſatur, quòd pignus, quod accepi,
poſſum alii pignori dare. *l. grege 13. §. cum pignori 2. d. pignoribus*
& hypothec. quia non oppignoratur res aliena, ſed jus, quod in eâ
14 habeo. † 5. Præmia futuræ victoriæ *l. ſpem 5. C. quæ res pi-*
15 *gnori obligari poſſunt, vel non.* † 6. Quæ purè vel ſub certo
die per legatum ſunt relictæ *l. ſi duobus 3. §. ſed quia 2. C. comm.*
16 *legat.* † 7. & ultimò jura prædiorum urbanorum *l. ſi is 11.*
17 *§. ult. de pignorib. & hypoth.* † Ad formam pertinet, quod
pignus

pignus recipiat conditionem *l. ſi fundus 16. §. aliena 7. d. pignorib.*
& hypothec. Item diem *Dan. Moller. lib. 4. ſemeſtrium. c. 24. & We-*
ſenb. ad d. tit. n. 4. & pactum juſtum, non autem injuſtum: Per ju-
ſtum pactum intelligimus antichreſin *l. ſi is 11. §. 1. d. pignorib. &*
hypothec. quæ eſt ſpecies pignoris ita dati, ut donec pecunia ſol-
vatur, pignore creditor utatur fruatur, in vicem uſurarum, *l. Ga-*
jus Sejus 39. d. pignorat. act. l. ſi eâ lege 17. C. d. uſuris & l. ſi ſervus 6.
C. quod cum eo, qui in alien. poteſt. eſt. negot. geſt. eſſe dicatur. Cujac.
lib. 3. obſervat. cap. 35. & Donell. d. pignorib. cap 13. † Quod 18
tamen pactum jure Canonico habetur pro uſurario, & propterea
rejicitur *cap. 1. & 2. de uſuris. capit. illo vos 4. & capit. cum contra 6.*
h. n. t. † Videatur *l. 1. l. 2. C. d. pactis pignor. l. ult. C. d. diſtra-* 19
ctione pignor. l. à divo 15. §. ſi pignora 3. d. re judicata, in quibus tex-
tibus proponuntur etiam alia pacta licita, quæ pignori adjici poſ-
ſunt. † Injuſtum autem pactum eſt lex commiſſoria, ſi vi- 20
delicèt ita convenerit, ut ad diem pecuniâ non ſolutâ creditor pi-
gnus ſibi habeat, *l. ult. C. d. pactis pignor. & capit. ſignificante 7.*
h. t. n. † Denique finis, propter quem pignus conſtituitur, a- 21
lius eſt ex parte debitoris, ut nimirùm ei magis pecunia credatur,
& alius ex parte creditoris, ut ei magis in tuto ſit creditum *§. ult.*
Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. plus enim cautionis eſt in re, quàm
in perſonâ debitoris *l. plus cautionis 25. d. R. J.* & expedit credi-
tori pignori potiùs incumbere, quàm in perſonam, intellige debi-
toris, licèt is idoneus ſit, agere §. *unde 14. Inſt. d. obligat. quæ ex*
delict. naſc. quaſi dicat Imperator, melius eſt poſſidere, quàm in
perſonam experiri. *l. 1. §. 1. d. ſuperficiebus.* & rem apud ſe habere,
quàm contra alium agere, litisque periculo ſe ſubjicere, *l. ſi is 59. d.*
furtis. Nicol. Bellonus lib. 1. ſupputat. jur. capit. 8. † Producit autem 22
pignus actionem pignoratitiam, quæ eſt directa & contraria. Di-
recta datur ei, qui pignus dedit, etiamſi non ſit dominus rei oppi-
gnoratæ. *l. ſi rem 9. §. Is quoque 4. d. pignorat. act.* ſed prædo *l. ſi*
pignore 22. §. ſi prædo 2. d. tit. Tutori quoque competit hæc a-
ctio, & hæredibus ejus, qui oppignoravit. *l. ſolutum 11. §. ſi quaſi 2.*
& §. ſeq. eod. tit. & l. ſi uxor 12. C. d. pignorib. & hypothec. & qui-
dem contra creditorem, ſine legitima cauſa pignus retinentem,

accipientemque pignus, nullâ ab eo ſolutione factâ. *d. l. ſolutum 11. §. ſi quaſi 2. cum §. ſeq.* & contra ejus heredes *l. nec creditores 10. C. de pignorat. act.* Non autem datur adverſus tertium poſſeſſorem *l. petenti 27. eod. tit.* quia hæc actio eſt perſonalis *l. fin. C. d. diſtractione pignorum.* Ut autem competat directa hæc actio, omnis pecunia exſoluta eſſe debet, aut eo nomine ſatisfactum eſſe. *l. ſi quis 4. §. 1. d. reb. credit. & d. l. ſi rem 9. §. omnis 3.* Si quid igitur minimum ſupereſt ex pecuniâ debitâ, totum pignus tenetur, & non naſcitur actio hæc. *d. l. ſolutum 11. §. ſi in ſortem 3. l. quamdiu 6. Cod. d. diſtractione pignorum, & l. fin. C. debitorem venditionem*
23 *pignoris impedire non poſſe.* † Et datur hæc actio, ut res pignorata cum fructibus reſtituatur *d. l. ſi rem 9. §. ult. d. l. ſi pignore 22. §. ſi prædo 2. l. ſi debitor 40. §. ſoluta 2. d. pignorat. act. l. 1. cum l. ſeq. C. eod. tit. & § ult. Inſt. quibus mod. re contrah. oblig.*
24 † Et creditor dolum & culpam levem præſtat. *l. ſi ut certo 5. §. nunc videndum 2. commod. vel contr.* quia pignus debitoris & cre-
25 ditoris gratiâ datur *d. §. ult.* † Sequitur contraria actio pignoratitia, quæ datur creditori adverſus debitorem, ut conſequatur neceſſarias impenſas, quas in pignus fecit, quô caſu etiam habet pignoris retentionem *l. ſi. neceſſarias 8. princ. & l. ſi ſervus 25. d. pignoratit. act.* Datur etiam cùm debitor rem alienam vel alii pignoratam, vel in publicum obligatam dedit creditori ignoranti *l. tutor. 16. §. 1. d. tit.* aut ſervum furem, *l. ſi ſervus 31. eod. tit.* aut pro aureo poculo æneum *l. 1. §. ult. eod. tit.* aut ſi alio modo deceptus fuerit creditor in pignore contrahendo *l. ſi in pignore 54.*
26 *de fidejuſſoribus & mandator.* † Solvitur autem pignus variis modis 1. ſolutione debiti *l. item liberatur 6. pr. quib. mod. pign. vel hypoth. Solvitur* & quidem totius *l. ſi rem 9. §. omnis 3. d. pignorat. act. & aliis ſimilib. textibus.* 2, Si debitor pecuniam obtulerit *d. l. item liberatur 6. §. 1.* eamque creditore recuſante obſignaverit & depoſuerit *l. ult. C. d. pignorat. act. l. ſi priusquam 8. C. d. diſtractione pignorum l. obſignatione 9. C. d. ſolutione & liberatione & l. acceptam 19. C. de uſuris.* 3. Si alio modo ſatisfactum ſit creditori *d. l. item liberatur 6. princ.* quia ſibi imputare debet creditor, qui ſatisfactionem admiſit vice ſolutionis *d. l. 6. §. qui-*

pam.

Digitized by Google

partus 1. 4. Si à pignore diſcedatur *l. ſolvitur 5. princ. quib. modis pignus vel hypoth. ſolv.* quod fit venditione pignoris *l. ſi debitor 4. §. 1. d. tit.* pignoris remiſſione *d. §. 1. l. ſi conſumſit 7. in princ. l. ſicut 8. §. ſed ſi 13. & l. Lucius 11. d. tit.* & pacto de non petendo *d. l. ſolvitur.* 5. De aliis etiam modis ſolvendi pignus tractat *Donell. d. pignor. c. ult. & Weſenb. in ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv. n. 5.* Et tantùm de pignoribus. † Per alias cautiones in noſtrâ rubricâ intelligitur cautio fidejuſſoria, quam uſufructuarius præſtat, qnod uti frui rebus immobilibus ſalvâ ipſarum ſubſtantiâ, & pecuniam atque æſtimationem mobilium, quæ uſu conſumuntur, finito uſufructu reſtituere velit. *cap. ult. h. n. tit.* De reliquis cautionibus, ad quas prædicta etiam rubrica reſpicit, videatur *Speculat. lib. 4. rubric. d. diverſis cautionibus, & Marant. part. 6. ſpeculi ſui membro 8.* 16

Notabilia.

1. Mulieribus multus favor in recuperandis dotibus debetur *cap. ex literis 5.*

2. Bona viri, quæ mulieri pro dote ſunt tacitè obligata, cum ſuo onere tranſeunt ad quemlibet poſſidentem *d. cap. 5. in fin.*

De *Fidejuſſoribus.* Titulus XXII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Fidejuſſoris definitio, & def. expl. 2.
Clericus fidejubere nequit. 3. *(ubi explic. c. 1. h. t.) extra caſum neceſſitatis.* 4.
Clericus cogitur ſervare fidejuſſorem indemnem per adſignationem redituum. 5. *ubi expl. c. 2. h. t.*
Summa c. 3. eod. 6.
Explic. c. 4. eod. t. 7.

Ddd Quan-

Quando fidejuſſor contra debitorem agere poſſit, ut ante ſolutionem à fidejuſſione liberetur? 8. ubi expl. c. ult. h. t.

1 IN titulo præcedenti actum eſt de rebus, quæ pro debitis pignori obligantur, nunc ſequitur, ut videamus *de fidejuſſoribus*, qui pro
2 alienis debitis intercedunt. *Abbas hîc.* † Eſt autem fidejuſſor, qui pro debitore aliquo fidem ſuam, citrà novationem, interponendo, ad debiti ſolutionem in ſubſidium obligatur. Diximus: *citra novationem*, quia debitoris obligatio in ſuo ſtatu permanet, fidejuſſor verò ad hanc obligationem tantùm accedit *l. hi qui acceſſiones 34. d. fidejuſſor. & mandatorib.* Addidimus etiam, *ad debiti ſolutionem in ſubſidium obligatur*, quia fidejuſſor non convenitur, priusquàm debitor inventus ſit minus idoneus, ſive in totum, ſive in partem. *authent. præſente, & ibi Br. Bl. & Salicetus C. d. fidejuſſor. & mandator.* quæ deſumta eſt ex *Nov. 4. d. tit.* quod pluribus confirmat *Anton. Heringius tractat. d. fidejuſſorib. cap. 27. part. 1. n. 13. & ſeqq.* † Quinque autem proponuntur capitula in *h. tit.* de
3 quibus ordine videbimus. In *primo capitulo* ſcribitur, quòd Clericus fidejubere non poſſit *capit. 1. h. n. tit.* quod etiam fit in *canone. Te quidem 29. in verb. ne fidejuſſor exiſtas, cauſa 11. q. 1. & Novell. de ſanctiſſ. Epiſcop. 123. capit. ſed neque 6.* Idem cautum eſt in *canone ſanctorum Apoſtolorum Clericus 19. à Leone in Novell. d. pœnâ Epiſcopo. Sacerdot. & Cleric. 86.* & tradit *Conſtantinus Harmenopulus lib. 3. promtuario jur. civ. tit. de fidejuſſorib. & ſponſorib. 6.* de mulieris fidejuſſione. *verſ. Neque Clericus pag. m. 202.* Ratio hujus regulæ eſt, ne hac occaſione ſanctis domibus damnum fiat, & ſacra miniſteria impediantur *d. Nov. 123. capit ſed neque 6.* Dicitur autem in *d. capit. 1.* quòd Clericus fidejuſſoribus inſerviens abjiciatur, h. e. deponatur, ſeu à gradu ſuo dejiciatur *d. can. Cleri-*
4 *cus 19. & d. verſ. neque Clericus &c.* † Et hæc eſt regula, à quâ excipitur caſus neceſſitatis, quando enim quis magnâ neceſſitate ducitur, poteſt licitè Clericus fidejubere pro eo, quia magnum eſt pietatis opus ſubvenire proximo indigenti. Et hoc maximè pertinet ad Clericos, qui magis ſunt obligati ad ſubveniendum indigen-

gentibus; quàm alii *can. quoniam quicquid 68. cauſa 16. q. 1. Abb. ad d. cap. 1. n. 3.* † In ſecundo capitulo dicitur, quòd Clericus 5
compellatur ſervare fidejuſſorem indemnem per aſſignationem redituum ſuorum. Ratio eſt, quia nemini officium ſuum debet eſſe damnoſum *l. Sed ſi quis. 7. teſtamenta quemad. aperiant. inſpiciant. & deſcrib. &c. & l. ſi ſervus 61. §. quod verò 5. de furtis.* Aliàs enim iniqua conditio alteri per alterum inferretur, quod pugnat cum *l. non debet 7. d. R. J.* Ob quam etiam cauſam jura variis actionibus & remediis conſuluerunt fidejuſſoribus ante & poſt damna paſſa, de quibus latiùs tractat *Anton. Hering. tract. d. Fidejuſſorib. cap. 25. & cap. 27.* † Summa verò *capit. conſtitutus 3. h. n. 1.* eſt, quòd 6
compelli poſſit debitor, ut à fidejuſſione abſolvat fidejuſſorem, quia creditoribus moleſtatur. Ubicunque enim reus diu differt ſolutionem poteſt fidejuſſor inſtare, ut liberetur *cap. ult. h. t.* Nam non decet fidejuſſorem reportare damnum à debitore, in quem contulit beneficium, dum pro eo fidejuſſit, & melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere *l. fin. C. in quib. cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt.*
† [illegible] *cap. 4. [illegible] incipit, quod quibusdam &c.* ſcribitur: Si ſine li- 7
centiâ [illegible] & majoris partis Capituli religioſus fidejuſſerit, vel mutuum acceperit, Eccleſiam non teneri, niſi manifeſtè conſtet, mutuum verſum eſſe in Eccleſiæ [illegible]litatem. Ratio hujus Capituli deſumi poteſt ex iis, quæ ſuprà [illegible] *ad tit. de his, quæ fiunt à majori parte capit. 11. & ad tit. de depoſito 16.* An autem & quatenus verſio in utilitatem Eccleſiæ probanda ſit, tractat *Abb. in d. capit. 4. n. 4. & ſeq.* qui debet legi. † Denique in ultimo capi- 8
tulo proponuntur tres caſus, in quibus fidejuſſor contra debitorem agere poteſt, antequàm ſolvat, ut à fidejuſſione liberetur, quorum *primus* eſt: Si diu in debiti ſolutione ceſſavit debitor; *alter*, ſi bona ſua diſſipare cæpit, & *ultimus*, ſi fidejuſſor ſuper hoc condemnatus fuit. Qui caſus deſumti videntur ex *l. Lucius Titius 38. §. non abſimilis 1. mandati vel contra. & l. ſi pro eâ 10. C. d. tit.* Ratio eſt manifeſta, cur in iſtis caſibus ante ſolutionem poſſit agere fidejuſſor ut liberetur, habet enim juſtam cauſam metuendi, ne ipſe pro debitore ſolvere cogatur. *vid. Gloſſ. ad d. cap. ult. in verb.*

ſi diu, quæ quartum addit caſum, ſi hoc ab initio convenit. *d. l. ſi pretiâ 10. & l. fidejuſſor 45. de Fidejuſſorib.*

Notabilia.

1. Nemo debet diſpendium pati, qui videtur præmium meruiſſe *cap. pervenit. 2.*

2. Conſuetudo, quæ legi eſt contraria, rejici debet, *cap. conſtitutus 3.*

De Solutionibus. Titulus XXIII.

Summaria.

Continuatio. 1.

An ſucceſſor in beneficio teneatur anteceſſoris debita ſolvere? 2. Excutitur ratio decidendi in c. 1. h. t. 3.

An clericus, qui non eſt ſolvendo, poſſit propterea excommunicari vel aliter moleſtari? 4. ubi expl. c. 3. h. t.

An dicens, ſe indebitè ſolviſſe, hoc teneatur probare? 5.

1 Res Eccleſiæ alienantur vel contractibus, tàm principalibus, quàm acceſſoriis, vel diſtractibus. De Contractibus viſum eſt in titulis aliquot præcedentibus, ſequuntur nunc diſtractus, qui fiunt per ſolutiones, & donationes. Ideò autem fiunt alienationes per ſolutiones, quia ſolutione ejus, quod debetur, omnis tollitur obligatio *princ. Tit. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* † Ubi quæ-
2 ritur 1. an ſucceſſor in beneficio teneatur ſolvere debita, quæ prædeceſſor contraxit? Ad quam quæſtionem reſpond. per diſtinctionem, vel enim prædeceſſor contraxit debitum nomine ſuo, vel nomine Eccleſiæ; ſi ſuo nomine, non tenetur ſucceſſor *cap. ſi quorundã 2. h. n. t.* niſi debitum illud contraxerit pro ſua ſuſtentatione, quia Eccle-

Eccleſia tenetur eum alimentare, *capit. ex præſentium 3. & ibi Abb. n. 6. de pignoribus & aliis cautionib.* & ſcribit idem *Abb. in capit. n. b. t. n. n. 2.* ſe pluries in facto reſpondiſſe, maximè in rectoribus Eccleſiæ, qui in infirmitate ſuâ multa debita contraxerunt, ex quâ deceſſerunt. Si verò nomine Eccleſiæ debita contraxit prædeceſſor, tenetur ſucceſſor in beneficio, modò debita prædeceſſoris pro neceſſitate Eccleſiæ ſint contracta *d. capit.* 1. ubi Pontifex rationem decidendi deſumit à filio, inquiens: *ſicut filius debita patris ſolvere tenetur, ita prælatus ſui prædeceſſoris pro Eccleſia neceſſitate contracta.* † Quod intelligendum eſt de filio herede, & qui non fecit inventarium. 3
Nam ſi inventarium fecit, non tenetur, niſi quantùm vires hereditatis ſe extendunt *l. ult. C. de jure deliberandi & §. extraneis 5. verſ. ſed noſtra benevolentia &c. Inſtit. de heredum qualitate & differentia.* Intelligendum etiam hoc eſt de debitis ex contractu, vel vero, vel quaſi deſcendentibus, non enim tenetur filius ſolvere debita, quæ ex patris delicto, ſive vero, ſive quaſi, deſcendunt, niſi in quantum ad eum pervenit, vel lis cum defuncto patre fuit conteſtata *l. unic. C. ex delictis defunctor. in quantum heredes conveniantur.* Ideò autem à filio argumentatur Pontifex ad ſucceſſorem in beneficio, quià ſucceſſor eſt quaſi heres ſui prædeceſſoris *can. ult. cauſa 12. q. 2. Gloſſ. ad d. capit. 1. in voce prædeceſſoris.* Notandum verò eſt *ex d. capit. 1.* quòd Pontifex ibi non exigat probationem verſionis in utilitatem Eccleſiæ, ſed ſolùm requirat, quod pro neceſſitate Eccleſiæ debitum fuerit contractum. Si igitur caſus neceſſitatis fuit probatus, quod omninò neceſſarium eſt, aliàs non tenetur Eccleſia, nec ejus nomine ſucceſſor. *Gloſſa ad d. capit. 11. in voce neceſſitate,* non exigitur, ut verſio probetur, quæ fuit ſententia *Hoſtienſis ad d. capit. 1.* Et profectò, inquit *Abb. ad capit. quod quibusdam 4. n. 7. de Fidejuſſion.* ille textus multum facit, pro hâc opinione, quæ mihi videtur æquior, & ſubjicit ex *Guilbelmo de Cunao,* durum eſſe, quod mutuans Prælato volenti ire ad curiam pro neceſſitate Eccleſię debeat eſſe ſolicitus, quòd pecunia expendatur pro neceſſitate Eccleſiæ, vel ſi mutuat pro agris colendis, quòd debeat ire vel mittere teſtes ad villam, ad videndum verſionem. † Altera quæſtio eſt de Clerico, qui non poteſt ſatis- 4
face-

Digitized by Google

facere Creditoribus ſuis, an ille propterea excommunicari, vel alio modo moleſtari poſſit? Quæ quæſtio deciditur in *capit. Odoartus 3. h.n.t.* negativè, quod videlicèt Clericus neque excommunicandus ſit, neque aliter moleſtandus, ſi conſtiterit, quod neque in totum, neque pro parte propter inopiam rerum poſſit ſolvere debita. Ratio dubitandi eſt, quòd datâ impotentia ſolvendi debeat fieri commutatio in pœnam corporalem *capit. finem litibus 5. in fin. de dolo & contumaciâ, & canone ſi res aliena 1. cauſa. 14. q. 6.* Ratio decidendi eſt, quia excommunicatio pro ſolâ contumaciâ fertur teſte *Gloſſa ad canon. Epiſcop. 8. cauſa 11. q. 3. & Joh. Andreæ ad d. cap. Odoardus 3. verſ. Iſtud eſt certum &c.* qualem Clericus non commiſit, qui non habet unde ſatisfaciat ſuis creditoribus. Alias rationes allegat *Gloſſa ad d. cap. 3. in verbis: non valentem.* quibus & hæc addenda eſt, quòd Clericus hoc caſu nihil deliquit. Ubi autem ceſſat delictum, ibi & pœna ceſſare debet. *l. ſancimus 22. C. d. pœnis.* ad rationem autem dubitandi reſpondet *Innocent. Joh. Andreæ & Abb. ad d. capit. Odoardus 3,* qui ſunt legendi. Dicitur autem in fine ſæpius allegati *capit. 3.* quòd ſententia excommunicationis, quam Officialis, cui Epiſcopus vices ſuas commiſit, promulgavit, relaxari debeat, receptâ tamen prius à Clerico idoneâ cautione, quæ fit per fidejuſſores aut pignora *l. ſi mandato 59. §. ult. mandati vel contra* aliisque textib. quos *Gloſſa citat. ad cap. ult. in verb. cautione idonea, ſupra de pignorib. & aliis cautionib.* ut ſi ad pinguiorem fortunam devenerit debita perſolvat *l. is qui 4. d. Ceſſione bonor. & §. ult. inſtit. d. action.* Æquum enim eſt, ne quis locupletur cum alterius injuriâ vel jacturâ *capit. locupletari 48. d. R. J. in 6.*

5 † Ultimò quæritur de eo, qui dicit ſe indebitè ſolviſſe, an hoc probare debeat? Quod affirmandum eſt, niſi tamen ejus adverſarius ſolutionem inficians exinde convincatur, tunc enim diffitenti onus incumbit probandi, quòd debitum recepiſſet *capit. ult. h. n. t.* quod deſumtum videtur *ex princ. l. cum de indebito 25. de probationib. & præſumtionibus* cujus hæc ſunt verba: *cum de indebito quæritur, quis probare debet non fuiſſe debitum? Res ita temperanda eſt, ut ſiquidem is qui accepiſſe dicitur rem vel pecuniam indebitam, hoc negaverit, & ipſe qui dedit legitimis probationibus ſolutionem approbaverit,*

verit, ſine ulla diſtinctione ipſum qui negavit ſeſe pecuniam accepiſſe, ſi vult audiri, compellendum eſſe ad probationes præſtandas, quod pecuniam debitam accepit. Per enim abſurdum eſt, eum qui ab initio negavit pecuniam ſuſcepiſſe, poſtquam fuerit convictus eam accepiſſe, probationem non debiti ab adverſario exigere. Sin verò ab initio confiteatur quidem ſuſcepiſſe pecunias, dicat autem non indebitas ei fuiſſe ſolutas, præſumtionem videlicet pro eo eſſe, qui accepit, nemo dubitat. Qui enim ſolvit, nunquam ita reſupinus eſt, ut facilè ſuas pecunias jactet, & indebitas effundat. Et maximè ſi ipſe qui indebitas dediſſe dicit, homo diligens eſt, & ſtudioſus paterfam. cujus perſonam incredibile eſt in aliquo facilè erraſſe, & ideò eum, qui dicit indebitas ſolviſſe, compelli ad probationes, quod per dolum accipientis, vel aliam juſtam ignorantiæ cauſam indebitum ab eo ſolutum & niſi hoc oſtenderit, nullam eum repetitionem habere.

De
Donationibus.
Titulus XXIV.

SUMMARIA.

Cont. 1. ubi notatur Abbas.

De donationis definitione, diviſione &c. remiſſivè. 2.

An & quatenus prælatus inconſulto capitulo donare queat? 3.

In contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis pleniſſima adhibenda interpretatio. 4.

De cauſis revocandi donationem. remiſſivè. 5.

IN titulo præcedenti egit compilator Decretalium de ſolutionibus, nunc tractat *de Donationibus*, quæ, quia rarò ſolent fieri, 1
haud immeritò in poſtremum locum ſunt rejectæ *Wilhelm. Schmuck in ſynopſi juris Canonici ad lib. 3. Decretalium.* Ob quam etiam cauſam donatio in dubio non præſumitur *l. cum de indebito 25. pr. d. probation. & præſumt. Munnoz de Eſcobar. de ratiocinii*

Digitized by Google

nis adminiſtr. cap. 22. n. 18. Nicol. de Paſſeribus de conciliatione legum pag. mihi 537. n. 10. Petrus Heigius part. 1. q. 38. n. 54. Et Scip. Gentil. de donation. inter vir. & uxor. lib. 4. cap. ult. Unde ſcribit *Bl. ad l. generaliter 13. C. de non numerata pecunia*, quòd fatuitas potiùs præſumatur, quàm donatio. Aliter continuat hunc titulum cum præcedentibus *Abbas*, quòd ſuprà de contractibus non gratuitis ſit actum, & nunc compilatorem ſubjicere *rubricam de donationibus*. Quæ continuatio nō videtur bona, quia in præcedentibus etiam fuit tractatum de contractibus gratuitis, ut apparet ex *tit. de precariis & commodato.*

2 † Donatio unde dicatur, quid ſit & quomodo dividatur, item, quæ ſit cauſa efficiens donationis, materia, forma, finis & effectus, hæc omnia poſſunt peti ex *titulo de donationibus & Dd. ad iſtum titulum.* Quia verò hunc noſtrum titulum explicârunt *Innocentius, Anton. d. Butrio, Joan. Andreæ, Abbas & reliqui Canoniſtæ*, idcircò de illis breviter videbimus.

3 † Sciendum autem eſt, Prælatum non poſſe inconſulto capitulo & in damnum Eccleſiæ donare *capit. fraternitatem 2. h. t. n.* ubi illa adducitur ratio, quòd Prælatus rerum Eccleſiaſticarum ſit procurator, & non dominus, & propterea conditionem meliorare poſſit, facere verò deteriorem non debeat, & ſi ſecùs facta ſit iſta donatio, præcipit Pontifex in *d. textu*, ut legitimè revocetur. Conſiderari tamen debet quantitas rerum, quas Prælatus donare vult, ut & conſuetudo loci, nam ſi eſt res Eccleſiæ mobilis minima, quæ donatur, non requiritur conſenſus capituli, neque conſuetudo; Si verò non eſt minima, attendenda eſt conſuetudo, & ſi per donationem enormiter læditur Eccleſia, non videtur valere iſta conſuetudo, & ita explicari ſolet *capitulum cæterum 3. h. n. t.* ut apparet ex iis, quæ ibi *n. 4.* ſcribit *Abbas.*

4 † Deinde dicitur *in fine capit. cum dilecti 6. h. n. t.* in contractibus plenam, in teſtamentis pleniorem, in beneficiis pleniſſimam eſſe interpretationem adhibendam. In contractibus ideò plena interpretatio fieri debet, quia contractus ex utrâque parte producit obligationem, unde non debet fieri ſtricta interpretatio in favorem unius, & in odium alterius, nec nimis larga, ſed plena. In teſtamentis verò adhibenda eſt plenior interpretatio, quia res diſponitur in favorem illius tantùm,

Digitized by Google

tùm, cui ipſa relinquitur, *l. 3. de tritico, vino vel oleo legato.* Et ob id fit largior interpretatio, quàm in contractibus, *l. in teſtamentis 12. d. R. J.* Denique quia in donatione & beneficiis dandis exercetur liberalitas & magnificentia, ideò præſumendum, quod ſicut largus in donando & dando beneficio, ita etiam intellexit verba
ſua pleniſſimè. † Denique in *capit. ult. n. h. t.* agitur de re- 5
vocatione donationis, ubi cauſæ proponuntur, ob quas revocatio iſta locum habeat. De quibus etiam agitur in *l. fin. C. de revocandis donationibus*, quam legem, ut & totum iſtum titulum explicavit *Giphan.* ad quem L. B. remitto.

Notabilia.

1. Eccleſia in actibus ſuis fraudem non debet aliquam adhibere *capit. per duas 5.*

2. Nemo debet contra ſe turpitudinem allegare *cap. inter dilectos 8. verſ. attendentes.*

3. Non deceptoribus ſed deceptis jura ſubveniunt *d. verſ. attendentes.*

4. Res inter alios acta non debet aliis præjudicium generare *d. capit. inter dilectos 8. in fin.*

De Peculio Clericorum.
Titulus XXV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Peculium unde, ejusque ad Clericos accommodatio. 2.
Peculium Clericorum, quibus bonis conſtet? 3.
Inops ad Presbyteratum promotus, an prædium poſteà emtum Eccleſiæ adquirat? 4.
De agellis, vineolis &c. quas Clericus ſuſtent. vitæ causâ comparavit. 5.
De quibusdam quæſtionibus, remiſſivè. 6.

1 ALienantur res vel diſpoſitione inter vivos, vel contemplatione mortis. Inter vivos rurſus alienantur res vel Eccleſiæ vel Clericorum. De alienatione rerum Eccleſiæ hactenus eſt actum, ſequitur nunc alienatio rerum Clericorum, quę illorum peculium dicuntur, qua de agitur *in h. tit. n. 25.* † Peculium dictum eſt quaſi
2 puſilla pecunia, ſeu patrimonium puſillum *l. depoſiti 5. § peculium 3. de peculio*, quod ad Clericos benè accommodatur, hi enim contenti debent eſſe victu & veſtitu *can. duo ſunt genera 7. verſ. raſio verò capitis, cauſa 12. q. 1.* Unde non dicuntur habere abundans patrimonium. Illi autem Clerici prædium habere non poſſunt, qui monaſticam regulã in monaſteriis ſunt profeſſi, quòd videlicet in perpetuum velint ſervare caſtitatem, obedientiam, & paupertatem. *capit. cum ad monaſterium 6. de ſtatu monachorum, & canonicorum regularium, & Clement. exivi 1. d. V. S.* ob quam etiam cauſam monachus proprium habens, ſi proprietati ante mortem non renunciavit, privatur Chriſtianâ ſepulturâ *capit. ſuper quodam 4. & d. cap. cum ad monaſterium 6. pr. de ſtatu monachorum.* † Bona au-
3 tem, ex quibus conſtat Clericorum peculium, non ſunt unius generis, unde etiam illa indiſtinctè alienari nequeunt. Nam habent quædam bona propria, quæ nihil à bonis privatorum ſeu ſecularibus differunt, de quibus Clericis permiſſum eſt diſponere, quo velint, modo, ſive id fiat inter vivos ſive in ultimâ voluntate *can. placuit 1. verſ. ſi autem ipſis & c. can. quicunque 2. cauſa 12. q. 3. capit. relatum eſt. 12. verſ. cæterum quæ ex hereditate, de Teſtam. & ultim. volunt. can. Epiſcopi 19. d. cauſa 12. q. 1.* aliiſque ſimilibus textibus. Quædam vero bona, quæ Clerici habent ſunt in dominio Eccleſiæ *can. nulli liceat 3. & canonib. ſeqq. d. cauſa 12. q. 2.* Et in illis bonis nihil ſibi juris Clerici vendicare poſſunt præter adminiſtrationem *d. can. Epiſcopi 19 verſ. quicquid verò, & cap. fraternit. 2. de donationib.* Ad Eccleſiam etiam pertinent emta ex reditibus & oblationibus Eccleſiæ *c. pen. h. n. t.* quod ex concilio Remenſi deſumtum eſt, ubi ita ſcriptum extat: *inquirendum eſt ſi quis Presbyterorum de reditibus Eccleſiæ vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res comparavit: quia ſicut nec ſuo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultatibus Eccleſiaſticis debet, quoniam hoc ſacrilegium*

gium eſt, & par crimini Judæ furis, qui ſacras oblationes aſportabat, & furabatur. † Quæritur, qui patrimonii nihil habebat Presbyter eo tempore, quo ad ſacrum ordinem promotus eſt, ſi poſtea prædium emerit, an illud Eccleſiæ adquirat, ad quam inops promotus eſt? Quod affirmandum eſt, quia præſumitur de bonis Eccleſiæ emtum, propter *capit. 1. h. n. t. & can placuit 1. cauſa. 12. q. 3.* quibus textibus non adverſatur *l. ſi defunctus 10. C. arbitr. tutel.* ubi ſcribitur, quòd Curator ſeu Tutor præſumatur acquiſiviſſe non ex bonis pupilli ſeu minoris, ſed ex propriâ induſtriâ, ſeu proſperitate fortunæ, unde videtur idem dicendum in Clerico. Ad quem textum reſpondetur, Tutorem ſeu Curatorem poſſe ex negotiatione ex bonis propriis ſibi acquirere, quæ ceſſant in presbytero, nam Clericus non debet negotiari *t. t. ne Clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.* Neque habet Presbyter bona propria *in d. capit. 1.* Si tamen contrarium fuerit probatum, ceſſat prædicta præſumtio. *can. ſunt manifeſta 21. cauſa 12. q. 1. & d. can. 1. & can. quicunque 2 d. cauſa 12. q. 3.* † Denique ſi quis Clericorum agellos vel vineolas ſibi paráſſe ſuſtentandæ vitæ cauſæ probatus fuerit, uſque ad abitum ſuum ea poſſidere poterit. Verùm poſt ſuum deceſſum Eccleſiæ reſtituere, nec Teſtamentario aut ſucceſſorio jure cuiquam heredum proheredùmque relinquere debet: niſi forſan cui Epiſcopus pro ſervitiis ac præſtatione Eccleſiæ largiri voluerit *capit. ult. h. n. t.* † Cæterùm de peculio Clericorum aliquot hoc loco moveri ſolent quæſtiones, quarum *prima* eſt, an fructuum beneficii Eccleſiaſtici dominium, an verò uſum tantùm habeant Clerici. *Altera* eſt, an Clerici malè & in profanos uſus expendentes fructus teneantur ad reſtitutionem. *Tertia* quæſtio eſt, an Clericus ſuper iis, quæ parcius vivendo neceſſariò & decenti ſuſtentationi ſubtrahendo corraſit, liberè diſponere poſſit. *Quarta* quæſtio eſt, an penſionis Eccleſiaſticæ ſuperflua libera ſint ab obligatione elargiendi in pios uſus. *Ultima* quæſtio eſt, an Clericus patrimonium ſufficiens habens, illo reſervato licitè utatur beneficii fructibus?

4 5 6

De quibus quæſtionibus videri poterit *Henricus Zoeſius ad h. n. t.*

Digitized by Google

De Teſtamentis & ultimis voluntatibus.
Titulus XXVI.

Summaria.

Continuatio. 1.

Teſtamentum quid? 2.

Differunt J. Civ. & Can. in materiâ teſtamentorum quoad numerum teſtium. 3. 4. 14. *ubi explic. c.* 10. *h. t.*

Ratio dub. in d. c. 10. *prima.* 5. *ſecunda.* 6. *tertia.* 7. *quarta.* 8.

Rationes decidendi. 9. *& reſpp. ad rat. dub. primam.* 10. *ſecundam.* 11. *tertiam.* 12. *quartam.* 13.

De æquitate d. c. 10. *h. t.* 15.

Receptum hunc modum teſtandi etiam in provinciis Saxon. Collegium Jurid. Jenenſe comprobavit. 16.

Valet ultima voluntas ad pias cauſas coram duobus teſtibus. 17. *Ubi ſumma c.* 11. *h. t.* *An etiam ſine teſtibus?* 18. *Quid ſi non rogati?* 19.

Legata ad pias cauſas debentur hereditate etiam non aditâ. 20. *in quibus mulier poteſt teſtari.* 21.

Explicatur latè c. 13. *h. t.* 22. 23. 24. 25.

Num in ejus voluntatem, qui teſtamentum per ſe facere nequit, quis ultimam ſuam voluntatem committere poſſit? 26.

Quot teſtibus probari poſſit clericum commiſiſſe ſuam ultim. voluntatem alteri? 27.

An commiſſarius, ſi teſtamentum, quod fecit, nul- lum

Digitized by Google

lum eſt, poſſit aliud condere? 28. 29. 30.
Species c. Raynutius 16. h. t. 31.
An liberi poſiti in conditione ſint etiam poſiti in diſpoſitione? 32. 33. 34.
Quis dicatur absque liberis mori? 35.
Quinam liberi faciant deficere conditionem fideicommiſſi, an etiam naturales? 36. *adoptivi?* 37. *legitimati?* 38.
An filiusfam. fideicommiſſo gravatus poſſit detrahere duplicem quartam? 39.
Rationes pro affirmativâ. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46.
Pro negativâ. 47. 48. 49. 50. 51. 52.
Quæ verior. 53. *Reſpondetur objectionibus* 54. *ſeqq. usque ad* 61.
Sententia diſtinguentium repudiatur. 61.

DIctum eſt *in principio tituli praced.* res alienari vel diſpoſitione inter vivos, vel contemplatione mortis, de alienatione rerum Eccleſiæ, quæ fit diſpoſitione inter vivos hactenùs egit compilator Decretalium; incipit nunc tractare de alienatione, quæ fit mortis contemplatione. Mortis autem contemplatione alienatio rerum Eccleſiæ fit, vel per teſtamenta & ultimas voluntates, vel ab inteſtato. 1
† Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. *l. 1. qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiunt.* 2
† Quia verò jus Pontificium propria quædam præcepta habet, à jure civili diſcrepantia in teſtamentis condendis, ideò de iis *h. n. tit.* videbimus. 3
† Differunt autem primò iſta jura inter ſe, in numero teſtium, nam de jure civili in teſtamento, ſive fiat in ſcriptis, ſive per nuncupationem, requiruntur ſeptem teſtes. *l. ſi unus 12. l. hâc conſultiſſima 21. §. per nuncupationem 2. C. d. teſtament. §. ſed cum paulatim 3. & §. ult. Inſt. d. teſtam. ordinand.* Jure autem Canonico firmum eſt teſtamentum, quod Parœcianus facit coram presbyte- 4

Digitized by Google

bytero Parœciali & duobus teſtibus, nec valet contraria conſuetudo. Ita enim habēt verba *capituli cum omnes 10. h. t. n. Cùm eſſes in noſtrâ præſentiâ conſtitutus propoſuiſti talem in Epiſcopatu conſuetudinem obtinere, quòd teſtamenta, quæ fiunt in ultimâ voluntate, penitùs reſcindantur, niſi cum ſubſcriptione ſeptem vel quinque teſtium fiant, ſecundùm quod leges humanæ decernunt. Quia verò à divinâ lege & ſanctorum Patrum inſtitutis & à generali Eccleſiæ conſuetudine id noſcitur eſſe alienum: cùm ſcriptum ſit, quòd in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum: præſcriptam conſuetudinem improbamus: Et teſtamenta, quæ Parœciani coram Presbytero ſuo, & tribus vel duabus aliis perſonis idoneis in extremâ fecerint voluntate, firma decernimus permanere prohibentes, ne quis hujus-*
5 *modi audeat reſcindere teſtamenta.* † Ratio autem dubi-
tandi in *d. cap. 10.* prima hæc eſt, quòd jure civili ſeptem requirun-
6 tur teſtes in teſtamento, ut ſuprà à nobis probatum eſt. † Se-
cunda, quia ipſe Pontifex ſcribit *in cap. licet univerſis 23. d. Teſtibus & atteſtat.* quaſdam eſſe cauſas quæ plures quàm duos exigant
7 teſtes. † Tertia ratio dubitandi deſumi poteſt ex *can. præſul. 2. cauſa 2. q. 4.* ubi traditur quot teſtibus Epiſcopus vel presbyter,
8 vel reliqui Clerici ſint convincendi. † Ultimam rationem
præbet *noſtrum capitulum*, ubi ad confectionem Teſtamenti requiritur præter duos vel tres teſtes etiam presbyteri teſtimonium. Et
9 tamen de jure divino ſufficiunt tres vel duo tantùm teſtes. † Ra-
tio verò decidendi, quòd non ſeptem teſtes requirantur ad Teſtamenta, ſed duo teſtes cum Presbytero ſufficiant, triplex in *d. cap cum omnes 10.* affertur. Prima deſumitur à lege divinâ, quæ vult in ore duorum vel trium teſtium ſtare omne verbum, quam legem Papa usque ad animam & ſanguinem defendere debet. *can. ſunt quidam 6. cauſa 25. q. 1.* Secunda ratio petitur à ſanctorum Patrum inſtitutis, quæ etiam Papa non poteſt tollere. Nam contra ſtatuta patrum condere aliquid vel mutare ne hujus quidem ſedis poteſt autoritas, ait *Zoſimus Papa in can. contra 7. cauſa 25. q. 1.* Prima enim ſalus eſt, rectè fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenus deviare, *can. prima ſalus 9. d. cauſa & q.* Ultima ratio deſumta eſt à generali Eccleſiæ conſuetudine, quæ obligat ſicut lex

can.

Digitized by Google

can. in his rebus 7. diſt. 11. † Ad rationes autem dubitandi, & quidem ad 1. reſpondet *Gloſſ. ad d. cap. cum eſſes 10. in verbo: improbamus*, quòd illud *cap.* locum habeat in relictis ad pias cauſas, de quibus etiam agitur in *cap. relatum eſt 11. h. t. n.* cùm in utròque textu de uno facto deq; uno loco quæſitum ſit. In aliis autem rebus obtineat diſpoſitio juris civilis. Quæ ſolutio rectè rejicitur. Nam 1. *in d. cap. 10.* non ſit mentio piæ cauſæ. 2. quia prædicta capitula loquuntur de diverſis locis, ut ex inſcriptione utriusque textus apparet. 3. Quia Pontifex *in d. cap. relatum eſt 11.* ſcribit valere ultimam voluntatem ad pias cauſas coram duobus teſtibus. Sed in *d cap. 10.* præter duos teſtes etiam requirit Pontifex presbyterum Parochialem. Aliter igitur reſpondetur *d. cap. 10.* ſervari in foro canonico ſeu terris Eccleſiæ. Jus autem civile in foro civili ſeu terris Imperii. Quæ diſtinctio eſt communis & conſuetudine recepta, teſte *Andrea Facbineo lib. 6. controverſ. jur. c. 47.* Sed & hæc reſponſio videtur eſſe nullius momenti. Nam cùm ex mente Pontificis jus Romanum, quod in teſtamentis ſeptem requirit teſtes, pugnat cum jure divino, quod duobus aut tribus teſtibus eſt contentum, ſequitur jus illud, ne quidem in foro civili ſervari poſſe, cum ſit ipſo jure nullum *can. lege 1. can. non licet 2. & can. conſtitutiones 4. diſt. 10. l. fil[illegible] 15. d. condit. inſtitut. & l. non dubium eſt 5. C. d. LL. & Conſtit. [illegible]inc.* Dicendum igitur eſt, jus civile eſſe hic à jure Canonico correctum, etiam quoad forum ſeculare. *Hoſtienſ. & Abbas ad. cap. 10.* qui alios Canoniſtas allegant. Et quamvis *Gloſſ. d. loc.* ſcribat, non eſſe veriſimile, Papam voluiſſe uno verbo legibus derogare *l. ſi quando 35. C. d. inoff. teſtam.* tamen ex *d. cap. 10.* ſatis conſtat, eum leges iſtas, quæ ſeptem aut quinque teſtes in ultimâ voluntate requirunt, tanquam irrationabiles atque peccati nutritivas (peccatum enim eſt mortale, non exequi voluntatem rationabilem defuncti *can. ultima 4. cauſa 13. q. 2.*) improbare voluiſſe. † Ad ſecundam dubitandi rationem reſpondemus, H Pontificem in *d. cap. licet 23. verſ. quia licet quadam &c.* reſpexiſſe ad jus civile, quod in quibusdam cauſis plures, quàm duos teſtes requirit, quas enumerat Archidiaconus in *can. quod verò n. 2. cauſa 2. q. 5.* Poteſt etiam dici, reſpexiſſe Papam ad *can. praſul. 2. &*

Fff *can.*

Digitized by Google

pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur. Quia verò falſitas poteſt committi in teſtamentis, ſi tantùm adhibentur duo teſtes, idcirco Papa reſtringit iſtam regulam, in ore duorum vel trium &c. & conſtituit, ut ultra duos teſtes, etiam Presbyteri præſentia in teſtamento exigatur. Quâ ratione non multum recedit à jure divino, quod tamen facit jus civile, dum in teſtamentis ſeptem requirit teſtes. † Ex quibus apparet valere teſtamentum, 14
quod Parœcianus fecit coram Presbytero ſuo, & tribus vel duabus aliis perſonis idoneis. Dicitur autem in *d. cap. 10. comm Presbytero ſuo*, quia coram Patre ſpirituali non ita committitur falſitas, ſicut committitur coram extraneo Sacerdote. *Abb. in d. cap. 10. n. 7 & Didac. Spino à Caceres in Specul. teſtamentor. Gloſſ. 31. princ. n. 39.* qui allegant *Novell. d. teſtibus 90. c. 1. §. ſi verò ignoti. & cap. poſtquam 3. d. Elect. & Elect. poteſt.* Si tamen Presbyter Parochialis non fuerit adhibitus, duo alii teſtes ſupplent ejus vicem, quia duorum teſtium dicta majorem habent fidem, quàm atteſtatio unius teſtis quantumcunque maximæ autoritatis fuerit *cap. licet univerſis 23. & cap. cùm à nobis 28. d. teſtib. & atteſtation. Speculat. d. Inſtrumentor. editione. cap teſtamenta qualiter impugnentur n. 12. & Jul. Clar. recept. ſentent. §. teſtamentum. q. 57. n. 3. & 4.* ubi ſcribit, hanc eſſe magis communem opinionem, & ab eâ non debere recedi in practicâ. Quam ſententiam etiam approbavit *Collegium noſtrum menſ. Martio & Junio Anno 1630. & menſ. Junio Anno 1632.* † Cæterùm quamvis pleriſque *Decretalis in d. cap.* 15
cum eſſes 10. videatur ſancta & æqua, tamen *Connanus lib 9. comm. jur. civil. c. 2. n. 4.* ſcribit, Alexandrum III. autorem *d. cap. 10.* apud pleroſque hanc incurriſſe ſuſpicionem, quaſi eo tantùm fine, laborem d. Decretalis promulgandæ ſuſcepiſſet, & contra facientes bruto anathematis fulmine ferire voluiſſet, quò partim ob facilitatem teſtandi, partim ob pœnæ metum, via ſterneretur parochis plana atque expedita ad uniuscujusque laicorum fortunas involandas. Id quod etiamnum hodiè in illis locis, ubi Papa ſuperior agnoſcitur, ſedulò facilitatur. Ob quam etiam cauſam dicta decretalis tota Italia & ex ipsâ Româ exulat, ſi credimus *Petro Dominico, Magdaleno Capiferreo* & aliis Doctoribus à *Friderico Pruckman-*

manno vol. 2. conſil. 1. n. 301. & 302. allegatis. Nec obſtat dictum Scripturæ: In ore duorum vel trium &c. quod ad leges forenſes ſeu politicas refert *Didac. Spino à Caceres in ſpeculo teſtam. Gloſſ. 31. princip. n. 37. & Carolus Molinæus ad l. fin. C. ſi contra jus vel utilitatem publicam &c.* & fundamenti loco ponit Papa in *d. cap. 10.* quia non uſque adeò ſtabilite videtur teſtimonium trium, ut cenſeant, nullam ob cauſam exigi poſſe plures. Nam quamvis duorum vel trium teſtimonium ſufficeret, niſi hominum malitia nimium excreſceret; Mortalium tamen fide & juſtitiâ depravatâ jus divinum concedit, ut teſtimonia firmiora requirantur, & maximè in defunctorum teſtamentis, qui ſuas voluntates poſt mortem aſſeverare nequeunt, *Domin. Soto d. loco.* Dici etiam poteſt, legem divinam duorum teſtimonium probare, quaſi velit iniquum eſſe regulariter per unius teſtimonium quenquam damnari, non tamen vetare, quin quandoque ex negotii qualitate plurium fides ſit neceſſaria, aut ſaltem reipublicæ conveniens: Non enim temerè diſtinxit duorum vel trium teſtimonium, ſed ad hunc effectum, ut oſtenderet, omne verbum ſtare in ore duorum vel trium, vel etiam plurium, ſi hoc legum conditoribus ad reipubl. regimen, perpensâ cujusque negotii qualitate, utile viſum fuerit *d. cap. licet univerſis 23. verſ. Quia licet quædam ſint cauſæ. d. teſtib. & atteſtat. Didac. Covarruv. ad d. cap. cum eſſes 10. n. 7. & Didac. Spino à Caceres d. loc. n. 35. & 36.* Verùm quamvis lex divina ita explicari poſſit, tamen quia rigor legum humanarum in teſtamentis ſeptem teſtes requirentium ſæpè in cauſa eſt, ut teſtamenta imperfecta remaneant, & piæ defunctorum voluntates intereant, contra *l. vel negare 5. teſtamenta quemadmod. aperiantur, inſpic. & deſcrib.* Ubi ſcribitur quòd publicè expediat, ſuprema hominum judicia exitum habere, & *l. 1. C. d. SS. Eccleſ.* in qua Imp. Conſtantinus ait, nihil eſſe, quod magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ voluntatis (poſtquam jam aliud velle non poſſunt) liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterùm non redit, arbitrium. Idcircò Pontifex teſtamenta, quæ Parochiani coram Presbytero ſuo, & tribus vel duobus aliis teſtibus idoneis fecerunt, firma per-
16 manere conſtituit. †. Quem modum teſtandi de conſuetu-

dine

dine in provinciis etiam Saxonicis receptum, teſte *Matth Colero part. 1. deciſ. 35. n. 4.* Collegium noſtrum ſæpè approbavit *menſ. Martio Anno 1618. menſ. Majo Anno 1622. m. Januar. & Martio Anno 1638.* ubi Thomæ Wetzeln Seniori in Hermsdorff/ in hunc modum reſpondit: Hat euer Eydam/ Michael Cöpel zu Reichenbach im Altenburgiſchen gelegen/ euer Tochter/ wegen ehlicher Lieb/ und fleißiger Wartung in Gegenwart vier Zeugen zur Erbin ſeines gantzen Verlaſſenſchafft inſtituirt und eingeſetzt/ und darneben ferner ſeiner Schweſter 30. fl. nach ſeinem Hintritt zum legato heraus zu geben verordnet: Ob nun wohl dieſelbe ſeine Schweſter ſolchen letzten Willen in formalibus, und dahero mangelhafft und gantz unkräfftig erachten wil/ daß allein vier Zeugen dabey geweſen/ welche noch auch von dem teſtatore nicht ſpecialiter weren erſucht worden. Dennoch aber/ und weil vermög langwieriger obſervanz, und von vielen Jahren hero in dieſen Sächſiſchen Landen hergebrachten Gewohnheit in denen Verordnung und letzten Willen / ſo von Bauersleuten in Dörffern auffgerichtet worden nach diſpoſition der Canoniſchen Rechte *in cap. cum omnes 10. de teſtam.* zu ſprechen und zu urtheilen / inhalts/ welcher die ſolennitäten/ ſo vermög gemeiner Käyſerlicher Rechte bey Auffrichtung eines Teſtaments nothwendig ſeyn (worunter denn auch die ſonderbare Erſuchung und Erforderung der Zeugen zu rechnen) nicht eben ſo genau in acht genommen werden dörffen/ ſondern hierinnen/ wie es ſonſten nach geiſtlichen und aller Völcker Recht in den Contracten und andern Handlungen unter den Lebendigen hergebracht und erfordert wird/ zu halten: und dahero für gnugſam zu achten / wenn ein Teſtament auffm Dorff in Gegenwart des Pfarrers/ und anderer zween oder mehr Perſonen / oder aber in Mangelung des Prieſters vor vier Zeugen (als daß an ſtatt des Prieſters zwo andere Perſonen zu rechnen) auffgerichtet worden / wofern nur ſolchen Zeugen der Teſtator ſeinen letzten Willen deutlich eröffnet/ ob ſie ſchon nicht eben in ſpecie darzu erfordert und begehret worden. Als iſt auch ob angeregter euers Eydams hinterlaſſener letzter Will ſeiner Schweſter Widerfechtens ungehindert, geſtalten Sachen nach/ und wofern die vier Zeugen ihre Ausſage/ inmaſſen

Digitized by Google

ſie zu thun ſchuldig/eydlich bekräfftigē/vor mangelhafft nicht zu achten/ſondern bey Kräfften zu laſſen/und wird demſelben billich allenthalben nachgegangen V. R. W. Et hic eſt unus textus, in quo differt jus Canonicum quoad numerum teſtium, qui ad condenda

17 teſtamenta requiruntur, à jure civili. † Alter textus proponitur in *cap. relatum eſt 11. h. n. t.* cujus ſumma eſt: quòd valeat ultima voluntas ad pias cauſas coram duobus teſtibus: Verba *d. cap.* ita habent: *Relatum eſt, quòd cùm ad veſtrum examen ſuper relictis Eccleſiæ cauſa deducitur, vos niſi ſeptem vel quinque idonei teſtes intervenerint, inde poſtpoſitis judicare. Et infrà: Mandamus quatenus cùm aliqua cauſa talis ad veſtrum fuerit examen deducta, eam non ſecundùm leges, ſed ſecundùm decretorum ſtatuta tractetis tribus aut duobus legitimis teſtibus requiſitis: quoniam ſcriptum eſt: In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum.* Ubi piæ cauſæ nomine relictum cenſetur, ſi quid Eccleſiis, Scholis, Academiis, Xenodochiis, Monaſteriis, pauperibus, vel in redemtionem captivorum, aut ad ſtipendia legatum fuit *Nicol. Reuſnerus part. 4. d. teſtam. c. 11. n. 8. & ſeqq. Mynſing. in reſponſ. jur. decad. 13. reſp. 2. n. 136. & Andr. Tiraq. in tract. de privilegiis piæ cauſæ.* Quia verò ſolennitas juris civilis in relictis ad pias cauſas non eſt ſervanda *Abbas ad d. capit. Relatum eſt 11. n. 3. & Clarus recept. ſentent. lib. 3. §. Teſtamentum. q. 6. n. 1.* ideò in iis non requiruntur t. ſeptem aut quinque teſtes, ſed ſufficiunt tres aut duo teſtes, ut ſcribitur in

18 *d. capit. relatum eſt 11.* † An autem hoc teſtamentum ad pias cauſas factum ſine teſtibus in foro exteriori effectum ſuum ſortiatur, quæri ſolet. Hoc quidam affirmant, alii verò rectiùs negant, quos ſequitur *Mantica lib. 6. d. Conjectur. ult. volunt. tit. 3 n. 9. & ſeqq. Andr. Fachin. lib. 4. controverſ. jur. cap. 3. & Antonius Merenda lib. 4. controv. jur. cap. 16.* quia manifeſtum ſatis eſt ex *d. capit. relatum eſt* teſtamentum ad pias cauſas teſtibus egere. †

19 2. Licèt regulariter in aliis actibus humanis non requiritur, quòd teſtes ſint rogati *l. ad fidem 11. d. Teſtib.* tamen in Teſtamentis, in quibus maximè ſubeſt timor fraudis & falſitatis, voluit lex adhiberi teſtes non fortuitos ſed ad id in ſpecie rogatos ut diligentiùs ad omnia animadverterent *l. heredes palam 21. §. in teſtamentis 2. qui Teſt.*

Teſt. fac. poſſ. exceptis Teſtamentis ad pias cauſas in quibus non debent teſtes eſſe rogati *d. capit. relatum eſt, 11.* & hæc eſt communis *Dd.* opinio, ut ſcribit *Clarus lib. 3. recept. ſentent.* § *Teſtamentum q. 6. n. 3.* † 3. Legata ad pias cauſas debentur etiam non adita vel repudiata hereditate, quia aditio hereditatis ex Teſtamento, eſt ſolennitas juris civilis quæ in relictis ad pias cauſas non debet obſervari. *Abbas d. loc. n. 6.* † Denique quamvis regulariter mulier non poſſit eſſe teſtis in Teſtamento *l. qui Teſtamento 20.* §. *mulier 6. qui Teſtam. fac. poſſ. &c. & §. Teſtes autem 6. Inſtit. d. Teſtam. ordin.* nihilominus tamen in Teſtamento ad pias cauſas poſſe mulierem eſſe teſtem ſtatuunt *Dd* communiter teſte *Claro d. q. 6. n. 4.* † Sequitur nunc explicatio *capituli, cum tibi de benignitate 13. h. n. t.* quod videtur admodum difficile, quia juris civilis receptiſſimis principiis adverſatur ut ſcribit *Covarruv. d. capit. pr.* Verba iſtius decretalis ita habent: *cùm tibi de benignitate: & infra; in ſecundâ quæſtione dicimus, quòd qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit non videtur decedere inteſtatus:* Ut autem hæc verba eò rectiùs intelligi poſſint, ſciendum eſt, pontificem Epiſcopo Altisſudorenſi privilegium conceſſiſſe de rebus clericorum diſponendi, qui ab inteſtato decedunt, hinc de duabus quæſtionibus prædictus Epiſcopus conſuluit Pontificem Innocentium tertium, quarum una eſt, an appellatio Clericorum tàm ad canonicos, quàm ad non canonicos extendatur? 2. eſt, an illi qui in diſpoſitione & voluntate alterius ſuam committunt ultimam voluntatem, nil per ſe penitus ordinantes nec determinantes, cui loco vel perſonæ conferri debeat, dicantur decedere inteſtati? Ad primam quæſtionem reſpondetur in *capit. cum tibi 18. d. V. S.* quòd appellatio Clericorum non ſolùm alios ſed etiam canonicos comprehendat. Ad quæſtionem autem ſecundam reſpondetur *in d. capit. cum tibi 13* quòd qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videatur decedere inteſtatus. † Quòd verò Clericus in ſecundâ quæſtione videatur decedere inteſtatus, inde 1. probari ſolet, quia illa heredis inſtitutio *quos Titius voluerit*, ideò vitioſa dicitur, quòd alieno arbitrio permiſſa fuit, non ſatis conſtantes veteres decreverunt, Teſtamentorum jura ipſa per ſe firma

Margin numbers: 20 21 22 23

Digitized by Google

ma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere *l. illa inſtitutio 32. pr. d. heredib. Inſtit.* hinc etiam dicitur in *l. ſi quis 6. eod. Tit.* non valere inſtitutionem, ſi quis ita ſcripſerit: *ſi Titius voluerit, Sempronius heres eſto.* 2. quia Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ, non alterius, juſta ſententia *l. 1. qui Teſtamenta fac. poſſ. & quemadm. Teſtamenta fiant.* Ultima ratio eſt, quia à Teſtatore hic non fuit expreſſum nomen heredis, non autem valet Teſtamentum, quando Teſtator non exprimit nomen heredis per ſcripturam ſuam, aut ore proprio *l. hac conſultiſſima 21. pr. & l. jubemus 29. C. d. Teſtam. &*
24 *quem. Teſtam. ord.* † Verùm hæ rationes ſunt deſumtæ ex jure civili, ſecundum cujus rigorem hanc Clerici ultimam voluntatem non poſſe ſubſiſtere fatemur. *Didac.* autem *Spino à Caceres in Spec. Teſtam. gloſſ. 5. pr. n. 7. cum ſeqq.* probare conatur in *d. capit. cum tibi, 13.* Clericum non videri decedere inteſtatum ſed teſtatum. Ita enim argumentatur *n. 23.* Quotieſcunque quis habet liberam poteſtatem ad exercitium alicujus actûs, poteſt hunc actum per alium exercere, ſed unusquisque habet liberam poteſtatem teſtandi & diſponendi de ſuis rebus, Ergò poteſt eam poteſtatem teſtandi & diſponendi de rebus ſuis per alium exercere. Major propoſitio deſumta eſt ex *cap. ult. d. procuratoribus in 6to. l. 1. & ibi. Bl. C. d. bon. matern. & capit. poteſt quis 68. d. R. J. in 6to.* Minor verò ita probatur, quia teſtandi libertas eſt de genere licitorum. Poteſt enim quilibet teſtari, qui nō prohibetur, *Gloſſ. ad l. ſi quamvis 4. qui teſtam. fac. poſſ.* quam *Dd.* communiter ſequuntur, referente *Simone de Pretis de interpretatione ultim. volunt. lib. 2. Interpret. 1. dubit. 1. fol. 4. n. 34. & ſeq.* Verùm ad hoc, ut & reliqua Didaci argumenta facilè reſponderi poterit. Rectiùs illa affertur ratio, quæ ab æquitate juris Canonici deſumta eſt, illâ enim ſolâ ultima hæc Clerici ſuſtinetur voluntas *Gloſſa ad d. capit. cum tibi &c.* †
25 Ad quem autem caſum reſpexerit Pontifex in d. Decretali quæri ſolet, 1. Quando alteri committitur electio heredis incerti ex certis. 2. Quando alteri committitur, ut bona ſua ad pias cauſas diſtribuat. Varias hâc de re opiniones recenſet *Andr. Fachin. lib. 5. controv. jur. civil. cap. 7.* quas ibi refellit. Ipſe autem putat, verba in *d. capit. 13.* non eſſe ſimpliciter accipienda, ſed tantùm ad excluden-

cludendum Epiſcopum, cui bonorum Clerici ab inteſtato diſpoſitio eſt mandata. Fachineum etiam ſequitur *Henr. Zæſius ad h.n.tit. n. 24.* Verùm expoſitio hæc non convenit cum *d. capit. cum tibi 13.* in quo tantùm dicitur, quòd Clericus non videatur decedere inteſtatus, qui committit ultimam ſuam voluntatem in alterius diſpoſitionem: Epiſcopi autem nullam facit mentionem, quamvis hoc verum ſit Epiſcopum tunc demùm, quando alter de rebus Clerici diſpoſuit, ſuo privilegio uti non poſſe. Et notanda ſunt verba, *d. capit. cum tibi 13.* nil per ſe penitus ordinantes, quæ ſatis probant, omnem ordinationem reliquiſſe Clericum ei, cujus diſpoſitioni commiſit ultimam ſuam voluntatem. Quia verò Clericus nil per ſe ordinavit, neque determinavit, cui loco vel perſonæ conferri debeat, atque ita in incerto eſt, quomodo is, in cujus diſpoſitionem Clericus ſuam extremam voluntatem commiſit, velit de rebus Clerici diſponere, idcircò fruſtra ſolliciti ſumus, de quo caſu verba *d. capit 13.* ſint intelligenda. † Hoc autem 1. rectiùs quæritur: Nùm in ejus diſpoſitionem, qui teſtamentum per ſe facere non poteſt, poſſit quis committere extremam ſuam voluntatem? quod videtur dicendum. Sæpè enim, quod quis ex ſuâ perſonâ non habet, hoc per extraneum conſequi poteſt *l. ariſto 3. in fin. quæ res pignor. oblig. non poſſunt.* Exemplum occurrit in *cap. ult. d. officio judicis ordinarii*, ubi ſacerdoti, qui non habet poteſtatem abſolvendi ab excommunicatione, poteſt hanc abſolutionem Epiſcopus, vel cui reſervata eſt abſolutio, committere. Licèt igitur Commiſſarius ſibi non poteſt facere teſtamentum, tamen poteſt alteri facere, qui teſtamenti factionem activam habet. Pro negativa autem facit opinione *capit. quod alicui 67. d. R. J. in 6.* ubi dicitur, quòd alicui ſuô non licet nomine, nec alieno licebit. Nobis placet *Didaci Spino à Caceres* opinio *d. Gloſſ. pr. 5. n. 32.* diſtinguentis inter Commiſſarium, cui à committente certa præſcripta eſt teſtandi forma, puta inſtituendi certum heredem in teſtamento, & relinquendi certis perſonis legata, & inter eum, cui modus teſtandi certus non eſt præſcriptus, ſed qui ex ſuo judicio debet teſtari. Ille poteſt facere nomine alterius teſtamentum, quamvis ipſe inhabilis ſit ad teſtandum, quia nudus tantùm eſt mini-

Ggg ſter.

n. 10. duobus teſtibus probari poſſe factum eſſe teſtamentum, quem allegat & ſequitur *Franciſc. Mantic. d. conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 16. n. 14.* Præterea teſtatur *Paulus de Caſtro in l. hereditas palam 21. in pr. n. 8. qui teſtamenta facere poſſunt,* ſolennitatem teſtamenti duobus tantùm teſtibus probari. Et conſtat ex *l. Theopompus 14. ibique Br. d. dot. prælegat.* declarationem voluntatis poſſe probari per unum teſtem, cui teſtator ipſe hoc commiſit. *Mantic. lib. 3. d. conject. ult. volunt. tit. 1. n. 13.* Ubi etiam ſcribit, mulierem poſſe admitti in teſtem ad probandam declarationem voluntatis teſtatoris, licèt aliàs in teſtamentis repellatur *l. qui teſtamento 20. §. mulier 6. qui teſtam. fac. poſſ.* Quæ omnia probant, ad commiſſionem probandam ſufficere duos teſtes, & non metuendam eſſe falſitatem *d. l. ubi numerus 12.* † Ultimò quæritur, an Commiſſarius, ſi teſtamentum, quod fecit, nullum eſt, vel ex 28 defectu ſolennitatis, vel quia heres inſtitutus non adiit illud, poſſit aliud facere. Quod videtur negandum propter *cap. Si compromiſſarius 37. verſ. Si verò eligat. d. Elect. & Elect. poteſt.* ubi dicitur expirare poteſtas compromiſſarii, ſive elegerit indignum, & hoc fecerit, vel ſcienter, vel ignoranter, ſive etiam idoneum, qui tamen electus renuit conſentire. Ratio affertur illa, quòd functus ſit ſuo officio. Sic etiam judex, poſtquam ſemel ſententiam dixit, amplius eam corrigere non poteſt. Semel enim malè vel benè officio functus eſt *l. Paulus 42. l. judex 85. & l. quærebatur 62. d. re judicata.* Ergò & Commiſſarius non poteſt aliud facere teſtamentum, poſtquam ſemel fecit, quia functus eſt ſuo officio, ſive benè, ſive malè. † Pro contrariâ autem opinione, quæ videtur 29 probabilior, facit, quòd committens voluerit decedere teſtatus, ſi verò Commiſſarius aliud teſtamentum facere non poſſit, quomodo ſatisfiet intentioni committentis? Deinde conſtat ex *capitulo cum tertio 14. d. Elect. & Elect. poteſtas. & l. qualem 19. §. ult. d. recept. qui arbitr. recep.* in actibus extrajudicialibus poſſe iterari actum, cùm prior eſt nullus. Quod etiam *Innocent. Hoſtienſ.* & reliqui *Canoniſtæ* voluerunt, ad *capit. in literis 9. d. off. & poteſt. judic. deleg.* quos ſequitur *Spino d. gloſſ. 5. pr. n. 55. & ſeq.* † Quod 30 verò allatum eſt pro negativâ opinione, illud loquitur de actibus

 judi-

Digitized by Google

judicialibus, in quibus judex poſt latam ſententiam judex eſſe deſinit *d. l. judex 55. Donell. ad d. l. Paulus 42.* In noſtro autem caſu non expirat commiſſio, quamvis teſtamentum factum poſteà nul-
31 lum reddatur. † Prioribus addemus deinceps explicationem *Capituli Rainutius 16. d. teſtam. & ultim. volunt.* quod *Hoſtienſ.* ibi re atque fama difficile eſſe ſcribit & *Didac. Covarruv.* celebratiſſimum appellat. In hoc autem capitulo talis facti ſpecies proponitur: Rainutius de Clerâ, cujus mater Clera nominabatur ex uxore Adelaſia duas ſuſcepit filias, nimirum Alterocham & Adjectam. Cùm autem in extremis poſitus erat, fecit teſtamentum, in quo Alterochæ filiæ viripotenti ultrà dotem, quam ei dederat, domum & quendam hortum; Adjectæ verò filiæ impuberi cætera bona reliquit, eidemque filiam Alterocham cum ſobole, quam in utero geſtabat, ſubſtituit, ſi absque liberis moreretur. Poſt teſtatoris mortem nupſit Adjecta filia cuidam Petro, ad quem intulit omnia ſua bona, quæ ipſi à Patre relicta erant. Conſtante autem matrimonio, ſuſcepit quidem Adjecta ex marito ſuo filium, qui tamen poſtea deceſſit, & ita uxor Adjecta ſine liberis defuncta eſt. Cùm autem prædictus Petrus aliquanto tempore bona defunctæ ſuæ uxoris quietè poſſediſſet, cum aliâ muliere contrahit matrimonium, & ſuſceptis ex eâ filiis, moritur: hìc orta eſt de bonis Adjectæ inter Alterocham ejusque filium ex unâ, & filios, quos Petrus reliquit, eorùmque tutorem Raynerium ex alterâ parte controverſia. Contendebat enim prædicta Alterocha bona relicta ad ſe ſuumq; filium ex causâ fideicommiſſi vel ſubſtitutionis, quam Raynutius in ſuo teſtamento fecerat, pertinere, propterea, quòd mortua ſit Adjecta ſine liberis. Tutor verò filiorum, præmemorati Petri, opponebat Alterochæ ejusque filio 1. Exceptionem ſeu præſcriptionem. 2. Uſucapionem pro dote. 3. Temporis ſilentium diuturnum, & 4. Quod de bonis controverſis non ſolùm tertia pars reſpectu Cleræ matris teſtatoris, & tertia propter ejus uxorem Athelaſiam, ſecundùm jus Lombardum, in Tuſcanâ civitate obſervatū quod matri & uxori, ſi ante eas maritus moritur tertiam deferet partem in bonis mariti, etiam ſi filios relinquat, verùm etiam nomine ipſius Adjectæ quarta Trebellianica ante omnia ſit dedu-

cen-

cenda. Quam controverſiam decidens Guerbus, ut eum *Hoſtienſ.* appellat, judex Tuſcanus, coram quô ventilata fuit, Rainerium nomine pupillorum bona Raynutii, utramque tertiam Cleræ, alteram verò tertiam totam Adelaſiæ reſtituere atque quartam Trebellianicam deduci juſſit. Quia verò utrique parti diſplicuit hæc ſententia, idcircò utraque pars ad Pontificem provocavit, qui Cardinalem quendam hujus controverſiæ auditorem dedit, hic autem auditor utrâque parte auditâ & negotio perpenſo judicis ſententiam de mandato Papæ reformavit in eo, quod in illis tertiis deducendis Alterochæ filiæ legitimam portionem jure naturæ debitam non ſervaverit, cùm tamen illa defraudari minimè potuerit. A priore igitur ſententiâ legitimè provocatum ait, definiens, ſic illas tertias deducendas, ut legitima portio, quæ ex jure naturæ debetur, prædictæ Alterochæ ſalva ſit, in utraque tertiâ; Ad cujus, (intellige Legitimæ,) reſtitutionem etiam tutorem Raynerium condemnavit; In eo verò, quòd partem Trebellianicam deducendam pronunciavit, ſententiam ejusdem judicis confirmavit, hôc tamen adjecto moderamine, quòd fructus poſt litem conteſtatâ percepti, in ipſam quartam computari debeant. Prætereà quia Raynutius Pater Adjectæ, in legitimâ jure naturæ debitâ eandem defraudare nô potuit, cenſuit eam quoque de bonis prædictis eſſe deducendam, ita tamen ut in deductione obſervetur civitatis Tuſcanæ conſuetudo. Denique in eo quoque confirmat prioris judicis ſententiam Cardinalis auditor, quòd condemnavit tutorem Raynerium nomine pupillorum ad reſidui reſtitutionem Alterochæ ac ejus filio faciendam. Et hanc Cardinalis ſententiam Papa ratam habens autoritate Apoſtolicâ confirmavit. Et hæc eſt facti ſpecies, ex quâ aliquot oriuntur quæſtiones, quas breviter examinabimus. †
32 Occaſione autem illorum verborum, ſi abſque liberis moreretur, quæ habentur in *verſ. Adjectæ verò Impuberi* moveri ſolet à Canoniſtis illa difficilis quæſtio, utrum liberi poſiti in conditione, ſint etiam in diſpoſitione & vocati ex Teſtamento? † Quod af-
33 firmamus propter duos textus quorum unus extat in *l. Lucius Titius 85. d. heredib. inſtit.* ubi Lucius Titius fratrem ſuum Titium heredem inſtituit, eique ſubſtituit ſervos ſuos Stichum & Pamphylum dis-

disjunctivè ſub triplici conditione ſi heres eſſe noluerit, aut prius moriatur, quam hereditatem adierit, aut filios ex ſe natos non reliquerit. Non igitur prius ſubſtitutis locus erit, Quam ſi omnes conditiones accidiſſent, quaſi conjunctim adjectæ fuiſſent. Quare ſi frater deceſſerit, liberis relictis, hoc ſufficit ad excudendum ſubſtitutos, nam prudens Conſilium Teſtantis animadvertitur. Non enim fratrem ſolum heredem prætulit ſubſtitutis, ſed & ejus liberos. Quam rationem affert *Scævola in fin. d. l. 85.* ubi notanda eſt dictio *non ſolùm* & dictio *ſed &*; illa enim denotat in qualibet parte eandem diſpoſitionem *l. ult. C. d. Bonis quæ liber.* hæc verò inducit repetitionem omnium præcedentium qualitatum *l. in tantum 6. §. religioſum 4. d. Div. rer. & qual. l. nam & 2. ne quis eum qui in jus vocab. vi eximat. & §. fuerat antea 29. ibiq; Ludov. Gomez. n. 19. Inſt. d. Act. Jaſon. ad l. tranſire 18. n. 19. C. d. Tranſ.* Quia verò Teſtator Lucius Titius fratrem ſuum Titium ſubſtitutis prætulit ex Teſtamento, quare & liberi ejus qui poſiti ſunt in conditione ex Teſtamento erunt ſubſtitutis prælati. † Alter textus eſt in

34 *l. jubemus 6. §. ſin autem 2. C. ad SCtum Trebell.* ubi conditio illa *ſi ſine liberis deceſſerit* tunc etiam deficere generaliter ſcribitur cùm quis poſthumum in utero reliquerit. Nam qui prægnantem relinquit uxorem, non videtur deceſſiſſe ſine liberis *l. ſi quis 187. d. R. J.* cùm poſthumus pro nato habeatur, quoties de ipſius commodo quæritur *l. quod dicimus 231. d. V. S. l. qui in utero 7. & l. qui in utero 26. de Statu homin.* ut ergò poſthumus conditionem *ſi ſine liberis deceſſerit*, deficere faciat, certum & proprium ipſius debet eſſe commodum, quòd non fit, ſi ex teſtamento non videatur vocatus. Quid enim ſi pater heres inſtitutus vivus alienet bona illa? Poſthumus igitur à Teſtatore vocatus & per fideicommiſſum ſubſtitutus rectè dicitur. Huic ſententiæ ſubſcribunt *Petrus Anton. d. Petra d. Fideicomm. q. 9. n. 154. cum ſeqq. Franc. Gratian. d. Garzatoribus d. Vulgari & Fideicommiſſ. ſubſtit. n. 20. & ſeqq. Joan. Coraſ. lib. 2. Miſcellan. jur. cap. 19, n. 6. Stephanus Forcatul. in Necyomantia dialog: 50. cum ſeq. Philibertus Bruſſelius de Conditionibus lib. 2. tit. 2. n. 8. & Andr. Facbin. lib. 4. controverſ. jur. cap. 51.* qui multis aliis rationibus atque textibus eam confirmant, atque ad contraria reſpondent,

dent. † Deinde quæritur, quis dicatur abſque liberis mori? 35
Abſque liberis mori dicitur, qui liberos quidem ſuſcepit, ſed vivus amiſit *l. ex facto 17. §. ſi quis 7. Ad SCt. Trebell.* Hinc etiam Papinianus in *l. inter ſocerum 26. §. cum inter 2. d. Pact. dotalib.* huic conditioni, *ſi ſine liberis deceſſerit*, illam opponit, *ſi liberis ſuperſtitibus vitâ fungatur.* Quid igitur ſi pater & filius eôdem naufragiô, ruinâ, & vel aggreſſu, vel quô aliô modô ſimul perierint, an pater ſine liberis deceſſiſſe putabitur? Ulp. in *d. l. ex facto 17. §. ſi quis 7.* veriſimile non eſſe ait filium patri ſupervixiſſe, extitiſſe itaque conditionem videri, quæ ſic adſcripta fuerat, *ſi ſine liberis deceſſerit*, ſi modò ſciri non poſſit, uter eorum animam prior efflârit. Sic cùm inter ſocerum & generum conveniſſet, ut ſi filia in matrimonio decedens, ſuperſtitem anniculum filium reliquiſſet, dos ad virum pertineret, quod ſi vivente matre filius obiiſſet, portionem duntaxat vir retineret, & mulier naufragio cum filio anniculo periiſſet: Papinianus maritum non totam dotem, ſed partem duntaxat retinere poſſe reſpondit, quia, inquit, veriſimile videbatur, ante matrem infantem periiſſe, *d. l. inter ſocerum 26. in pr.* idemque à Gajo probatum eſt in *l. ſi mulier 23. d. Reb. dub.* Ubi ſi mulier, inquit, cum filio impubere naufragio periit, priorem filium necatum eſſe intelligitur. Verùm hæc loca de liberis impuberibus accipienda ſunt. Nam in filio pubere Tryphoninus in *l. qui duos 9. §. ult. d. t.* aliud eſſe ſcripſit inquiens: *ſi Lucius Titius cum filio pubere, quē ſolum teſtamento ſcriptum heredem habebat, perierit, intelligitur ſupervixiſſe filius patri, & ex teſtamento heres fuiſſe.* Et *Javolenus in l. cum pubere 22. de reb. dub. cum pubere filio*, ait, *mater naufragio periit, cùm explorari non poſſit, uter prior extinctus ſit: humanius eſt credere, filium diutius vixiſſe.* Ideò autem pubes filius poſt patrem præſumitur deceſſiſſe, quià ſecundùm ordinem naturæ pater prius moritur, quàm filius, & ſi aliter accidit, dicitur ordo naturæ ſeu mortalitatis turbari *l. nam & 15. in pr. d. Inoffic. teſtam.* Quòd verò impubes ante patrem præſumitur deceſſiſſe, fit partim ob virium atque corporis debilitatem ſeu infirmitatem, quæ efficit, ut morti minus reſiſtere poſſit impubes, partim etiam quia in impubere major terror eſt, quàm in pubere ſeu adulto. Nam propter imperitiam ætatis impuberes omnia pericula majora, quam ſunt, judicant,

& re-

d. condit. & demonſtrat. vid. Franciſc. Mantica d. conject. ultim. vol. lib. 11. tit. 9. n. 7. & ſeqq. Fachin. lib. 4. controv. c. 52. & Valentinus Förſter d. ſucceſſion. ab inteſtat. lib. 6. cap. 15. & capitib. duobus ſeqq. Nec obſtat *d. l. generaliter 6. §. cum autem 1.* ubi ſcribitur juſtam tantum ſobolem h. e. legitimam & naturalem excludere ſubſtitutum; quia in *h. textu* teſtator non adjecit conditionem *ſi ſine liberis deceſſerit*, ſed eam lex ſubintellexit, quæ amans eſt caſtitatis & ideò cum de liberis loquitur, intelligit eos, qui ex matrimonio ſunt nati *d. l. filium 6. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt. Sich. ad d. §. cum autem 1. n. 25. & ibi Donell. n. 2.* † Quid autem de adoptivis filiis juris ſit, quæri etiam ſolet? Nos filios adoptivos appellatione liberorum in conditionibus non venire putamus, quia verba naturaliter & propriè, non autem fictè debent intelligi *l. ſancimus 24. C. d. nupt. & l. fin. C. de his. qui veniam ætatis impetr.* ſed adoptivi filii ſunt ficti liberi *l. filio 23. pr. d. liber. & poſthum. hered. inſtit.* Et quod fit per fictionem, propriè tale non eſt *l. lege Corneliâ 12. qui teſtam. fac. poſſ.* Unde traditur ab Ulpiano in *l. ſi ita quis 51. §. 1. d. legat. & fideicom. 2.* eum, cui in tempus liberorum tertia pars relicta eſt, non poſſe adoptando tertiam partem conſequi. Et Papinianus in *l. fideicommiſſum 76. d. condit. & demonſtrat.* ſcribit, fideicommiſſum à filiis relictum, ſi quis ex his ſine liberis diem ſuum obierit, adoptionis commento excludi. Errant igitur, qui cum *Bl. Imola & Alex. in l. ſi quis poſthumus 9. d. liber. & poſthum. &c.* adoptivos appellatione liberorum in conditionibus venire putant, quos rectè refutat *Gab. Palaeot. tr. d. Noth. Spuriisque filiis c. 18. n. 6.* vide etiam *Sich. d. loc. n. 21. & ſeqq.* † Denique de legitimatis quæri ſolet, utrùm faciant deficere conditionem, quæ de liberis adſcripta eſt? Quæ quæſtio tantùm de Legitimatis per ſubſequens matrimonium, & per reſcriptum principis, non autem de legitimatis per oblationem curiæ intelligenda eſt, quia legitimatio per oblationem curiæ hodiè non eſt in uſu, teſte *Angelo conſ. 17. n. 5. verſ. Hodiè autem.* quem ſequitur *Gibh. Vult. & Henric. Schilbock. ad §. ult. I. d. nupt.* Si igitur talem in ſuo teſtamento adjecerit conditionem, ſi ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, putamus prædictam conditionem deficere, ſi gravatus

37 38

Hhh filium

filium naturalem legitimatum reliquerit, quia legitimatus eſt verè
& propriè filius legitimus, quod non ſolùm ex *Novell. quibus modis
naturales efficiantur legitimi, & ſui &c. 74. Novell. quib. mod. natu-
rales efficiantur ſui 89.* omnibusque illis textibus probatur, in qui-
bus legitimati dicuntur legitimi, quæ vox propriè & non fictè eſt
intelligenda. *l. ait Prætor 3. §. hæc verba 6. d. negot. geſt. l. 1. §. licet
20. ibique gloſſ. voc. edicti d. Exercit. act. & l. non aliter 69. pr. d.
leg. & fideicom. 3.* Verùm etiam ex *d. Novell. 24. cap. ſi igitur 2. in
princ.* ubi legitimatos nihil à filiis legitimis differre ſcribit Impera-
tor. Similis textus eſt in *cap. Et quoniam 3. d. Novell. quib. mod. na-
tur. efficiuntur ſui &c. in verbis: Nihil diſſimiles legitimis.* Et hæc
eſt magis communis opinio, teſte *Socin. Jun. vol. 3. conſil. 77. n. 7.*
quam ſequitur *Ant. d. Butrio in cap. Pervenerabilem 13. n. 17. circa
fin. Qui filii ſint legitimi. vid. Mantic. d. lib. 11. tit. 10. n. 9. & Val.
Förſter. d. Heredit. quæ ab inteſtato deferuntur lib. c. 37. n. 41.* Si
verò teſtator ita dixerit, ſi heres deceſſerit ſine liberis legitimè
natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis, aliud dicendum erit.
Quamvis enim legitimatus propriè loquendo ſit legitimus, ut mo-
dò dictum fuit, non tamen propriè dicitur legitimè natus, aut ex
legitimo matrimonio procreatus. Nec adverſatur, quod matri-
monium trahitur retrò ad initium natalium *cap. tanta 6. qui filii
ſint legitimi*, quia reſpond. hoc fieri per fictionem. Quod autem
per fictionem fit, non eſt propriè tale. Et hæc opinio communi-
ter eſt recepta, teſte *Roland. à Vall. vol. 2. conſil. ult. n. 42.* Plura
39 videantur apud *Facbin. lib. 4. controverſ. c. 54.* † Denique
quæritur, utrùm filius fideicommiſſo gravatus poſſit duas quartas
detrahere legitimam videlicet, jure naturæ debitam & Trebellia-
nicam; an verò debeat unâ quartâ eſſe contentus? quòd duas
quartas filius hoc caſu detrahere poſſit, ſequentibus argumentis
40 & textibus probari poteſt. † 1. Si filius duas iſtas quartas
non poteſt detrahere, ſequitur legitimam poſſe imputari in quar-
tam Trebellianicam, ſed poſterius eſt falſum. Ergò & prius. Mi-
nor propoſitio probatur, quia in quartam Trebellianicam ea tan-
tùm imputantur, quæ judicio defuncti percipiuntur *l. in quartam
91. ad l. Falcid. & l. mulier 32. §. ult. ad SC. Trebellian.* Legitima
autem

Digitized by Google

autem, quæ debetur liberis jure naturæ, non percipitur judicio patris defuncti. Ergò illa legitima non imputatur in quartam Trebellianicam. Minorem probamus hoc ſyllogiſmo: quicquid ab autoritate legum primariò dependet, illud voluntati hominis principaliter adſcribi non debet, & contra, *l. obvenire 130. & ibi Dd. de V. S.* Legitima autem liberis debita dependet primariò ab autoritate legis, ut videre eſt ex *præfat. Novell. de heredib. & Falcid. 1. §. primum itaque 2. & Novell. ut cùm de appellatione cognoſcitur &c. 115. cap. aliud quoque 3. pr. ibi: legibus debitam portionem.* Ergò legitima voluntati hominis ſeu teſtatoris principaliter adſcribi non debet. Nec adverſatur, quod objici ſolet, teſtatorem debere legitimam liberis relinquere jure inſtitutionis; quia inde non efficitur, eam principaliter dependere à voluntate patris. Sic legitima quoque hereditas ab inteſtato pervenit ad heredes legitimos ex voluntate defuncti, qui dum non ademit, dediſſe intelligitur *l. 1. §. ſciendum eſt 6. d. legat. & fideic. 3. & l. conficiuntur 8. §. ſed ideò 1. de jure codicill.* interim tamen tota res à legis autoritate, ceu cauſa principaliori, determinatur *l. ea verò 3. §. de illo quæritur 2. pro ſoc. l. in plurium 70. & l. illud dubitari 77. d. acq. vel omitt. hered.* † 2. Qui diverſa habent jura diverſarum 41 perſonarum loco ſunt, & diverſis modis poſſunt emolumenta conſequi. Sic Patri competit aliud beneficium tanquam Patrono, & aliud tanquam patri, nec tamen unum alterum conſumit *l. 1. §. ult. Si à parente quis manumiſſus ſit. Vid. l. tutorem 22. in verbis: diſcreta ſunt enim jura, quamvis plura in eandem perſonam devenerint, aliud tutoris, aliud legatarii &c. de his, quæ ut indignis auferuntur.* Atqui filius diverſo jure petit duas quartas. Unam & quidem legitimam jure naturæ debitam, tanquam filius; alteram verò, quæ Trebellianica appellatur, tanquam quilibet extraneus, ut apparet ex noſtro *cap. Raynutius verſ. deduci præterea quartam &c.* Ergò &c. Ad quod argumentum reſpondent quidam, majorem procedere, quando qualitas diverſarum perſonarum inter ſe non repugnat *l. Titia 100. de condit. & demonſtr.* Repugnare autem, aliquem eſſe filium, ſed tanquam extraneum. Quæ reſponſio nulla eſt, quia filius tanquam filius & non tanquam ex-

Hhh 2 tra-

tranens deducit legitimam: Trebellianicam verò non ut filius, ſed
42 ut extraneus. † 3. Hanc ſententiam non parum videtur confirmare *l. Marcellus 3. §. item Pomponius 2. ad SC. Trebellian.* ubi tàm ex legatis, quàm fideicommiſſis permittitur detractio, & ſic una quarta deducitur, ut Falcidia, altera verò, ut Trebellianica. Quidni igitur etiam filius unam quartam poſſit habere ut
43 filius, alteram ut heres fideicommiſſo gravatus? † 4. Ita argumentamur, quod filius juſſus eſt reſtituere, de eo poteſt quartam Trebellianicam deducere. Sed hoc tantùm, quod excedit legitimam jure naturæ debitam, juſſus eſt filius reſtituere. Ergò de eo poteſt quartam Trebellianicam filius deducere. Major propoſitio eſt manifeſta. Minor verò ita probatur, quia legitima non eſt reſtitutioni obnoxia, ſed debet eam filius ſalvam atque illibatam habere. Ex quibus manifeſtum eſt, filium poſſe duas habere
44 quartas. † 5. Huc facit *l. Papinianus 8. §. meminiſſe 14. de inoff. teſtam.* Ubi fideicommiſſo gravatus, ſi inofficioſi egerit, & non obtinuerit, perdit tantùm legitimam, quam ibi Falcidiam nominat, & retinet Trebellianicam. Quare, qui queſtus non eſt, ſed contentus teſtamento quievit, & Legitimam & Trebellianicam ex eodem
45 teſtamento conſequitur. † 6. Videtur hoc probare *l. quanquam 10. C. ad l. Falcid.* ubi filius fideicommiſſo gravatus conſecutus eſt legitimam, & tamen ejus heres Trebellianicam deducere quoque poteſt. Unde apparet ex unâ hereditate, duas deduci poſſe
46 quartas. † Denique hanc ſententiam corroborat *d. cap. Raynutius & cap. Raynaldus 18. h. n. t.* in quibus textibus filius rogatus reſtituere hereditatem detrahit legitimam, quæ jure naturali liberis debetur, & Trebellianicam, quam quilibet extraneus reſtituere gravatus deducere poteſt. Quando autem aliquid eſt dubium de jure civili, & clauſum ſeu deciſum à jure Canonico, ſtandum erit juri Canonico, etiam in foro civili *cap. 1. & ibi canon. d. Nov. oper. nunciat.* Et huic opinioni ſubſcripſit *Vacon. à Vac. lib. 4. declarat. 59. n. 6.* quem ſequitur *Fachin. lib. 5. controv. jur. c. 2. & Joannes Baptiſta Vivianus in ration. juris Pontif. ad d. cap. Ray-*
47 *nutius.* † Communis autem eſt Legiſtarum opinio, teſte *Gloſſ. ad d. cap. Raynutius in verbis: Legitimam ipſam,* quod unam

dun-

Digitized by Google

duntaxat quartam filius deducere poſſit, quam ita 1. probat *Donell. lib. 7. comm. jur. civil. c. 30.* Qui ea, inquit, quæ in quartam aliquam imputantur, ad eum modum habet, qui quartam efficit, is eam quartam habet, nec in eâ quidquam requirere poteſt amplius *l. in quartam 91. ad L. Falcid.* At qui quartam Trebellianicam habet, is habet ea, quæ imputantur in quartam legitimam. Ergò qui habet quartam Trebellianicam, is continuò & ſimul habet eatenus legitimam. Et vice verſâ, hoc idem valet, ut qui legitimam prius conſecutus eſt, habeat ea, quæ imputantur in quartam Trebellianicam. Quare & qui legitimam habet, ſimul habet & Trebellianicam. Quæ enim imputantur in quartam fideicommiſſariam, ut ſunt ea, quæ jure hereditario, quæque aliter judicio teſtatoris capiuntur *l. mulier 22. §. ſi heres 2. ad SCt. Trebellian. & d. l. in quartam 91.* Illa quoque imputantur in legitimam *L. omnimodo 30. C. d. inoff. teſtam.* Unde neceſſariò ſequitur, filium non poſſe duas detrahere quartas, ſed debere unâ eſſe contentum vel legitimâ, vel Trebellianicâ. Quod argumentum etiam proponit *Gloſſ. d. loc.*

† 2. Argumentatur pro hâc alterâ opinione *Hotom. lib. quæſtion. illuſtr. 43.* à naturâ rerum, & ſenſu communi hoc modo: Aſſis ratio & natura hæc eſt, ut ejus unâ aliquâ parte nominatâ, altera neceſſariò intelligatur. Quippe cùm ex eorum numero ſit, quæ Dialectici τὰ πρός τι nominant. Itaque quoties quadrantis detractio nominatur, toties dodrantis reliquatio intelligitur: neque quisquam detrahere quadrantem dicitur, niſi ei ſoli, cui ſuperſtes ex aſſe dodrans relinquitur. Quod cùm ita ſit, & velit filius, qui jam legitimarium quadrantem detraxit, inſuper alterum Pegaſiani nomine detrahere, non poterit dodrans fideicommiſſario relinqui, quem tamen Falcidia lex omninò relinqui volebat. † 3. Conſtat ex *§. ſi res aliena 6. I. d. legat. l. unic. C. de imponendâ lucrativâ deſcriptione lib. 10. & aliis ſimil. lib. textib.* quòd duæ lucrativæ cauſæ in eundem hominem concurrere non poſſint. Rationem adſignat *Don. lib. 16. com. c. 5.* Quod tamen fieret, ſi filius duas quartas poſſet deducere. Quo etiam argumento utitur *Hotom. d. loc.* quod ex *Bl. ad l. jubemus 6. n. 6. C. ad SCt. Trebell.* deſumſit. † 4 eſt textus in *Nov. 1. cap. 1. §. ſi quis 1.* ubi Imperator præcipit, ut li- 48 49 50

beri inſtituti gravati de reſtituendo, detractâ legitimâ reliquam hereditatem reſtituant. Unde ſequitur, eos non poſſe detrahere Trebellianicam. † 5. Ideò conceditur heredibus, qui gra-
51 vati ſunt hereditatem reſtituere, quartæ Trebellianicæ retentio, ut hereditatem adeānt, & ſecundùm teſtatoris voluntatem alii eandem reſtituant, §. *ſed quia heredes. 5. I. d. fideicom. heredit.* Cùm autem filius heres univerſalis gravatus accipit legitimam jure naturæ debitam, non poteſt hereditatem repudiare, quia legitima eſt portio hereditatis, & nemo poteſt hereditatem pro parte adire, & pro parte non adire. *l. 1. & l. ſeq. d. acquir. vel omit. hered.* & ſic opus non habet filius demum adire hereditatem, & per conſequens non debet deducere quartam Trebellianicam, quia cauſa retinen-
52 di ceſſat. † Denique in *princ. d. l. jubemus 6. C. ad SC. Trebellian.* concedit Leo Imp. ut liberi gravati retinere poſſint quartam pro autoritate Trebelliani SCti, & præcipit, ut dodrans, ſeu novem unciæ reſtituantur. Non igitur poſſunt liberi etiam deducere legitimam, ſed illa computatur in Trebellianicam. Et huic opinioni præter allegatos *Dd.* adſtipulantur *Br. in d. l. Papinianus 8. §. meminiſſe 14. Bl. in d. l. jubemus 6. n. 6. Joan. de Imola in l. centurio 15. d. vulg. & pupill. ſubſtit. Jaſ. ad l. generaliter 6. pr. n. 4. C. de Inſtit. & ſubſtit. qui Oldrad. & Paul. d. Caſtro allegat.* quibus addi debet *Cujac. lib. 8. obſerv. c. 3. Govean. ad l. 1. d. vulg. & pupill. ſubſtitut. n. 39. & ſeq. Marc. Anton. Cucbus tr. de legitima. §. quoniam verò. n. 3. Claud. de Battandier tract. de legitimâ art. 13. n. 67. Joan. Vaud. variar. quæſt. lib. 2. q. 32. in pr. & Gothofred. ad d. l. jubemus 6. lit. C. C. ad SC. Trebell.* † Et hæc opinio nobis quo-
53 que verior videtur. Cui non adverſantur argumenta, quæ pro du-
34 plicis quartæ deductione in medium ſunt allata. † In 1. enim rectè negatur propoſitio minor. Ad probationem autem dici poteſt, quamvis legitima naturæ ſit debitum, & ita principaliter à teſtatore non proveniat, quia tamen jure inſtitutionis capitur, non malè teſtatoris judicio percipi dicitur, quamvis minus principali-
35 ter *Gloſſ. in d. cap. Raynutius in verbis: legitimam ipſam.* † Ad 2. argumentum reſpondetur, quamvis jura interdum reperiantur diverſa, quorum unum alterum non conſumit, ut allegati textus pro-

probant. Hoc tamen ad legitimam & Trebellianicam perperam accommodatur, quia oſtenſum fuit, legitimam debere imputari in Trebellianicam, ſi liberi eam elegerint. † Nihil etiam probat 3. fundamentum, deſumtum ex *l. Marcellus 3. §. 2.* quia ibi una tantùm quarta ex legatis & fideicommiſſo detrahitur. Et ita hic textus magis confirmat noſtram opinionem. † In quarto 56
argumento ita limitanda eſt propoſitio major; quòd filius juſſus 57
eſt reſtituere, de eo poteſt quartam Trebellianicam deducere, intellige, niſi prius filius deduxerit portionem legitimam. Utraque enim quarta non poteſt deduci. Deinde minor in hoc argumento non videtur concedenda, quia hereditatem, cujus portio quoque dicitur legitima, debet filius oneratus fideicommiſſo, reſtituere. Concluſio igitur erit, quod de hereditate poſſit filius quartam Trebellianicam deducere, ſi nondum deduxerit legitimam, quæ nobis non adverſatur. † Quintum argumentum ideò 58
parum probat, quia deſumtum eſt à contrario ſenſu, quæ argumentatio fallit, quando textus aut bona ratio, ut hoc loco, eſt in contrarium. *Everb. in Top. Loc. à contrario ſenſu n. 4. & ſeqq.* †
In ſexto argumento perperam allegatur *d. l. quanquam 10.* quia 59
ex eâ non apparet, filium ibi conſecutum eſſe legitimam. † Ultimum 60
denique argumentum probat præferendum eſſe in hac quæſtione jus Canonicum, juri civili, non verò quod juris Canonici ſententia etiam de jure civili, de quo hoc loco quæritur, vera ſit.
† Sunt tamen, qui in hac quæſtione diſtinguunt, utrùm purè & 61
ſimpliciter filius hereditatem reſtituere rogatus ſit, an verò ſub conditione, vel in diem. Si purè, exiſtimant deduci poſſe tantùm unam quartam. Si verò ſub conditione vel in diem, tunc dicunt, filium ſtatim poſſe retinere debitum bonorum ſubſidium ſeu legitimam jure naturæ debitam. Adveniente verò die poſſe etiam detrahere quartam Trebellianicam. Quâ diſtinctione utitur *Accurſ. ad d. l. Papinianus 8. §. meminiſſe 14. voc. Falcidia & in Nov. 1. cap. 1. § 1 verbo: auferre.* Et ſcribit *Jaſ. in auth. res quæ n. 3. C. comm. d. legat.* ex generali conſuetudine totius mundi obſervari hanc opinionem etiam in foro civili, & in judiciis, & in ſcholis. *Vid. Petr. Heig. part. 1. quæſtion. 32. n. 2. & ſeq.* qui etiam *n. 15.* ſecun-

cun-

Inteſtatus quis? 3.

Clerico inteſtato quis ſuccedat? 4.

Quid ſi ſervus, presbyter factus, inteſtatus moriatur? 5.

De ſucceſsione in bona ſecularium. remiſſivè. 6.

Clerici vel facto teſtamento, vel ſine teſtamento decedunt. 1
Quid juris ſit, quando decedunt facto teſtamento, expoſitum eſt in tit. præcedente. Nunc ſequitur, ut videamus, quid juris ſit, ſi Clericus inteſtatus decedat. Nam poſt teſtamentariam ſucceſſionem legitima juſto ordine ſubſequitur. † Quæ non mi- 2
nus ſummâ æquitate nititur, quàm ea, quæ teſtamento defertur. Unde *Quintilianus in declamat. 273. quid intereſt*, ait, *jure teſtamenti à defuncto veniat ad te hereditas, an lege adjuvante.* Imò frequentior atque honeſtior videtur ea, quæ jure ſanguinis defertur, quàm quæ teſtamento, propter naturæ pariter & legis prærogativam *Ariſt. lib. 2. politic. & l. ult. C. Theodoſ. d. Legitim. hered.* Unde juſta hereditas dicitur à *Paulo in l. ea verò 3. §. de illo 2. pro Soc.* non quæ teſtamento, ſed quæ legitimo jure obvenit. †
3 Inteſtatus autem decedit, qui aut omninò teſtamentum non fecit, aut non jure fecit. Nam quod contra leges factum eſt pro infecto habendum eſt *l. jubemus 14. §. 1, C. d. SS. Eccleſ.* aut id, quod fecerat, ruptum, irritumvè factum eſt: aut ſi ex eo nemo heres extiterit, ut ſcribitur *in princ. tit. Inſt. d. Hereditatib. quæ ab inteſtato deferunt.* Et ait *Paulus in l. inteſtatus 64. d. V. S.* Inteſtatus eſt non tantùm, qui teſtamentum non fecit: Sed etiam cujus ex teſtamento hereditas adita non eſt. Si enim nemo ſubiit hereditatem, omnis vis teſtamenti ſolvitur *l. ſi nemo 181. d. R. J.* Jus namquè omne, ipſa complere aditio videtur *l. omnium 19. C. de teſtam.* †
4 Si igitur decedit Clericus inteſtatus neque habet conſanguineos, ſuccedit ei Eccleſia. Ita enim habent verba Concilii Triburienſis ſub Bonifacio Sexto Papâ, habiti: *Quicunque ex gradu Eccleſiaſtico ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit, hereditas ejus ad Eccleſiam, ubi deſervivit, devolvatur. can. Quicunque ult. cauſa. 12. q. 5.* Ideò autem ſuccedit Eccleſia Clerico, qui non habet conſangui-

Digitized by Google

neos, neque teſtatus eſt, quia nullus ejus heres proximior videtur, quam Eccleſia, quæ ipſum domino ſociavit, quæ ratio adſignatur in *cap. Presbyteri 2. d. pœnit.* † Quid verò juris ſit, ſi olim
5 ſervus, presbyter factus, inteſtatus decedat, traditur in *cap. ſancto 2. h. n. t.* ubi iſtius bona dividuntur in quatuor partes: quarum una Epiſcopo, altera Eccleſiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus aſſignatur; & ſi non idonei parentes, Epiſcopus eam recipere &
6 in uſum Eccleſiæ diligenter diſtribuere debet. † Quomodo autem fiat ſucceſſio in bonis ſecularium, exponitur latè in *Novell. d. Heredibus ab inteſtato venientibus &c. 118.*

De Sepulturis.
Titulus XXVIII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Sepultura & ſepulcrum quid? 2.
Quinam ſepeliendi? 3. *An etiam αὐτόχειρες?* 4.
Quid ſi caſtitatis tuendæ cauſâ ſe quis ipſum interfecerit? 5. *Ubi latè explic. c. non eſt noſtrum. 23. q. 5.*
An cadavera ſuſpenſorum &c.? 6. 7. 8.
De aliis non ſepeliendis remiſſivè. 9.
Cadaver humanum ſine permiſſu Pontificis aut Principis aliò non transferendum. 10.
Quæſtio ſuper caſu quodam. 11.
Cuilibet liberum eſt, quô velit locô ſepulturam deligere. 12. *Et qui non delegit, ſepeliendus in ſepulcro majorum.* 13. *Uxor verò in ſepulcrô mariti.* 14. *& maritus in uxoris.* 15.
Conjux demortua cujus ſumtibus funeranda? 16.

Uxor

Digitized by Google

Uxor an ſumtus in mariti funus impenſos, repetat? 17.

Filiusfam. pubes an poſſit ſepulcrum deligere? 18.

Pro ſepultura nil muneris exigendum. 19.

Prohibetur pactum de ſepulturâ eligendâ vel electâ non mutandâ. 20.

HIc Titulus cum præcedentibus ita ſolet continuari. Suprà 1
viſum eſt de ſucceſſionibus ex teſtamento & ab inteſtato. Quia verò ſucceſſiones hæ demum poſt mortem effectum capiunt, igitur nunc videndum erit de ſepulturis eorum. † Vox ſe- 2
pulturæ interdum pro funeratione, atque ipſo ſepeliendi actu ſumitur: aliquando autem denotat ipſum ſepulchrum *cap. non ſatis 8. d. ſimon. & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur &c. can. aurum 70. cauſa 12. q. 2. cap. de uxore 7. cap. cum ſuper 8 eh. n. t. Petr. Gregor. Tholoſanus in partit. jur. canon. lib. 1. tit. d. ſepulturis & cameteriis 15. c. 2. & Ambroſ. Calepinus voc. ſepultum ſepulchrum eſt*, ubi corpus oſſavè hominis condita ſunt, *l. locum 2. §. ſepulchrum 5. d. religioſ. & ſumtib. funer.* Sepulturam verò definit *Abbas ad h. rubr. n. 1.* quòd ſit locus concavus, in quo in Eccleſiaſtico cæmeterio corpus catholici requieſcit. Verùm ita definitur ſepultura non in genere, ſed tantùm Eccleſiaſtica, quæ differt à profanâ ſepulturâ. Hæc enim fit in loco non Eccleſiaſtico *cap. ſacris 12. & ibi Canoniſt. h. n. tit.* † Hinc quæritur, quibusnam ſit ſepultura Eccleſiaſtica 3
concedenda? & reſpondetur in *d. cap. ſacris 12.* quòd tantùm Catholicis. Qui enim non eſt Catholicus, non debet ſepeliri in Eccleſiaſtico cæmeterio. Et ſi de facto ibi fuit ſepultus, & oſſa ejus diſcerni poſſunt à reliquis corporibus, debent exhumari & projici *d. cap. ſacris 12.* Quare hæretici, receptatores & fautores eorum, qui decedunt in hoc peccato, in cœmeterio Eccleſiæ ſepeliri non debent. *cap. ſicut ait 8. d. hæreticis.* Debent etiam excommunicati privari hâc ſepulturâ *cap. adhæc 5. de privilegiis & exceſſibus privilegiatorum*, ſi tamen per ſuum presbyterum in morte fuerint abſoluti, in cæmeterio ſepeliri debent. *cap. ult. h. n. t.* † Quæ- 4
ritur

ritur, utrùm αὐτόχειρες, qui mortem ſibi inferunt, ſint privandi hâc ſepulturâ? quæ quæſtio ab eâ dependet, num αὐτοχειρία jure Canonico ſit licita? quod negandum eſt, excepto caſu, quo caſtitas periclitatur. Negatio probatur per *can. diſplicet 38. cauſa 23. q. 4. can. ſi non licet 9. can. non eſt noſtrum 11. d. cauſa q. 5. can. nihil 38. d. pœnitent. diſt. 3. & can. ſi quis 4. diſt. 55.* Unde etiam Circumcelliones, qui amore martyrii ſemetipſos perimunt, ut violenter de hâc vitâ diſcedentes, martyres nominentur, inter hæreticos numerantur in *can. quidam 39. §. Circumcelliones cauſa 24. q. 3.* Neque enim veneramur nomine martyrum eos, qui ſibi collum ligaverunt, inquit *Auguſt. n. in can. Tu dixiſti 10. cauſa 23. q. 5.* Et in concilio Bracharenſi placuit, ut qui ſibiipſis voluntariè, aut per venenum, aut per præcipitium, aut per ſuſpendium, vel quòlibet modô violentam inferunt mortem, nullâ prorſus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur, quemadmodum apparet ex *can. placuit 12. d. cauſa & q.* Et in *Synodo Altiſidiorenſi c. 17.* legitur: *Quicunque ſe propriâ voluntate in aquam jactaverit, aut collo ligato ſe ſuſpenderit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percuſſerit, aut quâlibet occaſione voluntate ſe morti tradiderit, iſtorum oblata non recipiantur. Claud. Rangol. tom. 2. comment. in lib. 1. Reg. c. 31. verſ. 6. q. 140.* Unde rectè tradit *Gloſſa lib. 2.* Landrecht *artic. 31. in verbis:* Oder wer ihm ſelber den Todt thut/ inquiens: Wiſſe auch/ daß die Pompe und Pracht/ die man pflegt denen zu beſtellen/ die ſich ſelber tödten/ wenn man ſie zu Grabe führet/ iſt eitel Fantaſey / denn man ſoll ſie zu Recht auff keinen Kirchhoff begraben / noch für ſie bitten. Et in *addition.* legitur, quòd tales debeant ſub tecto ejus domûs, in quâ ſibi mortem conſciverunt, dejici, vel ſub limine extrahi, & ſuper raſtrum educi, & comburi, aut ſepeliri in campo. Quæ ſepultura dicitur canina à *Gloſſ. in d. can. Placuit voc. ad ſepulturam,* & aſini, *Jerem. 22. cap. verſ. 19. ibique Hieronym. in explica-*
5 *tione verborum: Propter ea hæc dicit dominus.* † De Exceptione verò conſtat ex *d. can. Non eſt noſtrum 11.* ex quô colligitur, caſtitatis tuendæ causâ interficere ſeſe licere. Ita enim ibi ſcriptum reperitur: *Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis liben-*

benter accipere. Unde & in perſecutionibus non licet propriâ perire manu (abſque eo, ubi caſtitas periclitatur) ſed percutienti colla ſubmittere. Quæ verba, *abſque eo, ubi caſtitas periclitatur*, variè Dd. interpretati ſunt. *Joannes de Turre crematâ ad d. cap. non eſt noſtrum 11.* reſtringit prædicta verba ad caſum divinæ revelationis. Quam explicationem rectè rejicit *Balthaſar Gomez de Ameſcua tr. d. poteſtate in ſeipſum lib. 1. cap. 9. n. 6.* Nam præſuppoſitâ divinâ revelatione non ſolùm eo caſu, quo caſtitas periclitatur, verùm etiam in perſecutionibus, aliiſque in caſibus mors voluntaria erit licita. *Gloſſa* verò exiſtimat *ad d. cap. 11. in verbis: abſque eo,* vocem: *abſque.* Poſitam ibi eſſe incluſivè, quaſi dicatur, *nec in iſtis, in quibus magis videtur, licere alicui ſe occidere.* Pro quâ explicatione nihil faciet *can. progeniem 16. cauſa 35. q. 2 & 3.* quia ibi non habetur vocula *abſque*, ſed, *uſque*, quæ pro ſubjectâ materiâ interdum ſtat incluſivè, interdum excluſivè, quemadmodum ex iis apparet, quæ tradit *Polydorus Ripa in tr. d. nocturno tempore cap. 63. n. 9. & ſeqq.* Perperam etiam adducit *l. 1. d. pignorat. act. & can. Ebron. 2. cauſ. 13. q. 2.* quia ibi quoque non legitur vox, *abſque*, ſed *præter*, quæ etiam aliquando incluſivè, aliquando excluſivè ſumitur, ut probat *Octavius Vulpellius de Præpoſitionum, adverbiorum & conjunctionum ſignificatione, in dict. præter, & Albertus de Pergamo tr. d. Præpoſitionibus n. 52.* Quando autem illud fiat, declarat *Br. ad d. l. 1. n. 7. l. ſi tutor. 9. §. ult. n. 3. d. tut. & ration. diſtrah. & l. Sejo 10. §. uxori 2. n. 1. d. annuis legat. & fideicomm. Stcb. ad l. 4. n. 13. C. d. tranſact. & Cardin. Tuſchus pract. concluſ. tom. 2. concluſ. 340. n. 6. & ſeqq.* Aliter reſpondet *Balthaſar Gomez d. loc.* & quidem dupliciter: *Primò*, inquit, *vocula, abſque, in d. can. ſtat excluſivè, non quidem ut excipiat, & ſit ſenſus, eo in caſu, ubi caſtitas periclitatur, licitam eſſe mortem voluntariam; ſed ut is textus de eo caſu non loquatur, quia aliàs eſſet ſatis dictum. Etenim cum ea quibusdam videretur, ſi qua eſſe poſſit honeſta cauſa ſe occidendi, ſæpius & frequenter ſancti patres admonebant, propter caſtitatem conſervandam non licere ſe occidere, addit eo caſu Hieronymus nullo caſu licere, abſque eo, ubi caſtitas periclitatur, id eſt, etiam extra eum caſum, de quo ut de frequentiori dubitatione frequentiùs*

dictum eſt. Quæ explicatio non modò verbis ***d. can. non eſt noſtrum 11.*** Verùm etiam ipſi Hieronymo canonis iſtius autori adverſatur. Nam ***in libr. 1. adverſus Jovianum*** multas recenſet virgines, quæ ut virginitatem ſervarent, morte voluntariâ perierunt, quas tamen propterea non parùm laudat. Deinde *Gomez* jura Decreti, non majorem autoritatem, quàm in ſuis originalibus habere autumat, & ideò Hieronymo, qui in *d. can. 11.* ſenſit, licere ſe interficere ob conſervandam caſtitatem, in hâc parte credendum eſſe negat. Et *n. 7.* addit idem *Gomez*, quamvis Gregorius XIII. Pontifex Decretum emendari curaverit, & velut ex ſuâ autoritate ediderit, tamen propterea nullam novam ei tribuiſſe autoritatem, quòd ſolùm voluerit emendari falſas allegationes, & expungi menda ac ad fidem originalem reduci. Unde concludit autoritatem Hieronymi in *d. can. 11.* relatam, etiam nunc nihil amplius eſſe, quàm Hieronymi. Cui reſponſioni opponimus 1. Quòd *Abbas & Andreas Siculus in cap. Ex part. 2. d. reſcript.* quos allegat & ſequitur ibi *Felinus n. 52. Alphonſus Alvarez in ſpeculo Romanorum Pontificum, Imperatorum ac Regum c. 7. n. 10.* aliique Canoniſtæ, Decretum propter longam operis obſervantiam approbatum eſſe teſtantur. 2. Manifeſtum eſt ex *can. Ideò 16. cauſa 25. q. 1.* Romanam Eccleſiam omnibus Canonibus jus & autoritatem dediſſe, quod procul dubio ideò factum eſt, quia ſanctorum Patrum Canones Spiritu Dei dicuntur conditi *can. violatores 5. d. cauſa & q.* Ubi etiam aſſeritur, eos Spiritum S. blaſphemare, qui contra Canones aut aliquid protervè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Denique ſcribit *Gelaſius Pontifex in can. ſanctâ Romanâ 3. diſt. 15.* quòd opuſcula Hieronymi, ex quibus deſumtus eſt *d. can. non eſt noſtrum 11.* ab Eccleſiâ Catholicâ Romanâ recepta atque approbata ſint. Nobis igitur eorum placet opinio, qui Hieronymum verbis iſtis abſque eo, ubi caſtitas periclitatur, hoc ſenſiſſe ſtatuunt, quod conſervandæ caſtitatis gratiâ ſibi vitam eripere liceat. Olim enim, ut *Fronto Ducæus* annotat *in primo Tomo Chryſoſtomi n. 628.* abſque peculiari Spiritus Sancti œconomiâ licere ſeipſum in mortis diſcrimen præcipitem agere, pudicitiæ tuendæ causâ, patres multi, ex quorum numero quo-

que

Digitized by Google

que fuit Hieronymus, docuerunt. Et ita etiam ſuprà citata Hieronymi verba Aldhelmum Occidentalium Saxonum in Angliâ quondam Epiſcopum *lib. 2. d. laudibus virginitatis c. 15.* intellexiſſe ſcribit *Claudius Rangolius d. verſ. 6. q. 144.* Non tamen negamus etiam contrariam ſententiam, quæ tuendæ caſtitatis cauſa interficere ſe prohibet, ex jure Canonico probari poſſe, quia eam ſatis confirmat *cap. ex parte 11. h. n. tit. & d. can. ſi non licet 9.* Hinc etiam *in princ. can. 1. & aliquot ſeqq. cauſa 32. q. 5.* multorum autoritatibus, quòd pudicitia violenter eripi non poſſit, cùm ſit virtus animi, quæ violentiam non ſentit, confirmatur. Nec obſtat, quod hâc ratione contrarium reperiatur in jure Canonico; quia novum non eſt in eodem manifeſtas reperiri contradictiones, de quibus agit *Cujac. ad cap. at ſi Clerici 4. d. judiciis. Conrad. Rittershuſ. in Nov. part. 4. cap. 9. n. 7. & Joan. Jacobus Wiſſenbach. in contradictionib. juris Canonici.* Rectiùs tamen factum eſſet, ſi vel Gratianus Decreti compilator ab initio in *d. can. non eſt noſtrum 11.* verba: *absque eo, ubi caſtitas periclitatur,* omiſiſſet, vel poſteà prædictus Gregorius XIII. Pontifex ea deleri curâſſet. Ex quibus conjici poteſt, quid Canones de illorum ſepulturâ, qui caſu, quò caſtitas periclitatur, ſe interimunt, ſtatuant. † Quæri etiam ſolet hoc 6 loco, nùm cadavera ſuſpenſorum, rotæ impoſitorum, vel aliter punitorum, debeant ſepulturæ tradi, an verò in patibulo, vel rotâ relinqui? De qua quæſtione videatur *Exercit. noſtrum Juſtinianeum 13. q. 4.* † Quòd tradenda ſint ſepulturæ, ſequentes videntur 7 ſuadere rationes, quarum *Prima* deſumta eſt à mandato Dei *Gen. 3.* Terra es, & in terram reverteris. *Secunda* ratio eſt, quia ſcribitur *Deuteronomii 21. cap. verſ. ultim. Cùm peccaverit homo, & adjudicatus morti, appenſus fuerit in ligno, non pernoctabit cadaver ejus in ligno, ſed ſepeliendo ſepelies eum eodem die.* Duplicem verò textus ipſe cauſam adſignat, ſingularem unam, *quia de ligno pendens ſive ſuſpenſus ſit Dei maledictus*; communem alteram: *quia terra polluatur*, h. e. deformentur regiones & urbes iſtâ in mortuos crudelitate. Nec adverſatur *cap. 40. Geneſ. v. 19.* ubi piſtor in ligno ſuſpenſus volucribus cœli dilaniandus relictus legitur; quia illud factum eſt apud Ægyptios, qui alios habuerunt mores & le-

ges.

ges, quàm populus Dei. *Tertia* ratio eſt, ut oculis vivorum parcatur, ne rei tàm fœdæ aſpectu ſe contaminent, ad feritatem aſſueſiant; in ipſa mortuorum cadavera, perinde ac ſi his aſpectibus gaudeant, crudelitatem exerceant, & ad homicidia quaſi ineſcentur. *Quarta*, quia intereſt reipublicæ, ne aër inficiatur, nevè interdum gravidis mulieribus damnum inde inferatur prætereuntibus. *Quinta* ratio eſt, quia poteſt ipſe ſupplicii locus terrere alios, non minus quàm cadavera ibi relicta. Et certè quem non terret patibulum aut rota, eum etiam non terrebunt fures & latrones in patibulo & rotâ relicti. *Sexta*, cuicunque pœnitentiæ & euchariſtiæ ſacramenta non denegantur, ei quoque ſepultura non eſt deneganda. *can. quæſitum eſt 13. q. 2.* Sed furibus & latronibus nequaquam denegari poſſunt pœnitentiæ & euchariſtiæ ſacramentum. *cap. fures 2. d. furtis. & cap. ſuper eo 4. d. hæreticis in 6.* Ergò iisdem etiam non erit deneganda ſepultura. *Septima* eſt, quia Impp. Diocletian. & Maximianus in *l. obnoxios 11. C. d. relig. & ſumt. fun.* Obnoxios criminum digno ſupplicio ſubjectos, ſepulturæ tradi non vetant. Unde etiam Paulus in *l. ult. d. cadaverib. punitorum* tradit, corpora animadverſorum quibuslibet petentibus ad ſepulturam danda eſſe. Et in *l. 1. pr. d. tit.* ſcribitur, quòd corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipſorũ neganda nõ ſint. *Octava & ultima* ratio eſt, nemo ob idem delictum bis debet puniri *d. can. quæſitum eſt*, Quod fieret, ſi fures aliivè malefactores ſepulturâ privarentur.

8 † Verùm quamvis non negemus propter adductas rationes non parum dubitari poſſe, utrùm placeat hic noſtratibus uſitatus mos, ubi cadavera ſceleratorum, qui tamen homines fuerunt, & ſæpè piè inter ſupplicia mortui ſunt, poſtquam extremis ſunt affecti ſuppliciis, in patibulis & rotis volucribus cœli lanianda relinquuntur. Tamen putamus, conſuetudinem illam non eſſe dicendam impiam aut irrationabilem. Nam conſtat, creſcentibus delictis exaſperandas eſſe pœnas *l. aut facta 16. §. ult. d. pœn.* Et notat *Br. ad l. 1. C. de ſuperexactionib. lib. 10. & Jaſ. ad l. 1. de precibus Imp. offer.* quòd delicta etiam non admodùm gravia, propter frequentiam graviſſimè puniri ſoleant, & propter frequentiam delictorum jura liceat transgredi, ſecundùm *Innocent. in cap.*

Digitized by Google

in cap. 1. d. conſtit. Bl. in l. obſervare. §. proficiſci. d. offic. Proconſ. & Legat. & Tiraq. d. pœnis cauſa 49. n. 16. & ſeq. Deinde in *l. capitalium 28. § pen. d. pœn.* expreſsè dicitur famoſos latrones in his locis, ubi graſſati ſunt, furcâ figendos eſſe, ut deterreantur alii ab iisdem facinoribus, & ſolatio ſit cognatis & affinibus interemtorum eodem loco pœna reddita. Quid autem ad contrarias rationes reſpondendum ſit, apparet *ex Exercit. noſtro Juſtin. 13. q. 4.*
9 † De reliquis autem, quibus ſepultura Eccleſiaſtica etiam denegandа eſt, tractat *Petr. Gregor. Tholoſanus d. tit. 15. cap. 7.* † Præ- 10 tereà ſciendum eſt, humanum corpus ad alium locum non eſſe ſine decreto Pontificum ſeu juſſu principis transferendum *l. oſſa 8. in pr. d. religioſ. & ſumt. funer. l. nemo 14. C. eod. tit. can. corpora ſanctorum 37. de conſecratione diſt. 1. & cap. ſacris 12. h. n. t.* quia Divi fratres edicto admonuerunt, ne juſtæ ſepulturæ traditum, i. e. terrâ conditum corpus, inquietetur *l. Divi 39. d. religioſ. & ſumt. funer. vid. Marq. Freberus lib. 1. parerg. c. 23.* † Unde talis hoc 11 loco ſolet moveri quæſtio: Titius habuit duos filios, qui hic Jenæ ſepulti ſunt, poſteà locum commutans, & Lipſiam ſe convertens, inſtituit heredem uxorem, ſub eâ conditione, ut filios hic ſepultos curaret effodi, & Lipſiæ humari, ubi & teſtator terræ mandandus eſſet, quod niſi fecerit ipſi hereditatem adimendam eſſe. Quæſtionis eſt, an hæc ſit juſta cauſa, propter quam uxor hereditate debeat privari? Quod affirmamus, quia defunctorum voluntates modis omnibus ſunt ſervandæ *l. 1. C. d. SS. Eccleſ. & l. vel negare 5. teſtamenta quemadm. aperiantur inſpic. & can. ultima voluntas 4. cauſa 13. q. 2.* & quidem in ſpecie *l. militis 5. & ibi Dd. C. d. religioſ. & ſumt. fun.* à quâ ſententiâ recedit *Caſtrenſ. ad l. 1. n. 2. C. eod. tit. & ibi Sichard. n. 4. & 5.* Pro quibus videtur facere *l ſive ingenua 2. §. tractari 44. ad SC. Tertyll.* Ibi enim non imputatur matri, ſi non deſideravit à principe conditionem remitti. Ergò nec viduæ imputabitur, ſi non deſideravit à magiſtratu permiſſionem, ut filii effoderentur & transferrentur. Sed ratio eſt diverſa. Matri enim ideò nihil poteſt imputari, quia bono animo & juſtâ ex causâ ducta tutores pupillo non petiit, ne conditione deficeretur, quam certè cauſam vidua prætendere nequit, ſi mariti ſui defuncti vo-

luntatem non impleat, in transferendis liberis. 2. Objicitur, turpes, ineptæ, & abſurdæ morientium voluntates ſunt rejiciendæ *l. ſervo 113. §. ult. d. Leg. & Fid. 1. junct. l. unicâ C. de his quæ pœna nomine in teſtamento vel codicillis ſcribuntur*, veluti ſi ornamenta quædam, aurum, argentum, gemmas, margaritas ſecum humi condi teſtator jubeat, *l. ult. de auro arg. legat. & l. etſi quis 14. §. non autem oportet 5. d. Relig. & ſumt. funer.* aut reliquas ſuas in mare abjici velit *l. quidam 27. pr. de Condit. Inſtit.* Sed talis voluntas quoque videtur eſſe hæc, de quâ agitur, quià etiam videtur eſſe contra leges *d. l. nemo 14.* Ergo iſta voluntas etiam videtur rejicienda. Verùm negatur adſumtum, & ad *d. l. nemo 14.* reſpondetur, non ibi ſimpliciter prohibitum eſſe, transferre humanum corpus ad alium locum, ſed ita ne id fiat ſine principis permiſſu. Poteſt igitur principis conceſſione transferri corpus ad alium locum. Quare vidua id à principe petere debet, & niſi petierit carere debet relicto. Denique objici ſolet, ad impoſſibilia neminem obligari *l. impoſſibilium 185. d. R. J.* Quæ verò à ſolo principe dependent, ut eſt translatio corporum ab uno loco in alium, jure habentur pro impoſſibilibus *per l. cum ſervus 39. §. ult. d. Legat. & Fid. 1.* E. ad iſtam translationem non obligata eſt vidua. Verùm in *d. §.* agitur de difficultate comparandi prædia principis, quæ tanta eſſe creditur, ut legatum reddat inutile *Cujac. ad d. §. ult. in recit. ſolennib.* Tanta autem difficultas hoc loco non eſt *d. l. nemo 14. & d. l. oſſa 8. in pr.*

12 † Præcedentibus de ſepultura, regulæ ſequentes ſunt addendæ, quarum *Prima* eſt, cuilibet liberũ eſſe, quo velit loco, ſibi deligere ſepulturam *cap. 1. verſ. Nullis tamen negamus, ibique gloſſa in verbis: propriam eligere & cap. in noſtra 10.* quæ regula etiam locum habet in muliere nuptâ. Nam & illa poteſt liberè ſibi eligere ſepulturam *cap. de uxore 7. princ. h. t. n.*

13 † *Secunda* regula eſt, ſiquis ſibi non delegit ſepulturam, tunc debet ſepeliri in ſepulchro majorum ſuorum *d. cap. 1. in princ.* Majorum autem appellatio ſtrictè & propriè ſumta comprehendit ſuperiores tantùm ultrà tritavum *l. quique 4. §. parentem 2. d. in jus vocand. & l. juriſconſultus 10 §. parentes 7. de Gradib. & affinib. & nominib. eorum.* Si tamen in unâ Eccleſiâ ſepultus eſt pater & avus, filius, qui ſibi non delegit ſepulturam, in

eodem

eodem ſepulchro videtur ſepeliendus, quia major eſt charitas ſeu dilectio inter filium, patrem & avum, quàm inter eum & ſuperiores. Unio autē ſepulturæ procedit ex quadam charitate & dilectione, quæ fuit inter vivos *can. Eccleſias 1. cauſa 13. q. 1. & can. unaqueq; 3. de cauſa 13. q. 2.* videatur *Gloß. ad cap. Is qui 3. in verbis: ab antiquo. h. n. t. in 6.* † *Tertia*, uxor ſepelienda eſt in ſepulchro ſui mariti, ut 14
quorū mens una fuit ſemper in domino, eorū quoq; corpora ſepultura non ſeparet. *d. can. unaquaque 3.* Mulier autem, quæ plures viros habuit ſucceſſivè, ſi ſepulturam non eligat, eſt cum viro ultimo, cujus domicilium retinet & honorē, tumulanda *d. cap. Is qui habens 3. verſ. Mulier autem.* Etiamſi reverſa fuerit ad domum patris, quia privilegia non conferuntur loco, ſed perſonæ, nec in ſepultura debet haberi reſpectus ad locum habitationis. *Abb. ad cap. de uxore 7. n. 6. h. n. t.* qui citat *Joan. Andrea.* † *Quarta* 15
regula eſt, maritum, qui non elegit ſibi ſepulturam, eſſe ſepeliendum in ſepulchro ſuæ uxoris, propter rationem allatam ex *can. unaquaque 3.* Videatur tamen *Abb. d. loc. n. 7.* † *Quinta* 16
regula eſt; maritum non teneri ſuis ſumtibus ſepelire ſuam uxorem, ſed ſolum heredem obligatum eſſe ad iſtos ſumtus *l. ſi quis 12. §. funus autem 4. d. relig. & ſumt. funer. l. quod in uxorem 13. C. d. negot. geſt.* Si tamen mulier reliquerit dotem, & alius lucratur dotem, alius hereditatem pro portione funeranda erit, veluti ſi in dotem centum ſint, in hereditate ducenta, duas partes heres, unam vir conferet *l. Celſus ſcribit 22. cum l. ſeq. d. religioſ. & ſumtib. fun.* Si verò hereditas non eſt ſolvendo, tunc funerari eam ex dote tantùm oportet. *l. Nemtius 20. §. ult. d. t.* Æquiſſimum enim viſum eſt veteribus, mulieres de dotibus ſuis funerari *l. in eum 16. d. religioſ. & ſumt. funer.* Si verò nulla dos eſt, tunc omnem impenſam pater præſtare debet, aut heredes ejus mulieris. Quod ſi neque heredes habeat, neque pater ſolvendo ſit: maritus in quantum facere poteſt pro hoc convenitur, ne injuriâ ejus videretur quondam uxorem ejus inſepultam relinqui *l. quod ſi nulla 28. d. t.* Plura de hâc regulâ videantur apud *Br. & Bl. in d. l. quod in uxorem Paul. d. Caſtro & alios in l. filia. ſol. matrim.* † *Sexta* re- 17
gula eſt, in mariti defuncti funus impenſas erogans uxor, de jure

Saxonico non repetit, niſi faciat conſenſu heredis, aut proteſtetur. Landrecht *lib. 1. artic. 22. verſ.* mit ſeinem Recht ſoll auch die Frau das Begräbnis *& ibi Zobell. lit. R. Martin. Colerus de aliment. lib.*
18 *3 c. 5. n. 74.* † *Septima* regula eſt, pubes filiusfam. poteſt ſibi eligere ſepulturam abſque patris aſſenſu. *cap. licet pater 4. verſ. quamvis autem h. t. in 6.* Ratio eſt, quia in ſpiritualibus & ſacris non attenditur patris conſenſus *cap. ult. d. jud. in 6.* Sepultura autem eſt res ſacra *can. queſta eſt 12 cauſa 13. q. 2.* Utrùm autem poſſit pater filio impuberi eligere ſepulturam, relinquendum erit conſuetudini terræ *cap. de uxore 7. in fin. h. t. n.* Ubi tamen talis conſetudo non eſt, tunc filii minores ſunt cum ſuis majoribus, vel in paræciali Eccleſiâ tumulandi *d. cap. licet pater 4. verſ. Hoc tamen*
19 *non poteſt &c. & ibi gloſſa in verb. vel in parochiali.* † *Octava* regula eſt, pro ſepulturâ nihil muneris exigendum eſſe. *can. queſta eſt nobis 12. cauſa 13. q. 2. & cap. ad Apoſtolicam 42. d. ſimoniâ, &*
20 *ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.* † *Nona* & ultima, prohibetur pactum de ſepulturâ eligendâ vel electâ non mutandâ *cap. 1. & ibi Gloſ. d. ſepultur. in 6.*

NOTABILIA.

1. Ultima voluntas, ad quam quis dolo vel fraude inductus eſt, non ſubſiſtit. *cap. in noſtra 10.*

2. Quibus communicamus vivis, communicandum etiam eſt defunctis, & contra. *cap. Ex parte 11. in fin. & cap. ſacris 12. in princ.*

3. Non obeſt juſtis ſepultura nulla vel vilis & impiis celebris vel ſpecioſa non prodeſt. *d. cap. ſacris 12. in fin.*

De Parochiis & alienis Parochianis.
Titulus XXIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Parochia quid? 2.

Paro-

Parochiani debent audire miſſam in propriâ Eccleſiâ. 3. Ibique ſacramenta accipere. 4. Decimas perſonales & oblationes præſtare. 5. & in ſuâ parochiâ ſepeliri. 6.

IN Titulo præcedente egit compilator Decretalium de jure Parochiali, quod conſiſtit in funerando: nunc tractat in hoc titulo de aliis juribus parochialibus. *Abb. ad h. n. rubr.* † Parochia, Græcis παροικία, quæ vox denotat viciniam *Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntagmate juris univerſi lib. 15. c. 24. n. 7.* quia parochiæ in viciniâ templorum, quæ dominica & majora appellantur, Germanicè Domkirchen/ ſunt poſitæ. *Wilhelm. Schmuck. in ſynopſi juris canonici pag. 40.* eſt locus, in quo degit populus, alicui Eccleſiæ deputatus, certis limitibus conſtitutus. *Petrus Rebuffus in tractatu concordatorum &c. Rubric. de collationibus. §. ſtatuimus 2. in verbis: parochiales Eccleſiæ*, ubi ſcribit, Parochiales Eccleſias dici, quæ habent parochiam ad ejus curam deputatam, & territorium limitatum. *Archidiacon. in cap. licet, canon. 14. d. Elect. & Elect. poteſt. in 6.* † Jura autem parochialia hæc ferè ſunt: 1. Parochiani debent audire miſſam in propriâ parochiâ. *cap. ut dominicis 2. h. n. t. & cap. Si quis 35. d. conſecr. diſt. 1.* Dominicis igitur, & aliis diebus feſtivis presbyteri, antequàm miſſam celebrent, plebem interrogare debent, ſi alterius parochianus in Eccleſiâ ſit, qui proprio contemto presbytero, ibi velit miſſam audire, quem ſi invenerint, ſtatim ab Eccleſiâ abjiciant *d. cap. ut Dominicis 2. can. nullus 1. & can. In dominicis 4. cauſa 9. q. 2.* Nam peccat parochianus non audiendo miſſam diebus feſtivis in Eccleſiâ ſuâ, quia proprium parochum, qui eſt pater ſpiritualis, contemneret, & contra quartum præceptum decalogi faceret *can. Eccleſias 1. cauſa 13. q. 1.* Si tamen iſte parochianus ex causâ legitimâ contemneret proprium ſacerdotem, puta, quia eſt notorius fornicator, non peccaret, quia hoc caſu non eſt propriè contemtus. *can. nullus 5. can. præter 6. diſt. 32. & cap. veſtra 7. d. cohabitatione Clericor. & mulierum.* † 2. Sacramenta in ſuâ parochiâ quisquis debet accipere *cap. omnis 12. de pœnitentiis. & remiſſionibus. Clementin. dudum 2. verſ. Verùm ne*

Kkk 3 *parar-*

1 2 3 4

paræciales Eccleſiæ d. ſepulturis. Quia verò matrimonium de jure Canonico eſt unum de ſeptem Eccleſiæ Chriſti ſacramentis, verè & propriè ſic dictum, quemadmodum teſtatur *Thomas IIda IIdæ q. 100. art. 2. Didac. Covarruv. part. 2. d. matrim. cap. 15. §. 1. n. 2. & Didac. Spino à Caceres in ſpecul. teſtam. gloſſa 15. pr. n. 15.* ideò matrimonium non niſi coram parocho ſuo ineundum. † 3. Con-
5 ſiſtit jus parochiale in præſtatione decimarum perſonalium *can. quæſiſunt 46. cauſa 16. q. 1.* & in oblationibus *cap. omnis Chriſtia-*
6 *nus 69. d. conſecrat. diſt. 1.* † 4. Debet Parochianus in ſuâ parochiâ ſepeliri *d. Clem. dudum 2. verſ. hujusmodi quoque ſtatuto d. ſepulturis.* De reliquis juribus parochialibus videantur Canoniſtæ *ad h. n. tit.*

Notabilia.

1. Major debet dividere, & minor eligere *cap. 1.*
2. Plurimorum voluntas paucioribus præfertur *d. cap. 1.*
3. Nemo debet falcem mittere in meſſem alienam *cap. ult. in fin.*

De Decimis, Primitiis & Oblationibus. Titulus XXX.

Summaria.

Cont. & arg. tit. 1.
Decimæ quid? 2. *Quotuplices?* 3.
Quo jure ſolvendæ? 4. *& à quibus perſonis?* 5. *an à monachis etiam & clericis* 6. *Judæis, leproſis?* 7.
Quibus perſonis ſolvendæ? 8. *& de quibus rebus?* 9. *& quomodo?* 10.
Cujusnam juris ſint primitiæ? 11. *& quid?* 12.
Quæ earum ratio? 13.

Quot

Quot modis dicantur oblationes? 14. *Sunt regulariter arbitrariæ.* 15.

Quidſi de earum præſtatione & diviſione difficultas oriatur? 16. *aut quæratur, cui Eccleſia vel Sacerdoti debeantur?* 17.

QUia parochi honeſtè debent ſuſtentari, & laboris impenſi juſtam mercedem accipere, *cap. cum ſecundum 16. d. præbend. & dignitat.* quod fit decimis, primitiis & oblationibus, ideò poſt rubricam præcedentem meritò hic titulus ſequitur, in quo de tribus agitur 1. de decimis. 2. De primitiis, & 3. de oblationibus, ut ejus inſcriptio arguit. † Vox decimarum & decimæ in *cap. cum homines 7. cap. adhæc 15. cap. quamvis 17. h. n. tit.* nihil aliud ſignificat, quàm cujusque rei decimam partem. Hinc decimæ ita deſcribi ſolent, quòd ſint pars decima omnium eorum, quæ quis licitè quâvis ex causâ acquiſivit, miniſtris Eccleſiæ exſolvenda *cap. pervenit 5. cap. nuncios 6. cap. non eſt in poteſtate 22. & cap. ex transmiſſa 23. eod. tit.* Errant igitur, qui nihil referre ajunt, quota pars, decima vel vigeſima aut trigeſima ſolvatur, nomina enim debent convenire ipſis rebus, § *ſed & aliud 3. verſ. ſed nos pleniſſimo. de donation.* & ex diverſitate vocabulorum inducitur diverſitas rerum *l. 7. C. de Codicill.* Ideò autem decima pars potius, quàm alia placuit, quia denarius numerus perfectus eſt, & quodammodo limes omnium numerorum. *Thom. de Aquin. in 2a 2æ q. 87. Andr. Tiraq. tract. d. præſcriptionib. §. 1. gloſſ. 4. princ.* quos ſequitur *Henr. Caniſius de decimis c. 1. n. 9.* † In decimis duo ſunt conſideranda, ſpecies decimarum, & earum ſolutio. Decimarum duæ ſunt ſpecies, prædiales & perſonales. Prædiales decimæ dicuntur, quæ de rebus dicuntur, puta, de prædiorum fructibus, quos terra per ſolis aërisque clementiam naturâ ſuâ progignit. *cap. ex parte 21. d. cap. non eſt 22. & aliis ſimilib. textib. h. t.* Perſonales verò decimæ ſunt, quæ ex perſonarum operis ac negotiis ſine terræ ope exercitiis ſolvuntur, ſive proveniant ex artificio, induſtriâ, ſcientiâ, militiâ, negotiatione, vel alio quolibet actu & quæſtu licito.

Margin numbers: 1 (beside line 1 of paragraph), 2 (beside "inſcriptio arguit"), 3 (beside "tur Henr. Caniſius").

De-

Domin. Soto d. Juſt. & Jur. lib. 9. q. 4. art. 2. Harum decimarum fit mentio in *cap. ad Apoſtolica 20. & d. cap. non eſt in poteſtate 22. h. n. t.* His addunt quidam tertiam ſpeciem, quam mixtam appellant. De quibusdam enim dubitari poteſt, utrùm ſint decimæ prædiales, an perſonales, ut de agnis & fœtibus aliorum animalium, quæ ſunt in paſcuis, & gregatim paſcuntur. Ideò autem mixtæ videntur dicendæ hæ decimæ, quia partim ex prædiis, partim ex induſtriâ hominum proveniunt. *Hoſtienſ. in ſum. de decimis n. 3. Caniſius d. loco cap. 2. n. 1. verſ. Miſta dicuntur decima, & Henric. Zœſ. ad h. n. tit. cap. 1. n. 15.* Verùm teſtatur *Henricus Caniſius de decimis cap. 7. n. 4.* decimas perſonales videri hodiè & paſſim in deſuetudinem abiiſſe. Unde etiam & mixtæ decimæ corruunt, & manent duntaxát prædiales. † In decimarum autem ſolutione de
4 ſequentibus breviter videndum erit quæſtionibus, quarum (1.) eſt, quo jure ſint ſolvendæ decimæ? (2.) Quæ perſonæ debeant decimas ſolvere? (3.) Quibus perſonis? (4.) Quibus de rebus? & (5.) Quomodo decimæ ſint ſolvendæ? Quod attinet 1. quæſtionem, de eâ latè tractant Theologi & Canoniſtæ, qui volunt decimas eſſe partim juris divini & naturalis, partim etiam juris Eccleſiaſtici ſeu humani. Juris divini & naturalis ſunt decimæ, ut miniſtri Eccleſiæ ſuſtentari poſſint. Et ita ſolent explicari loca veteris & novi Teſtamenti, in quibus de præſtatione decimarum agitur. Et quod ſcribitur *Luc. 10. v. 7.* dignum eſſe operarium mercede ſuâ, quodque Paulus in *1. ad Corinth. 9. cap.* multis naturalium civiliumque exemplis probat, ut qui altari ſervit, de altari vivat. Quod verò quotam decimarum attinet, commiſſa illa fuit Eccleſiæ judicio & ſententiæ. Et hôc reſpectu decimæ ſunt juris Eccleſiaſtici ſeu humani *Thom. de Aquin. in II. II. q. 87. art. 1. Domin. Soto d. q. 4. art. 1. Didac. Covarruv. lib. 1. variar. reſolut. c. 17. n. 2. & 8. & alii ab Henrico Caniſio d. decimis n. 7. allegati.* † Ad
5 ſecundam quæſtionem reſpondetur in *cap. Ex tranſmiſſâ 23. & cap. à nobis 24. h. n. t.* quòd quilibet fidelis homo decimas ſolvere teneatur, niſi à præſtatione ipſarum ſpecialiter ſit exemtus. †
6 Non igitur liberi ſunt Monachi & Clerici à ſolutione decimarum. De monachis eſt textus *in cap. commiſſum eſt 4. h. n. t.* ubi ſcribitur,

tur, quòd monachi teneantur ſolvere decimas prædiales. Perſonales autem non debent ſolvere *can. decimas 47. cauſa 16. q. 1.* De Clericis eſt textus in *can. ſi quis laicus 42. d. cauſa & q.* cum quo non pugnat, *cap. 2. h. n. t.* ubi ita ſcriptum eſt: *Novum genus exactionis eſt, ut Clerici à Clericis decimas exigant, cùm nuſquam in lege Domini hoc legamus. Non enim Levitæ à Levitis decimas accepiſſe leguntur. Illi profectò Clerici, qui à Clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt, decimas eis debent.* Quid enim ad iſtud cap. ſit reſpondendum, conſtat ex *Gloſſa ad d. cap. 2. & ibi Abbat. n. 4. Domin. Soto d. q. 4. articul. 4.* ubi *ex profeſſo tractat hanc quæſtionem, utrùm Clerici ſint decimarum debitores, Henrico Zœſ. ad h. t. n. n. 20. & Henrico Caniſio cap. 6. d. decim. n. 4.* † Judæi quoque tenentur ſolvere decimas de prædiis, vel prædia dimittere, 7
cap. de terris 16. h. n. t. Ratio eſt, quia onus decimarum prædialium eſt annexum ipſis prædiis, ut qui percipit fructus illas ſolvere teneatur, *cap. quoniam 13. h. n. t.* Res autem tranſit cum ſuo onere *cap. cum non ſit 33. in fin. eod. tit.* Leproſi etiam debent decimas ſolvere, exceptis eorum animalibus & hortis, ſi in communi vivant. *cap. cum dicat 2. d. Eccleſiis ædificandis vel reparandis. Petrus Gregor. Tholoſan. partitionum juris Canonici lib. 1. tit. d. decimis 25. cap. 3.* † Ad tertiam quæſtionem reſpondemus ſolis Eccle- 8
ſiæ miniſtris, decimas, quæ Deo debentur, ſolvendas *cap. Tua nobis 26. h. n. t. & can. decimas 6. cauſa 16. q. 7.* Hi enim decimas exigere poſſunt, *cap. Parochianos 14. eod. tit.* Laicis autem decimæ non debentur *can. decimas 1. d. cauſa & q. cap. adhæc 15. h. n. t.* & in *cap. quamvis 17.* ſcribit Pontifex, quòd decimæ vel oblationes Eccleſiæ laicis concedi non poſſint, & prælatus contra faciens ſit puniendus. Ratio eſt, quia decimæ ſunt juris ſpiritualis, cujus laicus non eſt capax *can. ultim. cauſa 10 q. 1. cap. cauſam 7. de præſcriptionibus. cap. maſſam 56. d. Elect. & Elect. poteſt.* Prædiales autem decimæ ſunt ſolvendæ parocho loci, ubi prædia ſunt ſita *cap. quoniam 13. cap. cum contingat 29. & cap. cum in tua 30. h. n. t.* Perſonales verò eò in loco, ubi debitor ſacramenta Eccleſiaſtica percipit & audit divina *cap. ad Apoſtolica 20. ibique Abb. n. 2. d. t. & cap. ult. de parochiis & alienis parochianis.* Mixtæ verò decimæ debentur

 eipa-

Digitized by Google

ei parochiæ, in cujus territorio animalia paſcuntur & concepe-runt. Quodſi in unius parochiæ territorio paſcantur hyeme,& æſtate in territorio alterius,dividi debent inter illas decimæ *Gloſſ. ad d. cap. ad Apoſtolica 20. voc. perſonales. Petr. Gregor. Tholoſan. d. tit. de decimis cap. 5. lit. n. & o.* qui addit ex *Rebuffi tract. de decimis q. 6. n. 23* ibi decimam lactis deberi,ubi mulgentur animalia, decimam caſeorum,ubi caſei fiunt. Et ita ſervari dicit *Rebuffus d.*
9 *loc.* † Quarta quæſtio fuit de materia ſeu rebus decimarum. Putamus autem de omni fructu prædii ſolvendas eſſe decimas *cap. Ex parte 21. & cap. non eſt 22. h. n. t.* ut & de aliis rebus, quæ licitè ſunt acquiſitæ *d. cap. Ex transmiſſa 23.* Ubi quæri ſolet, utrùm de meretricum,hiſtrionum, aliorumque id genus lucris dantur decimæ? Quod quidem affirmat *Thomas d. q. 87. n 2.* Sed addit, Eccleſiam non debere iſtas decimas recipere, quamdiu ſunt in peccato: ne videatur eorum peccatis communicare, ſed poſtquàm pœnituerint, poſſe ab eis de his recipi decimas. Et quamvis *Domin. Soto d. q. 4. art. 2.* à Thomæ opinione recedat, eam tamen approbat *Henricus Canif. c. 4. n. 12. d. decim.* qui videri poterit. Et quia decimæ non ipſos fundos afficiunt, ſed ſunt onus fructuum, ideò domini prædiorum, qui ſine culpâ ſuâ fructus ex prædiis non percipiunt,à decimarum debito ſunt immunes. *Vid. Soto d. q 4. art. 2.*
10 † Ad quintam quæſtionem reſpondemus, integras decimas præſtandas eſſe ſine ſeminis deminutione aut expenſarum, quæ in ſervos, ſeu mercenarios pro agris colendis & colligendis fructibus factæ ſunt, detractione, *cap. commiſſum eſt 4. cap. Pervenit. 5. cap. cum homines 7. & cap. dilecti filii 8. cap. non eſt 22. cap. Tua nobis 26. cap. In aliquibus 32. h. n. t.* & *can. quicunque 4. cauſa 16. q. 7.* In quibus textibus habetur, decimas cum integritate citra aliquam deminutionem eſſe ſolvendas. Non igitur ſunt præſtandæ ad electionem ſolventis, ſed illud,quod decimum venit, novem partibus relictis,in decimam debetur *d. can. quicunque 4 & can. omnes 5. d. cauſa & q.* Ex quibus omnibus colligitur decimas in natura eſſe præſtandas,& non ſufficere,ſi quis velit loco decimarum pecuniam ſolvere,cùm & juris ſit notiſſimi, aliam rem invito creditori per debitorem ſolvi non poſſe *auth. hoc niſi debitor C. de ſolution. l. ſi*

quis

Digitized by Google

quis argentum. de donat. & alius ſimilib. textib. Videatur *Dn. Vir-*
gilius Pingizer in ſuis reſponſis ſive conſiliis Anno 1580 Francofurti e-
ditis conſil.3. ubi pro monaſterio quodam reſpondit, quòd illi con-
tra ruſticos integræ ſint decimæ ſolvendæ in frumento, & non in
pecuniâ. Et tantùm de decimis, primâ parte hujus tituli: Sequitur
alterâ pars, quæ eſt de primitiis. † Primitiæ æquè à jure divi- 11
no profectæ ſunt, ut decimæ, quemadmodum apparet ex *Exodi*
22. cap. verſ. 29. cap. 34. verſ. 26. Num. cap. 18. verſ. 13. Deuter. cap. 11.
v. 17. Poſteà à Gentibus fuerunt uſurpatæ *Rebuff. de decimis q. 1. n.*
18. & P. Gregor. Tholoſ. in partitionibus jur. canon. lib. 1. tit. 24. cap.
ult. & tandem à jure canonico comprobatæ atque declaratæ *cap. 1.*
h. n. tit. & aliis in locis. † Sunt autem primitiæ, quæ de fru- 12
gibus offerebantur Domino in uſum ſacerdotum. *d. cap. 1. verſ. at*
verò primitia &c. can. revertimini 65. cauſa 16. q. 1. ubi etiam ſcri-
bitur, quòd primitiarum certa quota non definita, ſed offerentium
arbitrio derelicta ſit. † Domino autem ideò offerebantur 13
primitiæ in recognitionem divini beneficii, quia Deus eſt primus
naturalium omnium beneficiorum autor. Illi ergò primas debe-
mus penſiones eorum, quæ nobis natura confert, non quidem pro-
pter ejus indigentiam quæ hic nulla eſt, ſed propter noſtrum com-
modum & ejus gloriam. *Domin. Soto d. lib. 9. quæſt. 3. art. 4.* Et
quia ſacerdotes conſtituuntur pro populo in his, quæ ſunt ad
Deum, ideò primitiæ à populo oblatæ, in uſum ſacerdotum cede-
bant. *Joan. Baptiſta Vivianus in rationali juris Pontificii ad d. verſ.*
at verò primitia, qui etiam rationem reddit, cur quantitas primi-
tiarum à lege non fuerit determinata? Plura de primitiis videan-
tur apud *Tholoſ. d. lib. 1. tit. 24.* † Ultima hujus tituli pars
eſt de oblationibus, de quibus agitur *Geneſ 4. cap. verſ 3. & 4. &* 14
in Epiſtol. ad Hebr. cap. 9. verſ. pen. Vox autem iſta ſumitur in ge-
nere & in ſpecie. In genere denotat quamvis alicujus rei non pe-
titæ, ſpontaneam largitionem, ſive fiat Deo, ſive homini. *cap. Tua*
nos 34. d. ſimoniâ, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel pro-
mittatur. In ſpecie autem ſignificat prædicta vox omnes res à piis
ac fidelibus Deo atque Eccleſiæ oblatas, ſive ſoli ſint ſive mobiles
can. videntes 16. verſ. ipſa enim res cauſa 12. q. 1. cap. cauſa 13. verſ.

 obla-

Digitized by Google

15 *oblationes d. V. S.* † Quamvis autem oblationes non præſcriptæ aut conſuetæ, ſed arbitrariæ ſint, & in libertate ejus qui offert poſitæ, cujus quantitatis vel qualitatis res velit offerre, ſi tamen Presbyteri miniſtrantes ſpiritualia, indigent, nec habent, unde ſibi poſſint neceſſaria comparare, parochiani hoc caſu ex jure naturali & divino tenētur ad oblationes *can. charitatē 45. in fin. cauſa 12. q. 2. can. ſtatuimus 55. cauſa 16. q. 1. gloſſ. in can. omnis Chriſtianus 69. d. conſecrat. diſt. 1. in voc: vacuus. Rebuff. d. decimis q. 1. n. 24.*

16 † Et ſi de oblationibus præſtandis & dividendis difficultas oritur, Eccleſiæ conſuetudo attendenda erit. *cap. certificari 9. d. ſepulturis. cap. cum inter 29. d. V. S. & can. quia cognovimus 6. cauſa 10. q. 3.* Eſt enim conſuetudo optima legum interpres *l. ſi de interpretatione 37. de Legibus S.C. & ſeq. Conſ. & long. conſuet.* † Ubi verò quæ-
17 ritur, cui Eccleſiæ vel ſacerdoti debeantur oblationes, inprimis conſideranda erit voluntas offerentis; & ſi generaliter fiant oblationes in gratiam Eccleſiæ vel pauperum, intelligitur ſenſiſſe, qui reliquit oblationes, de Eccleſiâ vel pauperibus ejus civitatis, in quâ larem fovit, & ſi plura ſint monaſteria aut Xenodochia, relictæ videntur pauperiori *cap. requiſiſti 15. d. teſtam. & ult. volunt. & l. ſi quis ad declinandum 49. §. hac tamen pen. C. d. Epiſc. & Cleric. Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 1. partitionum jur. canon. tit. d. oblat. Eccleſiaſtic. cap. 6. qui in præcedentibus & ſeq. cap. pluribus agit de oblationibus.*

Notabilia.

1. Sacerdotes ſunt avari, *cap. 1. in fin.*
2. Clericus clericum non decimat. *cap. novum genus 2.*
3. In dubiis ad conſuetudinem eſt recurrendum *cap. cùm ſint homines 18.*
4. Decimæ ſunt tributa egentium animarum *cap. Tua nobis 26.*
5. Nulli licitum eſt aliena cuiquam concedere præter Dei voluntatem *d. cap. 26. verſ. prætextu verò.*
6. Ubi majus conceditur, minus conceſſum eſſe videtur *cap. ex parte 27.*

7. Non

7. Non debet una eademque Eccleſia diverſo jure cenſeri *cap. cùm in tua 30.*

8. Sacrilegii crimen incurrit, qui Eccleſias vel Eccleſiaſticum aliquid de manu recepit laicali *cap. dudum 31.*

9. Res cum onere ſuo tranſit *cap. cùm non ſit 33. in fin.*

De Regularibus & Tranſeuntibus ad religionem.
Titulus XXXI.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Regulares unde? 2. *arg. tit.* 3.
Ætas profitentis. 4.
De anno probationis. 5.
De profeſſione Clerici regularis expreſsâ & tacitâ. 6.
Plura remiſſivè. 7.

HActenus Compilator Decretalium expoſuit cauſas atque jura 1
ſecularium Clericorum, nunc tranſit ad regulares *Gloſſ. &*
Abb. hîc. † Dicuntur regulares à regulâ quam profitentur, 2
quæ conſiſtit in paupertate, caſtitate, & obedientiâ *cap. cùm ad monaſterium 6. de ſtatu monachorum & canonicor. regularium.* †
Tria autem potiſſimum hoc Titulo conſiderari debent. 1. Ætas pro- 3
fitentis. 2. Annus probationis. 3. Profeſſio Clerici regularis. †
Ad 1. reſpondemus in profitente requiri pubertatem, quæ eſt in ma- 4
ſculis quatuordecim annorum, in fœminis duodecim *princ. tit. J. d. Nupt. cap. ad noſtram 8. & cap. ſignificatum 11. & cap. cum virum 12. cap. cum ſimus 14. h. n. t.* Quia verò in Inſulis dura eſt congregatio monachorum, ideò pueri in eorum monaſteriis ante 18 annum
ſuſcipi non debent *cap. quia in inſulis 6. h. n. t.* † Ad ſecun- 5
dum reſpondet *Marc. Anton. Cuchus lib. 2. Inſt. jur. can. tit. 1. p. 42.*

ne quis temerè & inconſultè atque repentino quodam animi impetu potius, quàm certo animi judicio, religioni quandoque ſe devoveat, quam deinde pœniteat eſſe profeſſum, dùm ejus asperitatem ferre non poteſt, conſtitutum anni integri eſſe tempus, quo in monaſterio profeſſorum regulis ſolutus moretur, experturus, an ea ſibi vita placeat, & tolerare eam poſſit, & quo tempore viciſſim ejus vita & mores à prælato ſpectari, & cognoſci poſſint, ante quòd liberum eſt novitio ad ſeculum arbitratu ſuo reverti. *cap. conſueti ſu-*
6 *mus 20. & cap. ſtatuimus 23. b. n. t.* † Quod tertium attinet, ſciendum eſt, poſſe monachos fieri non ſolùm oblatione parentum *cap. cum virum 12. verſ. conſultationi b. n. t.* Verùm etiam propriâ profeſſione *can. Illud autem 10. causâ 20. q. 1.* quia non poteſt quis ad religionem admitti, niſi volens, *cap. nullus 1. b. n. t.* Profeſſio autem iſta aut eſt expreſſa aut tacita. Iſta fit, quando novus monachus coram Abbate vel priore, conventu præſente univerſo, promittit obedientiam hoc modo: *Promitto DEO & ſanctis ejus, & vobis Domino Abbati & Priori, coram vobis, & conventu veſtro, me perpetuam continentiam ſervaturum, in hac domo vel monaſterio, quantum DEus fragilitati meæ permiſerit, & renuncio propriis, & vobis debitam ſecundum regulam talis ordinis obedientiam, & reverentiam, ac ſtabilitatem, & converſionem morum meorum promitto can. vidua ult. cauſa 20. q. 1. & cap. cum ad monaſterium 6. de ſtatu monachor. & canonicor. regularium. Specul. ad h. n. tit. in 1.* Hæc verò profeſſio contingit, quando quis mentem ſuam explicat religionis à ſe tacitè ſuſceptæ, non quidem verbis, ſed alio indicio, veluti ſi quis ultra probationis tempus permanſerit in monaſterio, indiſcretum habitum gerens *Gloſ. ad Clem. Eos qui, in voc. deinceps.*
7 *h. n. t.* aut ſi actibus profeſſorum ultrò ſciens ſe ingeſſerit *cap. vidua 4. & ibi Abb. h. n. t.* † Plura de hoc titulo videantur apud *Abbatem qui ſingula ejus capitula explicavit, Vivianum in rationali & Zaſium ad h. n. t.*

Notabilia.

1. Ratihabitione ſecutâ, quod ante geſtum eſt, roboratur *cap. cum virum 12. verſ. non enim videtur.*

2. Mo-

2. Monachum non facit habitus, ſed profeſſio regularis *cap. Porrectum 13. & cap. ex parte 12.*

3. Multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, obtinent firmitatem *cap. ad apoſtolicam 16.*

4. Privilegium meretur amittere, qui conceſsâ ſibi abutitur poteſtate *cap. licet quibusdam 18. verſ. Talis ergò.*

5. Sicut majus bonum minori bono præponitur, ita communis utilitas ſpeciali utilitati præfertur *d. cap. 18. verſ. Illa ſemper regula. &c.*

6. Charitas eſt fons proprius, cui non communicat alienus *d. cap. 18. inf.*

7. Quilibet renunciare valet ei, quod pro ſe noſcitur introductum *cap. ſtatuimus 23.*

De Converſione Conjugatorum. Titulus XXXII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Quale hic intelligatur matrimonium? 2.
Plura, remiſsivè. 3.

QUi tranſire ad religionem volunt, eos oportet, ſi ſunt conjugati, ſeſe liberare à matrimonio, & ſi infideles ſint, Chriſtianam fidem recipere. De illo caſu agitur in *h. titulo.* de hoc verò *in ſequenti.* † Per matrimonium autem intelligitur in *h. n. t.* quod nondum eſt copulâ carnali conſummatum. Nam à tali matrimonio poteſt alter conjugum, etiam altero invito ſe liberare, per ingreſſum religionis, & qui remanet in ſeculo, poteſt ad ſecunda vota tranſire *cap. verum 2. h. n. t.* quod enim Chriſtus dicit *Matt. 19. cap.* non licere viro, niſi ob cauſam fornicationis uxorem ſuam dimittere, illud explicatur in *cap. Ex publico 7. h. n. t.* de his, quorum matrimonium carnali copula eſt conſummatum. Alter igitur conjugum altero invito poſt carnalem copulam religionem intrare non poteſt *cap. uxoratus 8. eod. Tit.* Ratio eſt quià vir & uxor ſunt eſſe-

(margin numbers: 1 beside "Qui transire", 2 beside "Per matrimonium")

effecti una caro per copulam conjugalem *cap. ad apoſtolicam 13. eod. Tit.* Vir igitur non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, & è converſo, teſte Apoſtolo *Paulo in 1. ad Corinth. c. 7.* Poteſt tamen vir poſt conſummatum matrimonium religionem intrare, ſi etiam uxor ad religionem tranſeat, vel ſi illa ita ſit ſenex & ſterilis quòd ſine ſuſpicione poſsit eſſe in ſeculo, & caſtitatem promittat *cap. cum ſis præditus 4. h. t. & can. ſunt qui dicunt 19. cauſa 27. q. 2.*

3 † Reliqua ſunt petenda ex canoniſtis *ad h. t.* Quæſtiones vero, quæ ad dict. titulum pertinent, proponit *Henric. Zæſ. ad h. t.*

De Converſione Infidelium. Titulus XXXIII.

Summ.

Quomodo conjugia infidelium per alterutrius conjugis converſionem ſolvantur?

IN hoc Titulo proponitur alter caſus, quo diſſolvi poteſt ex cauſâ religionis matrimonium, quando alter conjugatorum infidelium Chriſtianam amplectitur religionem, alter verò permanet infidelis. Si igitur periculum vitæ, aut malitioſa deſertio ſubſit, liberum eſt ei, qui converſus eſt, divertere, & ad ſecunda vota tranſire *cap. 1. h. t. & cap. quarto 7. d. Divortiis.* Et ſi alter infidelium conjugum venit ad fidem, altero verò remanente in infidelitatis errore, communis proles adſignatur converſo, quod in favorem fidei Chriſtianæ eſt conſtitutum *cap. ult. h. n. t.*

Notabile.

Infans matri ante partum eſt oneroſus, in partu doloroſus, poſt partum laborioſus *d. cap. ult.*

De Vo-

De Voto & voti Redemtione.
Titulus XXXIV.

SUMMARIA.

Cont. & argum. tit. 1.
Votum quid? 2. *& quotuplex?* 3. *ubi de ſimplici & ſolenni, aliiſque ſpeciebus, remiſſivè.*
Vovendi facultatem qui habeant? 4. *& de quibus actibus?* 5.
De forma & effectu votorum. 6. *eorumque redemtione.* 7.

QUia ſupra in *Titulo de regularibus & tranſeuntibus ad religionem 31.* actum eſt de profeſſione paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, quæ appellatur votum *in cap. porrectum 13. d. 1.* quod monachi poſt annum probationis præſtare debent *cap. conſueti 20. eod. tit.* ideò Compilator Decretalium nunc ſubjecit de voto in genere & voti redemtione. *Gloſſa & Abb. ad h. rubric.* Habet autem hic Titulus duas partes, una eſt de voto, altera de voti redemtione. † 1
Votum dictum à vovendo, h. e. promittendo, nihil aliud eſt, quàm promiſſio Deo, vel aliis ob honorem Dei facta. *Petr. Gregor. Tholoſanus lib. 3. partitionum juris canonici Tit. de voto 2. c. 1. lit. B.* De aliis voti definitionibus videatur *in apoſtillis ſeu additionibus ad Abbatem in rub. hujus Tit. lit. A.* † Voti verò variæ afferuntur 2
diviſiones. *Paludenſis* duodecim enumerat, teſte *Dominico Soto lib. 7. d. J. & J. quæſt. 2. art. 5.* ubi etiam ſcribit *Magiſtrum ſentent.* aliud votum facere perſonale, ut continentiæ, aliud reale, ut eleemoſynæ, & aliud miſtum, ut peregrinationis. Secundùm alios dividitur votum in ſimplex & ſolenne. Quæ eſt præcipua voti diviſio; Quandiu ad aliquam ſolennitatẽ ventum non ſit, quâ voti executio initium accipiat, ſimplex appellatur, ſed cum executioni ipſius per ſolennitates aliquas, ei rei neceſſarias, initium datur, tunc jam ſolenne effectum dici poteſt. Veluti, ſi quis voverit, ſe 3

Mmm reli-

religionem probatam ingreſſurum, ſuſcepitque ſacram veſtem, quæ profeſſorum propria eſt, velſe expreſsè in manibus prælati religionem & regulā profeſſus ſit, vel ſacros ordines acceperit, qui eis ſe devoverat, his & ſimilibus modis ſolenne effectum dicitur, ante verò, quam ad hujus generis ſolennitates ventum ſit, quamvis expreſſa pollicitatio clarè pronunciata ſit, ſimplex appellatur *cap. unic. h. n. tit. in 6. M. Anton. Cucbus lib. 2. Inſtit. jur. canon. tit. d. voto 5.* Plura de voto ſimplici & ſolenni proponit *Soto d. loc.* Eſt etiam votum aliud tacitum, & aliud expreſſum, aliud conditionale, & aliud abſolutum. De quibus ſpeciebus *vid. Henric. Zæſ. ad*
4 *h. t. n. 4. & 5.* † Sequitur voti ſubjectum, aut perſona, quæ vovendi facultatem habet. Omnes autem vovere poſſunt, qui non prohibentur *l. cum prætor 12. pr. d. judic. & ubi quisque ager. vel conveniri deb.* Puer igitur non obligatur, quia non poteſt uti ſuâ ratione *cap. ſignificatum 11. cap. cum virum 12. cap. cum ſimus 14. d. regul. & tranſ. ad religion. Soto d. lib. 7. q. 3. art. 2.* nec furioſus, niſi poſtea ſanæ mentis effectus ratum habuerit, quod in furore vovit *cap. ſicut teneor 15. d. tit.* An verò illi, qui ſunt alterius poteſtati ſubjecti, vovere poſſint, tractat *Thomas in 2a 2a q. 88. art. 8. & Dom. Soto d. q. 3. artic. 1.* deque aliis perſonis, quæ vovere poſſint vel non, videatur *Abb. ad cap. Scripturæ 4. n. 3. & ſeqq. h. n. tit. Petr. Gregor. Tholoſ. d. titul. d. voto c. 4. & Zæſ. h. t. n. 8. &*
5 *ſeqq.* † Materia voti eſt actus humanus, non ſolum poſſibilis, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio *l. impoſſibilium 185. d. R. J.* & nemo poteſt ad impoſſibilia obligari *cap. nemo poteſt 6. d. t. in 6. cap. ult. d. pactis. & cap. ult. d. condit. appoſit. in deſponſatione, vel in aliis contractibus*, ſed etiam bonus. Nemo enim poteſt obligari ad actum malum *l. filius 15. d. condit. Inſtitut.* Unde ſcribitur in *can. in malis 5. cauſa 22. q. 4. In malis promiſſis reſcinde fidem. In turpi voto muta decretum, quod incautè voviſti, ne facias. Impia*
6 *enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.* † Forma voti conſiſtit in modo perficiendi, videlicèt in deliberatione, propoſito & obligatione, quæ tria membra probat *Petr. Gregor. Tholoſan. d. loc. cap. 1.* Et *in cap. 5.* alia ſubjicit, quæ etiam ad formam vovendi pertinent. Denique effectus voti conſiſtit in ejus obſervantiâ, de quo
effe-

Digitized by Google

effectu videatur *Domin. Soto in art. 1. quaſt. 2. d. lib. 7. d. J. & J* & ejus executione. Licet enim univerſis liberum ſit arbitrium in vovendo, uſque adeò tamen eſt neceſſaria ſolutio poſt votum, ut ſine proprio ſalutis diſpendio alicui non liceat reſilire. Unde etiam Eccleſia compellit heredem laicum per excommunicationem & bonorum ſubtractionem ad executionem voti ultramarini, ad quod ſe obligavit pro defuncto *cap. licet 6. h. n. t.* † Et tantùm de primâ hujus tituli parte: Sequitur altera pars, quæ eſt de voti redemtione. Poſſunt autem vota Eleemoſynis redimi, vel in aliud commutari interveniente ſuperioris autoritate, ſi juſta ſubſit cauſa redimendi vel mutandi *cap. 1. & cap. venientis 2. h. t. n.* Sic etiam votum ultramarinum poteſt redimi *cap. Ex multa 9. eod. tit.* 7

NOTABILIA.

1. Quod agitur à prælatis, facilè trahitur à ſubditis in exemplum *cap. Magna 7. verſ. quod enim &c.*

2. Ceſſante causâ, facilius ceſſare poteſt & effectus *d. cap. 7. in fin.*

3. Sicut Epiſcopi dignitate præcellunt, ſic & religione debent aliis præeminere *cap. Ex multa 9.*

ERRORES.

Circa vota in jure canonico multi reperiuntur errores, qui cum ſacrâ Scripturâ pugnant; hos refutârunt noſtrates Theologi, præſertim *Albertus Grauerus in parte 8. & ultim. ſuarum prælectionum in Auguſtanam confeſſionem in ſexto abuſu de votis Monachorum, & Joannes Gerbard. in diſputationibus ſynopticis contra Robertum Bellarminum diſp. de Monachis & Laicis 11. n. 19. & ſeqq. qui legi debent.*

De Statu Monachorum & Canonicorum regularium.

Titulus XXXV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Vita monachorum qua eſſe debeat? 2.
Quis veſtitus? 3.

1 IN *tit. de regularib. & tranſ. ad relig. 31. & trib. titt. ſeqq.* oſtendit compilator Decretalium, quomodo fiant monachi, nunc tractat de monachorum & canonicorum regularium ſtatu, id eſt, vitâ
2 & habitu ſeu veſtitu. † Vita monachorum debet eſſe ſolitaria, quod etiam nomen illorum indicat *can. placuit 1. & can. placuit 8. cauſa 16. q. 1.* Non debent eſſe otioſi, ſed ſemper lectioni, vel alicui honeſto corporali exercitio intendant animum *cap. nunquam 33. d. conſecrat. diſt. 5.* Prohibitum eis eſt exire monaſterio ad audiendam phyſicam vel medicinam ſub prætextu conſulendi languentium fratrum corporibus. *cap. non magnopere. 3. ne Clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant*, ubi additur, ſi intra duos menſes ad clauſtrum non redeant, quod excommunicati ſint. Jura etiam civilia audire non debent *cap 3. & cap. ult. d. t.* quia abſurdum eſt clericis, imò etiam opprobrioſum, ſi ſe peritos velint oſtendere eſſe diſceptationum forenſium *l. repetita 41. C. d. Epiſc. & Cler. & l. conſultiſſ 23. d. teſtam. & quemadm. teſt. ordinent.* Abſtinere quoq; debent monachi à venationibus & aucupiis *Clem. 1. §. porrò à venationibus d. ſtatu monachorum vel canonicorum regular.* Monachus chirurgiam exercens, multum deliquit, officium alienum uſurpando, quod ſibi minimè congruebat *cap. Tua nos 19. verſ. Nos igitur &c. de homicidio voluntario vel caſuali.* Non etiam debent monachi carne veſci *cap. cum ad monaſterium 6. verſ. In refectorio h. n. t. & cap. carnem 32. d. conſecrat. diſt. 5.* Ubi ita ait Fructuoſus Epiſcopus: *carnem cuiquam monacho nec ſumendi nec*

guſtan-

guſtandi eſt conceſſa licentia, non quod creaturam Dei judicemus indignam, ſed quod carnis abſtinētia utilis, & apta monachis æſtimetur, ſervato tamen moderamine pietatis erga ægrotos. Præterea monachi ſibi compatres commatresvè non facere debent, nec oſculari fœminas *cap. Monachi 104. de conſecr. diſt. 4.* Denique Concilio Lateranenſi cautum eſt, ne monachis peculium habere concedatur *c. monachi 2. h. t.* Qui igitur convictus fuerit proprietatem habere rerum, cùm moritur, nec voluerit, quod ante regulam clam habuerit, ejurare, ſepulturâ Chriſtianâ debet privari & ſepeliri in ſterquilinio. *cap. ſuper quodam 4. & cap. cum ad monaſterium 6. in princ. eod. tit.* Et tantùm de vitâ monachorum, de quâ plura traduntur in *can. his igitur 3. diſt. 23.* † Quod verò attinet eorum veſtitum, conſtitutum eſt ne lineis camiſiis ſeu induſiis utantur in *d. cap. cum ad monaſterium 6. princ.* Debent autem veſtitu decenti uti. Qui igitur exiſtunt in triſtitiâ, ſolent vilioribus veſtibus uti, cultioribus verò in tempore ſolennitatis & gaudii. Videatur *d. Clem. 1. verſ. Statuimus,* ubi etiam explicatur, quid ſit caputium, quid flocci, & quid cuculla. Legendi etiam ſunt *Auguſtin. Ambroſius & alii Patres citati à P. Gregor. Tholoſ. in ſyntag. jur. univerſi lib. 15. cap. 15. n. 1.* qui docent, qualis debeat eſſe veſtitus monachorum. Quibus addi poteſt, quod ſcribit *Tholoſan. lib. 2. partitionum jur. canonici tit. 9. d. perſonis Eccleſiaſticis c. 7.* 5

Notabilia.

1. Dignum eſt, ut qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam *cap. recolentes 3. verſ. ſi enim relictis &c.*

2. Contra regulam monachalem nec ſummus Pontifex poteſt licentiam indulgere *cap. cum ad monaſterium 6. inf.*

3. Pœna debet aliis eſſe in exemplum, *cap. Ea quæ verſ. ſi verò &c.*

Error.

Monachi non debent edere carnes *d. c. 6.*

Digitized by Google

De
Religioſis domibus, ut Epiſcopis ſint ſubjectæ.
Titulus XXXVI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Religioſa domus. 2. *Sunt Epiſcopis regulariter ſubjectæ.* 3. *Except.* 4.
Quid ſi dubium ſit? 5.

1 IN Titulo præced. actum eſt de ſtatu monachorum; nunc ſequitur, ut videamus de illorum domibus, in quibus vel habitant, vel precibus & divinis officiis vacant, ut ſunt illorum Capellæ.
2 De illis tractatur in *hoc tit.* De his verò in *tit. ſeq. 37.* † Per religioſas domus intelliguntur Xenodochia, noſocomia, & ſimilia loca, ut apparet ex *l. ſancimus 22. pr. C. d. SS. Eccleſ. gloſſ. ad cap. de Xenodochiis 3. in voc. locis h. n. t. & Joan. Paulo Lancelotto lib. 2. Inſt. jur. can. princ. tit. d. religioſis domibus 23.*
3 † Sunt autem iſtæ domus ſubjectæ Epiſcopis, in quorum diœceſi exiſtunt *b. n. rubr. & d. cap. de Xenodochiis 3.* Ratio eſt, quia, ut ſcribunt *Canoniſtæ ad d. cap. 3.* tota diœceſis cenſetur unum corpus, unde traditur, quòd Epiſcopus habeat intentionem ſuam fundatam de jure communi in omnibus piis locis, etiam religioſis, ſitis in diœceſi ſuâ, etiamſi illæ Eccleſiæ unitæ ſint Eccleſiis alterius diœceſis *cap. quia monaſterium 2. b. n. t. ibique Abb. n. 5.*
4 † Si tamen Eccleſia vel monaſterium privilegium exhibeat, quo probet jurisdictioni Epiſcopi ſe exemtum, tunc non ſubjectum eſt Epiſcopo, neque in ſpiritualibus, neque in temporalibus *cap. cum venerabilis 7. & cap. cum dilectus 8. b. n. t.*
5 † Si verò dubitatur, cujus Epiſcopi iſta diœceſis ſit, in qua extat Eccleſia, & ideò incertum ſit, à quo baſilica ſit conſecranda, ille Epiſcopus conſecrabit, qui prius in illo loco Epiſcopalia jura exercebat *cap. 1. & ibi Canon. b. n. t.*

Notabilia.

1. Religioſus non debet mundanis uſibus deputari *cap. ad hac 4.*

2. Fraus

2. Fraus & dolus nemini patrocinari debent *cap. cum dilectus 8.*

3. Nimia religionum diverſitas gravem in Eccleſiam Dei confuſionem inducit *cap. ult.*

4. Nemo novam religionem invenire, ſed quicunque ad religionem converti voluerit, unam de approbatis aſſumere debet, *cap. ult.*

De Capellis Monachorum & aliorum religioſorum. Titulus XXXVII.

SUMMARIA.

Capella unde? 1. *& quid?* 2. *ubi plura remiſsivè.*

CApella, quam dictam putant vel à Cappâ, quæ tegumentum ſignificat, vel ut *Papias* vult allegatus à *Pardulpho Prateio in ſuo Lexico, voce Capella* quaſi capientem λαὸν, id eſt, populum vel laudem; quibus adde *P. Gregor. Tholoſan. in ſyntagm. jur. univerſi lib. 15. c. 29. n. 1.* 1
† Significat oratorium ſeu domum precibus divinis deſtinatam, ut in præcedenti titulo diximus. Quid autem monachi in ſuis capellis juris habeant, exponit *Gloſ. magna in can. d. Capellis 1. cauſa 16. q. 2. in verbis: de Capellis.* Plura videantur apud *Canoniſtas ad h. t. & tit. de Capellis Monachorum in 6.* 2

De Jure Patronatus. Titulus XXXVIII.

SUMMARIA.

Contin. & utilitas tit. 1.
Jus patronatûs variè inſignitur. 2. *Ejus origo.* 3.

Quid

Digitized by Google

Quid patrono tribuat? 4. Ejus definitio & def. explic. 5.

Qui poſſint fieri patroni? 6. an etiam fœmina? 7. filiifam.? 8. minores? 9. monachi? 10. infames, hæretici & excommunicati? 11.

Quib. modis fiat quis patronus? 12. (1.) per fundationem. 13. (2.) per ædificationem. 14. (3.) per dotationem. 15. Sed qualem? 16.

Alii poſſunt, ſi velint, alii coguntur dotare Eccleſiã. 17.

De reædificatione. 18. Præſcriptione. 19. ubi an laicus poſſit J. patronatûs præſcribere? Privilegio. 20.

Perſona ad præſentationem eligenda. 21. Sit legitimè nata. 22. maturæ ætatis. 23. gravitate morum & literarum ſcientiâ prædita. 24. 25. Orthodoxa. 26. Seſe non ingerens. 27.

Præſentat Patronus. 28. Quid ſi plures ſint Patroni? 29. Quid ſi maſculus & fœmina ſint patroni? 30.

An maritus, cui caſtrum &c. quod annexum habet J. patronatûs, in dotem eſt datum, habeat jus præſentandi, an uxor? 31. 32. 33.

Perſona præſentata qualis eſſe debeat? 34.

Præſentandi modus. 35. De præſentati inſtitutione. 36.

Patrono J. patronatûs eſt honorificum. 37. utile. 38. oneroſum. 39.

Transfertur J. patronatus in alios permutatione. 40. donatione. 41. venditione univerſitatis, cui jus

Digitized by Google

jus illud coharet. 42. *Succeſſione hereditariâ.* 43.

Cauſa patronatûs ad laicum an ad Eccleſiaſticum judicem ſpectet? 44. 45.

Quid ſi ſolùm de ejus quaſi poſſeſſione lis ſit? 46.

Quomodo jus patronatûs probari poſſit? 47.

De ejus amiſſione. 48.

ITa ſolet continuari hic Titulus cum præcedentibus: Hactenus a- 1
ctum eſt de priore parte hujus libri III. Decretalium, videlicèt perſonis & rebus, nunc ſequitur pars poſterior, quæ continet communia Clericorum, quorum primum concernit jus Patronatus, quod teſte *Antonio de Butrio ad hanc rubr. in pr. & Rocho de Curte in præfat. tractatus de jure patronatus*, eſt utile & frequens, ſæpèque de iſto jure hodie graviſſimæ moveri ſolent controverſiæ. † Hoc 2
autem jus varia habet in jure Canonico nomina. Aliquando enim dicitur advocatia *cap. quia Clerici 6. ibique Gloſſ. b. t. n.* & Patronus advocatus *cap. cum autem 24. eod. tit. Weſ. conſil. 48. n. 14.* aliquando cuſtodia & guardia *cap. prætereà 23. d. t.* quia patroni eſt Eccleſiam adverſus injuriam & oppreſſiones defendere *can. Filiis 31. cauſa 16. q. 7.* aliquando etiam jus proceſſionis, quia honor in proceſſu publico patrono debetur *can. pia mentis 26. & can. ſeq. d. cauſa & q. Gloſſ. in d. cap. Quia Clerici verſ. advocatias & Paul. d. Citadinis de jure Patronat. part. 1. n. 44.* † Hoc autem jus, 3
exemplo juris Patronatus civilis, à jure Canonico, quod non rarò ad imitationem juris civilis ſcriptum eſt, introductum videtur. Quemadmodum enim olim domini per manumiſſionem ſervorum jus Patronatus conſequebantur, quod in honore & reverentiâ conſiſtit, quam libertus pro beneficio manumiſſionis patrono debet *l. honori 2. l. licet 7. inf. d. obſeq. parentib. & patron. præſtand. l. ſed ſi hâc lege 10. §. patronum 2. l. generaliter 13. de in jus vocand.* & ut patronum ejusque liberos egentes de ſuo alat libertus, ſi habeat, unde faciat, *l. ſiquis 5. §. ſolent. 18. cum §§. ſeqq. d. agnoſcend. & alend. liber.* ita etiam Eccleſiæ ædificatione, aliisque modis, de qui-

Nnn bus

bus infra agendum erit, jus patronatus jure canonico conſequimur, ratione naturali ſuadente, qua ad remunerandum obligamur illis, à quibus beneficium accepimus *cap. cùm in officiis 7. d. teſtament. & ultim. volunt. & l. ſed etſi 25. §. conſuluit 11. d. Heredit. petit.* †

4 Hoc autem jus Patronatus inter alia efficit, ut non ſolùm tribuatur Patrono honor, & locus primarius in publicis actibus atque proceſſionibus *d. can. piæ mentis 26. & cap. nobis 25. h. n. t.* Verùm etiam in caſu inopiæ ei & liberis ſuppeditentur alimenta pro modo redituum, & dignitate perſonæ *can. quicunque 30. cauſa 16. q. 7. & d. cap. nobis 25. Cæſar Lampertinus de jure patronat. q. 1. pr. & Joan. Paul. Lancelott. lib. 1. Inſt. jur. canon. tit. de Inſtitutionibus & jure*

5 *patronatus 28. §. defertur autem* † Solet autem jus Patronatus non uno modo definiri, ut videre eſt ex iis, quæ tradit *Abbas ad rubr. h. t. Paulus de Citadinis d. part. 1. n. 42. Rochus de Curte in præfat. tract. de jure patronatus n. 2. cum ſeqq. & Eberhardus Speckhan. cent. 3. quæſtionum & deciſionum claſſ. 1. q. 36. n. 1. & ſeqq.* Nos autem ita definimus, quòd ſit jus præſentandi inſtituendum ad beneficium Eccleſiaſticum vacans, fundatoribus Eccleſiæ, aliisque ſimilibus perſonis competens, ut tanto propenſiores reddantur ad obſtringendas ſibi ſimilibus beneficiis Eccleſias. Per jus in hâc definitione intelligimus facultatem ſeu poteſtatem jure tributam. Quoties enim verbo, quod factum ſignificat, jus adjungitur, ut hoc loco fit, denotat iſta vox facultatem ſeu poteſtatem *Don. lib. 1. comm. jur. civil. c. 3.* Quia verò jus patronatûs conſiſtit in præſentatione, & ſine canonicâ inſtitutione beneficium Eccleſiaſticum licitè obtineri non poteſt. *cap. 1. d. R. J. in 6. cap. quod autem 5. & cap. Paſtoralis 29. de jure patronatûs*, ideò addita ſunt verba illa: *præſentandi inſtituendum.* Inſtitutio autem accipitur hoc loco pro translatione juris Eccleſiaſtici ad præſentationem patroni Eccleſiæ ſeu beneficii Eccleſiaſtici factâ *cap. præterea 4. cum cap. ſeq. 5. eod. tit. Henric. Caniſius in ſumm. juris canonici lib. 2. Inſtit. tit. d. Inſtitutione & jur. patronatûs 29. quæſt. quid nomine inſtitutionis veniat.* Prætereà diximus in definitione, *ad beneficium Eccleſiaſticum vacans.* Etenim Eccleſiaſtica beneficia tribui non debent ſeu permitti, antequam vacent, ne deſiderare quis mortem proximi videa-

videatur, in cujus locum & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. *cap. nulla 2. cap. ex tenore 13. & cap. ult. de conceſſione prabenda & Eccleſia non vacantis.* Sequitur in definitione: *Fundatoribus Eccleſiæ*; Quia hi ſunt juris patronatûs proprium ſubjectum, quod in definitione accidentis ſumitur pro differentiâ. Dicuntur autem fundatores Eccleſiæ à fundatione, h. e. agri, loci, ſolive ad erigendam Eccleſiam, adſignatione *d. cap. nobis 25.* Sequentia verò verba, *aliisque ſimilibus perſonis*, ideò ſunt addita, quia non ſolùm fundatione conſtituitur jus patronatûs, ſed etiam ædificatione, dotatione, & aliis modis, ut ex infrà dicendis apparebit. Denique ultima definitionis verba exprimunt cauſam juris patronatus finalem, de quibus videri poteſt *Gloſſ. ad d. cap. nobis 25. Archidiacon. in can. Hortamur 8. diſt. 71. & Gofredus ad d. can. pia mentis 26. causâ 16. q. 7.* Quòd autem cauſa finalis ingredi poſſit accidentis definitionem, probat *Zabatella lib. 4. d. methodis c. 14.* † Jus autem 6
patronatus conſideratur, ut conſtituendum & ut conſtitutum. In jure conſtituendo occurrunt perſonæ quibus jus hoc conſtituitur, & modi jus illud conſtituendi. De perſonis prius agendum erit *l. quidam 14. pr. d. jure Codicillor.* Nam parum eſt jus patronatûs noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa illud conſtitutum eſt, ignorentur *§. ult. Inſt. d. J. N. G. & C.* Omnes autem poſſunt fieri patroni, qui rerum ſuarum liberam habent adminiſtrationem *l. in re mandatâ 21. C mand. vel contra.* Ratio eſt, quia jus patronatûs eſt ex genere permiſſorum *h. n. t.* Omnes igitur patroni eſſe poſſunt, qui nominatim non ſunt prohibiti *l. mutus 43. §. 1. d. procurat. & defenſ. l. 1. §. adhiberi 1. d. teſtib. & l. nec non 28. §. quod ejus 2. Ex quibus cauſis major 25. ann.* maximè cùm hæc res ſit pia & favorabilis, quam extendi atque ampliari convenit *cap. odia 15. d. R. J. in 6. Paul. d. Citadinis part. 3. d. jur. patronat. n. 36.* † Poteſt igitur & fœ- 7
mina fieri patrona *cap. ult. d. conceſſ. prabenda & Eccleſia non vacant. & cap. nobis 25. h. t. n.* ubi in maſculino genere dicitur: ſi quis Eccleſiam cum aſſenſu diœceſani conſtruxit, ex eo jus patronatûs acquirit. Verbum autem hoc, *ſi quis*, tàm maſculos, quàm fœminas complectitur *l. tres fratres 35. d pact. & l. 1. d. V. S. Abb. in d. cap. nobis 25. n. 3. & Paul. d. Citadinis d. part. 3. n. 9.* † Quæ- 8

re filiifam. fieri non poſſunr patroni, quia non habent liberam re-
rum ſuarum adminiſtrationem, nec dominium *l. placet 79. d. ac-
quir. vel omit. bered. & l. acquiruntur 10. §. 1. d. A. R. D.* Si tamen
habent bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, poſſunt ſibi acquirere
jus patronatûs, quia in iſtis bonis habentur pro patribusfam. *l. ug.
2. d. Sct. Macedon. & princ. tit. J. quibus non eſt permiß. fac. teſtam.*
Eadem ratio eſt de bonis adventitiis, in quibus pater non habet
uſumfructum, quia illa bona poſſunt adminiſtrare, quo volunt
modo *Nov. ut liceat matri & aviæ &c. 117. c. 1. §. 1.* quod ſecus eſt,
quando habent bona adventitia, quorum uſusfructus eſt patris
l. fin. §. ipſum 5. verſ. filiis autem familias C. d. bonis, quæ liberis &c.
9 † Et quamvis minores 25. annis ſint verè domini, non tamen poſ-
ſunt ſine decrero jus patronatus ſibi acquirere *l. fin. verſ. cum au-
tem C. ſi major factus alienationem factam ſine decreto ratam habue-
rit. Octavius Simoncellus d. contractib. minor lib. 1. tit. 2. inſpect. 2.
n. 23. & Paulus d. Citadinis d. tr. part. 3. ſecunda cauſa q. 7. num. 20.*
10 † Monachi etiam non poſſunt fieri patroni, quia non ſunt domi-
ni rerum; Ingreſſi enim monaſteria ipſo ingreſſu ſe ſuaque dedi-
11 cant Deo. *Auth. ingreſſi C. d. SS. Eccleſ.* † Ex numero quo-
que patronorum non poſſunt eſſe infames, quia jus patronatus
conjunctum eſt cum honore *d. cap. nobis 25.* qui infamibus non
competit *l. neque 2. C. d. dignit. lib. 12. & l. unic. C. d. infamib. lib.
10.* Item hæretici. Horum enim bona ipſo jure ſunt confiſcata *cap.
cum ſecundum 19. de hæreticis in 6. cap. vergentis 10. eod. tit. & auth.
Gazaros C. d. Hæreticis & Manichæis & Samaritis. Abb. in d. cap.
nobis n. 3.* & ligati excommunicatione majori, quia hi à commu-
nione fidelium in totum ſunt ſeparati *cap. pen. d. ſentent. excom-
munic.* Quod ſecus videtur eſſe de excommunicatis minori
excommunicatione; quia illis tantum interdicta eſt partici-
patio ſacramentorum *d. cap. penult.* Unde etiam non prohi-
bentur eligere, vel ea, quæ ratione juriſdictionis illis compe-
tunt, exercere *cap. fin. d. Clerico excommunicato &c. vid. tamen
Joan. Andr. ad d. cap. nobis. ibique Abbas n. 3.* † Tres autem
12 ſunt modi, cæteris frequentiores, quibus jus patronatûs acquiritur,
vid. fundatio, ædificatio atque dotatio juxta dictum verſiculum:

Patro-

Patronum faciunt dos ædificatio fundus.

Quæ tamen tria conjunctim non requiruntur, quia poteſt unus fieri patronus ratione fundationis, alius ratione conſtructionis, & alius denique ratione dotationis *can. filiis 31. cauſa 16. q. 7.* ubi habetur dictio, *vel*, quæ ſuâ naturâ eſt alternativa *Abbas ad rubr. h. n. t. n. 6. Maſcard. d. probationib. vol. 2. concluſ. 958. n. 31. & 34. & Menoch. lib. 3. d. præſumt. 90. n. 4. & ſeqq.* Et hæc eſt communis omnium Dd. opinio, teſte *Cæſare Lampertino de jure patronat. 4. quæſtione princip. n. 1.* Fundatorum verò Eccleſiæ fit mentio in *can. Hortamur 8. diſt. 71. cap. quoniam 3. d. cap. nobis 25.* ubi etiam fit mentio fundationis Eccleſiæ *cap. generali 13. verſ. qui autem d. Elect. & Elect. poteſt. in 6. d. cap. pia mentis 26. can. Frigentius 27. can. contra ſanctorum 29. can. decernimus 32. & can. rationis 34. cauſa 16. q. 7.* Et per fundationem intelligimus adſignationem fundi ſeu loci, in quo Eccleſia conſtrui ſeu ædificari debet. *d. cap. nobis 25. & d. can. pia mentis 26. ibique Gloſ. & d. can. Frigentius 27.* Acquiritur autẽ jus patronatûs fundatione ipſo jure, etiamſi patronus illud ſibi non reſervârit, modò non remiſerit *d. cap. nobis 25. ibi: ex eo jus patronatus acquirit Gloſ. in cap. ſi quis baſilicam 10. in verbis: ſub tributariâ de conſecrat. diſt. 1.* quam *Rochus de Curte d. tr. d. jur. patronat. in verbis: Eccleſiam fundavit q. 8. n. 32. & alii Canoniſtæ* ſequuntur. Errat igitur *Paulus de Citadinis, qui part. 3. in verbis, ſecunda cauſa q. 5. n. 13. & trib. ſeqq. num.* Jus patronatûs non competere exiſtimat, niſi per patronum reſervetur. Pro quo nihil facit, quod in dubio magis Eccleſiæ, quàm fundatoribus favendum ſit *l. ſunt perſonæ 43. de religioſ. & ſumtib. funer.* Quia negamus nos hîc verſari in dubio. Non etiam contrariatur, quod objicitur, jura vigilantibus, & non dormientibus ſubvenire *l. non enim 16. Ex quibus cauſis major 25. annis in integr. reſtit. & l. pupillus 24. in fin. quæ in fraud. credit. facta ſunt, ut reſtituant.* Quia hoc malè accommodatur ad patronum, pro quo ipſa jura vigilarunt. Et tantùm de fundatione. † Deinde conſtituitur jus patro- 14
natûs conſtructione ſeu ædificatione Eccleſiæ *d. capit. nobis 25. & Novell. de ſanctiſſimis Epiſcopis & c. 123. C. ſi quis 18.* Ubi ſciendum eſt primò, non eum qui ædificat fieri patronum, ſed cujus ſumtibus

Eccleſia ædificatur. *Anton. d. Butr. in d. cap. nobis 25. n. 14. & Joan. Nicolaus Delphinates de jure patronatus n. 110.* Deinde non ſufficere, quòd quis ædificare cœperit, ſed requiri etiam ædificii perfectionem. Quare ſi incipientem ædificare pœnituerit, & relictum ædificium alius perfecerit, non qui cepit ædificare, fit patronus, ſed qui perfecit. *Paul. de Citadin. d. part. 3. q. 14. n. 37. cum ſeq.* Ultimò per ædificationem eam intelligimus, quæ canonicè eſt facta *can. monaſterium 33. cauſa 16. q. 7.* Quæ autem ædificatio dicatur canonicè facta, conſtat ex *can. nemo 9. d. conſecrat. diſt. 1. & Novell. ut nullus fabricet oratorii domus præter voluntatem Epiſcopi 67. cap. ſancimus 1. & cap. deinde 2.*

25 † Denique acquiritur jus patronatûs dotatione *can. filiis. 31. cauſa 16. q. 7.* Quemadmodum enim in matrimonio dos adſignatur ad ſuſtinenda onera matrimonii *l. dotis 7. in pr. l. ſi pater 76. in fin. de jure dot. & l. pro oneribus 20. C. eod. tit.* ita etiam in qs. ſpirituali matrimonio, quod videtur contrahi inter dotantem, & Eccleſiam dotatam, certa dos ex reditibus, annuisve cenſibus ad Clericorum alimentationem, ad luminaria & ad cuſtodiam cuſtodumque ſtipendia conſtitui debet *d. can. Nemo 9. & d. Novell. 67. cap. 1. & 2.* Nam non eſt Eccleſia, niſi de dote proviſum ei fuerit *cap. cum ſicut 8. d. conſecrat. Eccleſiæ vel altaris.* Hinc etiam præcipitur Epiſcopis, ut ſine dote non dedicent Eccleſiam. Nam non levis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminariis, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt, tanquam domus privata, conſecratur Eccleſia, *can. placuit 1. cauſa 1. q. 2.*

26 † Si igitur plures ſunt, qui dotant, omnes erunt patroni. Superior tamen providere debet, ne ex multitudine patronorum Eccleſia gravetur, quia utilius eſt habere unum patronum, quàm plures. Solet enim negligi, quod communiter poſſidetur *l. meminimus 2. verſ. naturale quippe vitium eſt C. quando & quibus quarta pars debetur &c. lib. 10. Abb. ad cap. querimoniam 9. n. 3. ubi Petrum allegat h. n. 8.* Qui autem dotat, debet dotem dare ſufficientem, aliàs non erit patronus, *d. Nov. ut nullus fabricet oratorii domus &c. 67. cap. deinde 2. ibi: & ſi ſufficienter habere videtur. & d. can. nemo 9. verbo: ſufficiant. Joan. de Anania ad cap. 1. n. 8. d. jur. patronat. & Joan. Nicol. Delphinates d. tr. n. 100.*

100. Quæ verò ſit dos ſufficiens & congrua, Epiſcopus judicabit
can. ſic quidam 2. can. decretum. 3. & can. noverint 6. cauſa 10. q. 1.
Rochus de Curte de jure patronat. in verbis: Et dotavit. q. 100. n. 17.
Debet etiam dos eſſe perpetua, exemplo dotis, quæ marito datur.
Hujus enim cauſa perpetua eſt, & cum voto ejus, qui dat, ita con-
trahitur, ut ſemper apud maritum ſit *l. 1. d. jure dot.* Hinc ſequi-
tur, Eccleſiæ dotem vix poſſe in uſufructu conſtitui, quia hâc ratio-
ne fieret uſusfructus perpetuus, & ita efficeretur proprietas inuti-
lis, contra §. *uſusfructus 1. I. de uſufr. Paul. d. Citadinis d. part. 3. in*
verbis: ſecunda cauſa n. 21. † Denique ſciendum eſt, alios, ſi 17.
velint, poſſe dotare Eccleſiam, alios verò poſſe ad id cogi, ſi nolint
Eccleſiam dotare. Dotare poſſunt, ſi velint, quilibet extranei *l. ſi*
extraneus 33. d. jure dot. Cogi verò ad id poſſunt, qui conſtruxe-
runt Eccleſiam. Quemadmodum enim pater filiam, quam habet
in poteſtate, dotare cogitur *l. capite 19. d. ritu nupt.* & votum offi-
ciumque eſt paternum, dotem pro ſuâ dare progenie *l. mulier 22.*
§. cum proponeretur 4. ad SC. Trebell. & l. ult. verſ. Neque enim. C.
d. dotis promiſſion. ita etiam tenetur dotare Eccleſiam, qui eam
fundavit, conſtruxit ſeu ædificavit. *cap. cum ſicut 8. & ibi gloſſ. ver-*
bo: conſecranda de conſecratione Eccleſiæ vel altaris. & cap. Nemo 9.
d. conſecrat. diſt. 1. aut in ſubſidium ad Epiſcopum, qui Eccleſiam
non adſignatâ dote conſecravit, recurritur *arg. cap. non liceat 2. &*
cap. Epiſcopus 4. de prabend. & dignitatib. ubi non licet Epiſcopo
aliquem ordinare ſine titulo, & ſi fecerit, debet illi dare, unde vi-
vere poſſit *Abb. ad d. cap. cum ſicut 8. n. 3.* † Hiſce modis 18
addunt Canoniſtæ alios tres, quibus jus patronatûs conſtitui pu-
tant. Primus dicitur reædificatio ſeu reparatio ſive refectio ædi-
ficii collapſi. Ubi tamen videndum erit, utrùm totum Eccleſiæ
ædificium collapſum atque dirutum fuerit, an verò ejus tantùm
pars. Illo caſu amittit patronus jus ſuum, ſi nolit Eccleſiam colla-
pſam reſtaurare *l. repeti 5. §. rei 2. Quibus mod. uſusfr. vel uſus a-*
mitt. Quod enim ſemel extinctum, in perpetuum non reviviſcit
l. qui res 98. §. aream 8. d. ſolut. & liberat. Et per reædificationem
conſenſu Epiſcopi etiam de eadem materiâ factam, novus fit pa-
tronus, quia reparatio ſeu refectio hæc comparatur ædificationi.

Hoſti-

Hoſtienſ. ad cap. 1. verſ. item ex refectione & ad cap. quoniam 3. h. n. 1. Hoc verò caſu jus patronatûs per reædificationem non acquiritur *l. quid tamen 10. §. non tantùm 1. Quibus mod. uſusfr. vel uſus amitt. & cap. ligneis 6. de conſecr. Eccleſia vel altar. Joan. Nicol.*
19 *Delphinates lib. 1. de jur. patron. n. 110.* † Secundus verò modus nominatur præſcriptio, quem irregularem Canoniſtæ appellant. An autem à laicis jus patronatûs præſcribi poſſit, gravis eſt diſceptatio inter Dd. Plerique præſcriptionem admittunt adverſus Eccleſiam liberam, quæ non habet patronum, ſi ſit munita quadragin'a annorum curriculo *cap. cum 11. ibi: niſi legitima fuerit præſcriptione munitus h. t. cap. querelam 24. verſ. Nos igitur, in verb. cum nobis conſtiterit, quod populus in quaſi poſſeſſione præſentandi clericum exiſtebat d. Elect. & Elect. poteſtat. cap. generali 13. in verbis: Qui autem ab ipſarum Eccleſiarum, cæterorumq; &c. eod. tit in 6.* Si verò Eccleſia eſt patronata, putant, poſſe jus patronatûs contra Laicum patronum præſcribi decem vel viginti annis *princ. tit. J. d. uſucap. & long. temporis præſcript. C. de præſcript. longi temporis 10. vel 20. annorum. Joan. Andreæ ad d. cap. querelam. Baldus d. præſcript. part 5. principal. q. 9. n. 2. Paul. d. Citadin. part. 3. in verbis: quæro ergò n. 3. & ſeqq. & alii.* Et horum opinio tanquàm communior ſervatur in praxi, teſte *Abbat. ad d. cap. querelam n. 9.* Contraria tamen ſententia, quod videl. laicus jus patronatûs non poſſit præſcribere, nobis videtur verior cum *Joanne de Monte Murlo*, quẽ allegat & ſequitur *Abb. d. l. Archidiacono in can. Hortamur 8. diſt. 71. Felin. ad cap. cauſam 7. d. præſcription. & Andr. Fachin. lib. 8. controv. jur. civil. c. 24.* Movemur autem hâc unicâ ratione, quam *Abbas* appellat inconvincibilem: Laicus ſpiritualia, & quæ connexa ſunt ſpiritualibus cauſis, non poteſt poſſidere. Nam ut quis dicatur verè poſſidere, neceſſariò debent concurrere hæc tria, videlicèt actus corporis, affectus animi, & adminiculum juris, *Gloſ. & Br. ad l. 1. d. acquir. vel amitt. poſ.* & quando unum deficit de ſubſtantialiter requiſitis ad confectionem actûs, deficit ipſe actus, *cap. fin. d. condit. appoſ. in deſpenſat. &c.* Sed laicis jus reſiſtit, ne poſſint ſpiritualia poſſidere, *cap. ſacroſancta 5. d. Elect. & Elect. poteſt. cap. Eccleſia 10. de Conſtitutionib. & cap. cauſam 7.*

ibi

ibi gloſſ. d. praſcript. Connexa autem ſpiritualibus cauſis; ideò laicus non poteſt poſſidere, quia de connexis idem eſt judicium *cap. quanto 3. & ibi Canon. d. judic. & cap. prateteà 10. d. tranſact.* Qui autem non poſſidet, non poteſt præſcribere, quia præſcriptio fundata eſt ſuper poſſeſſione, *cap. ſine poſſeſſione 3. d. R. J. in 6. d. cap. cauſam 7. cap. Ex literis 3. in f. d. probation. & l. ſine poſſeſſione 25. d. uſurp. & uſucap.* & ubi deficit fundamentum, ſuperædificari nihil poteſt, *cap. veniens 3. de presbytero non baptizat.* Quia verò jus patronatûs conjunctum & connexum eſt ſpiritualibus cauſis, *d. cap. quanto 3. & cap. de jure 16. h. t. n.* ſequitur, nec illud Laicum poſſidere aut præſcribere poſſe. Nec obſtat, quod Laici poſſunt eſſe patroni, quia illud fit favore Eccleſiæ, ut Laici inducerentur per acquiſitionem iſtius juris ad conſtituendas, fundandas & dotandas Eccleſias. Non igitur hoc extendi debet ad præſcriptionem, in qua iſta cauſa ceſſat *l. quod verò 14. d. Legib. Schwgs C. & long. conſuet. cap. cum ceſſante 60. de appellat. recuſat. & relat. & cap. ſanè 9. d. privileg. & exceſſib. privilegiator.* Ad textus autem contrarios reſpondet *Facbin. d. loc.* † Ultimus modus, quô jus patronatûs conſtituitur, dicitur privilegium. Non 20 enim dubitandum eſt, quin Pontificis privilegio hoc jus induci poſſit, propter poteſtatem, quam ſibi in omnes Eccleſias & beneficia vendicat, ſummam. *cap. licet 2. d. prabend. & dignit. in 6. Caniſius in ſumm. jur. canon. lib. 2. Inſtit. tit. de Inſtitutione & jure patronatus 29. in quaſtion. quibus modis jus patronatûs inducatur.* Et tantùm de jure patronatus conſtituendo. † In conſtituto verò jure patronatus conſideratur primò *praſentatio*, ubi juxta *Anton. d.* 21 *Butrio in d. cap. Nobis 25. h. n. t. n. 4.* duo actus ſolêt intervenire, quorum unus dicitur electionis perſonæ præſentandæ, alter actus præſentationis Epiſcopo fiendæ. In actu electionis requiritur, ut idonea eligatur perſona *cap. ult. d. Filiis Presbyterorum ordinandis vel non, cap. grave nimis 29. d. prabend. & dignitat.* † Perſona autem 22 idonea illa cenſetur 1. quæ legitimè eſt nata *cap. cum in cunctis 7. d. Elect. & Elect. poteſt.* Nimis enim Eccleſiæ deformatur honeſtas, ſi non legitimè nati ad officia Eccleſiaſtica promoventur *d. cap. ult.* † 2. Quæ maturam habet ætatem *d. cap. cum in cun.* 23

ctis 7. Hinc ſcribitur in *can. Epiſcopus 6. diſt. 77.* Epiſcopus benedi-
ctionem diaconatus minoribus, quàm 25. annorum, penitus non
committat. Presbyterum verò vel Epiſcopum ante 30. annos, id eſt,
antequàm ad viri perfecti ætatem perveniat, & Diaconos ante vi-
ginti quinque nullus metropolitanorum ordinare præſumat: ne
per ætatem (quod aliquoties evenit) aliquo errore culpentur: †
24 3. Quæ morum gravitate prædita eſt *d. cap. cum in cunctis 7.* Inde-
corum enim eſt, ut hi debeant Eccleſias regere, qui non noverunt
gubernare ſeipſos, cùm ad Eccleſiarum regimen tales perſonæ ſint
admittendæ, quæ diſcretione præemineāt, & morum fulgeant ho-
neſtate *cap. Indecorum eſt 3. de ætate & qualitate & ordine præ-*
25 *ficiendorum.* † 4. Quæ literarum maximè Theologicarum
ſcientiâ eſt commendabilis *d. cap. cùm in cunctis 7. & can. oportet
eum 12. cauſa 8. q. 1.* Nam literis ſacris carens, non poteſt eſſe a-
26 ptus officiis *can. illiteratos 1. diſt. 36.* † 5. Quæ ſinceram re-
ligionem profitetur *Nov. d. ſanctiſſimis Epiſcopis & Deo amabili-*
27 *bus &c. 123. cap. Clericis 12.* † Denique, quæ non appetit, ſed
fugit officium eccleſiaſticum: Locus enim regiminis ſicut fugien-
tibus eſt offerendus, ita deſiderantibus eſt negandus *can. ſicut 153.
cauſa 1. q. 6. can. In ſcripturis 9. & can. qui epiſcopatum 11. d. cauſa.
q. 1.* Tantùm ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, ut quæratur cogen-
dus, rogatus recedat, invitatus effugiat. Sola illi ſuffragetur ne-
ceſſitas excuſandi. Profectò enim indignus eſt ſacerdotio, niſi
fuerit ordinatus invitus *l. ſi quenquam 31. verſ. Tantùm ab ambitu
C. d. Epiſc. & Cler.* Et hæc aliaque ſimilia, de quibus infrà dice-
mus, in electione præſentandi obſervanda ſunt. In actu verò præ-
ſentationis, quæ Epiſcopo fieri debet, conſideranda eſt 1. perſona,
quæ præſentat. 2. Perſona præſentata. 3. Modus præſentationis.
4. & ultimò, præſentationis finis ſeu effectus, de quibus ordine
28 dicendum erit. † Perſona, quæ præſentat, dicitur patronus,
& eſt is, cui jus patronatûs, quod in jure præſentandi conſiſtit, con-
29 ſtitutum eſt. † Quare ſi duo vel tres ſunt patroni, omnes habent
jus præſentandi. Hi, ſi in præſtando non ſint concordes, ille præ-
ficiendus erit Eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurium
conſenſu *cap. 1. de his, quæ fiunt à majori parte capituli. & cap. quo-*
niam

niam 3. h. t. n. Niſi enim diſpoſitum à majori parte valeret, ſæpè non poſſent expediri negotia; ideò in præſentationis actu non neceſſariò requiritur omnium patronorum conſenſus, ſed ſufficit, ſi per majorem partem præſentatio ſit facta *dd. textib.* Unde quæritur, quænam dicatur major pars in præſentionis actu, an neceſſe ſit, ut conveniat major pars, habito reſpectu ad omnes patronos, an verò ſufficiat major pars, habitâ comparatione ad minorem partem? Illud probatur in *cap. Eccleſia 48. d. Elect. & Elect. poteſtat.* & habet locum, cùm præſentatio ſit à patronis, ut à collegio. Hoc verò confirmatur per *d. cap. quoniam 3.* & procedit, quando patroni præſentant, tanquam ſingulares. *Anton. d. Butrio ad d. cap. Eccleſia n. 4. ibique Vivianus in rational. juris Pontif.* † Duo ſunt Eccleſiæ patroni, maſculus & fœmina, qui in præſentando diſſentiunt, quæritur, utrùm præſentatus à maſculo ſit præferendus? 30
Ita quidem putant *Bl. ad l. 1. d. Senator. & Decius ad l. fœminæ 2. n. 47. d. R. J.* quos ſequitur *Didac. Spino à Cacer. in ſpeculo teſtamentor. gloſſ. [illegible] princip. n. 48. & Nicol. ab Alto, ſingulari juris 27. n. 6.* qui etiam rationem addit, quod major dignitas ſit in ſexu virili, quodque in viris major ſit providentia, circumſpectio, diſcretio & prudentia, atque melius nôrint prævidere & ponderare, quem miniſtrum Eccleſiæ expediat præficere, quàm mulieres, quæ conſilio ſunt invalidæ, quæque dicuntur habere cor momentaneum & inſtabile *l. filia 20. C. d. inoffic. teſtam. & cap. forus 10. d. V. S.* Verùm ab hac opinione recedit *Rochus d. Curte tr. de jure patronatus ad vocem, Honorificum n. 93. & Sigiſm. Finckelthaus tr. d. jure patronat. c. 6. n. 7.* qui putant æquè competere jus patronatûs fœminæ, ut maſculo. Nos verò exiſtimamus, eum eſſe præferendum, quem hoc caſu Epiſcopus elegit *Clem. plures 2. h. t.* Eum autem debet eligere, qui in ſcrutinio idoneior, & magis dignus inventus fuit *cap. unic. de ſcrutinio in ordin. fac. & can. Metropolitano 19. diſt. 63.* Eſt autem ſcrutinium nihil aliud, quàm examen doctrinæ, morum & vitæ, quod ante ordinationem quis ſubire debet. *Canon. ad d. cap. unic.* † Quæritur etiam, an maritus, cui caſtrum vel alius locus, qui annexum habet jus patronatûs, in dotem eſt datus, 31
jus habeat præſentandi, an verò uxor? Pro marito pugnant *Nicol.*

Garſias tract. de beneficiis part. 5. c. 9. n. 178. & ſeq. Rochus de Curte de jur. patronat. in verbis: Ipſe vel is, à quo cauſam habuit q. 28. n. 62. & duobus ſeqq. Nicol. ab Alto ſingul. 27. n. 10. & Sigiſmund. Finckelth. d. cap. 6. n. 16. cum ſeqq. 1. Quia maritus eſt dominus dotis vivente uxore *l. ſi ego 9. §. 1. l. quamvis 75. d. jur. dot. l. ſi prædium 23. C. d. t. & l. dotale 13. §. dotale 2. d. fund. dotal.* & non uxor *Gloſſ. in l. denique 3. §. ergo 5. d. minor 25. ann. & in l. quantus 27. §. argento 2. d. aur. & arg. legat.* quam ſequitur *Hyppolit. Riminald. ad princ. tit. Inſt. quib. alien. licet vel non. n. 316.* & communis Dd. ſchola, teſte *Bl. Novell. de dote parte 8. privileg. 6. n. 1.* aut certè maritus habet dominium civile, uxor verò tantùm naturale. *Gloſſ. in can. quod Deo 4. voc. hunc, cauſa 33. q. 5. Martinus Gloſſator in l. in rebus 30. C. de jure dot. & Vacon à vacun. lib. 3. novar. declar. jur. 49. n. 15.* 2. Quia commodum, quod maritus in rebus dotalibus habet, conſiſtit inter alia, in fructuum perceptione. Cùm enim maritus onera ſubit matrimonii, æquum eſt, eum etiam fructus percipere *l. dotis 7. pr. d. jur. dot. l. pro oneribus 20. C. eod. tit. & l. actione 65. §. fin. pro Soc.* tàm naturales *l. plerumque 10. §. ſed fœtus 3. d. jure dot. l. fructus 7. §. ſi fundum 12. cum §§. ſeqq. & l. ſi fructus 8. ſol. matrimon.* quàm civiles *d. l. fructus 7. §. è contrario 2. §. in ſervo 10. & §. de penſionibus 11.* ſed ipſa præſentatio eſt quaſi quidam fructus juris patronatûs. *Anton. d. Butrio ad cap. conſultationibus 19. v. 2. ibique Innocent. h. v. t.* Ergò etiam jus præſentandi ſpectabit ad maritum, & non ad ejus uxorem. Denique jus patronatûs tranſit in conductorem *cap. Ex literis 7. d. t. & cap. veſtra 2. de locat. & conduct.* Ergò multò magis tranſibit in maritum, quia minus juris habet conductor in re conductâ, quàm maritus in re dotali. Hic enim eſt dominus iſtius rei. Si igitur maritus habet jus patronatûs, ſequitur ad eum quoque ſpectare jus

32 præſentandi, & non ad ejus uxorem. † Pro uxore verò pugnat *Abb. ad cap. ult. n. 18. de conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacantis*, ubi etiam ſcribit, hanc opinionem eſſe ſubtiliorem & elegantiorem. Quam duabus rationibus confirmat, quarum una eſt, quòd ex præſentatione nullum fructum reipsâ æſtimabilem conſequatur maritus. Altera ratio eſt, quia jus patronatûs non

tranſit

tranſit cum univerſitate in creditorem *cap. cum Bertholdus 18. d. ſent. & re judic.* Ergò nec tranſire debet in maritum. Quam opinionem etiam alii probant, quos allegat *Rochus de Curte d. loc. n. 62. & Nicol. ab Alto d. loc.* Nos autem magis inclinamus in priorem ſententiam, non quidem ideò, quòd maritus ſit dominus dotalis, quia conſtat etiam penes uxorem eſſe pro parte dotis dominium *d. l. quamvis 75. ibi: mulieris tamen eſt l. cum dos 7. d. pact. dotal. l. denique 3. §. ergo 5. in verbis: quoniam dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt, d. minor 25. ann. l. pater 71. d. evict. & duplæ ſtipulat. & l. in rebus 30. C. d. jure dot.* Sed propter reliquas rationes, quæ ſuprà pro marito ſunt adductæ. † Ad poſterioris autem opinionis rationes, & quidem ad priorem reſpondetur 33 à *Rocho de Curte d. loc. n. 63.* licèt verum ſit, quòd præſentatio non ſit fructus habilis ad ſuſtentationem onerum matrimonii, tamen ſufficere, quòd ipſa univerſitas, cui cohæret jus patronatûs, ad id ſit habilis. Deinde hoc caſu, ubi univerſitas in dotem datur, non conſiderari jus patronatûs principaliter, ſed ſolùm acceſſoriè. Ad poſteriorem verò rationem reſpondet *Sigiſmund. Finckelthaus d. c. 6. n. 21.* aliam rationem eſſe in creditore, & aliam in marito. Creditor enim, debitô exſolutô ex contractu pignoris vel hypothecæ reſtituere omnes fructus nomine debitoris perceptos ex pignore, vel in ſortem imputare, vel denique fructibus conſumtis, æſtimationem eorundem ſolvere tenetur, *l. ſi pignore 22. §. ſi prædo 2. de pignor. act. l. ſi dominium 9. C. d. pignor. & hypoth. & l. 1. C. de diſtraction. pignor.* Si verò jus patronatûs in creditorem tranſiret, tunc ille præſentationem, tanquam fructum, non poſſet reſtituere *cap. præterea 4 cap. conſultationibus 19 h. n. t.* neque etiam ſolvere præſentationis æſtimationem, quia præſentatio, cùm ſit ſpiritualitati annexa, eſt res inæſtimabilis. *cap. de jure 16. eod. tit. & cap. quæſitum eſt 5. de rer. permut.* † Perſona verò præſentata debet idonea eſſe, atque præſentatione digna. Nihil enim eſt, quod 34 Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm cùm indigni aſſumuntur ad regimen animarum *cap. nihil eſt 44. d. Elect. & Elect. poteſt.* An autem præſentata perſona ſit digna atq; idonea, vel non, conſtabit ex ſcrutinio ſeu examine, cui præſentatus, antequam inſtituitur, ſubjici-

jicitur. In iſto autem examine inquiritur in præſentatorum ſeu ordinandorum vitam, genus, patriam & nationem, ætatem atque inſtitutionem & locum ubi educati ſunt, de quibus omnibus diximus ſuprà ad *tit. de ſcrutinio in ordine faciendo 12. lib. 1. Decretal.* Si igitur præſentatus idoneus eſt inventus in ſcrutinio, inſtituendus atque præficiendus erit Eccleſiæ: Sin minus, patroni alium Epiſcopo poſſunt præſentare *cap. quod autem 5. h. n. t. & can. decernimus 32. cauſa 16. q. 7.* Sciendum autem eſt ex numero præſentatorum poſſe etiam eſſe compatronum *cap. cum in jure 33. d. Elect. & Elect. poteſt.* neminem tamen ſeipſum præſentare poſſe, quantumcunque idoneus ſit, & quibuscunque ſtudiis atque meritis adjuvetur. *cap. per noſtras 26. h. t. n. Sicut is,* inquit *Gregorius, in can. ſicut 3. cauſa 1. q. 6. qui invitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris eſt altaribus admovendus. Sic qui ultrò ambit, vel importunè ſe ingerit, eſt procul dubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit, niſi ut creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius ad profunda deſcendat?* Solet & hæc ratio reddi, ob quam quis ſeipſum præſentare non poſſit, quòd debeat eſſe differentia inter præſentatum & præſentantem, dantem & recipientem. Ea enim natura eſt correlativorum, quòd unum non ſit alterum *Gloſ. ad d. cap. per noſtras in verbo: præſentare.* Nec adverſatur, quòd charitas incipiat à ſeipſa *cap. qui vult 19. de pœnit. diſt. 3. & l. præſes 6. C. d. ſervit. & aq.* quia hoc fallit, ſi ſequantur inconvenientia. *Roch. de Curte in voc. Honorificum n. 20.* Si autem propria charitas hoc loco eſſet attendenda, poſſet quis ſeipſum commendare atque ingerere, quod jure eſt prohibitum. Poteſt tamen patronus filium ſuum, ſi idoneus eſt, præſentare *arg. cap. cum apud 23. d. ſponſalib. & matrim. gloſ. in cap. conſuluit 15. voc. autoritate ibique Abbas n. 3. h. n. t. Felinus in cap. afferte 2. in ſecundo notabili in fin. d. præſumt. & Specul. ad tit. de jure patronat. n. 14.* Nec obſtat, quòd pater præſentando filium, videatur in effectu ſeipſum præſentare, cùm pater & filius cenſeantur eadem perſona *l. fin. verſ. Nobis autem in primâ. C. d. impub. & aliis ſubſtit.* & quæ filius acquirit, videatur patri acquirere *l. cum oportet. 6. & l. fin. C. de bon. quæ liber.* quia reſponderi ſolet, prius procedere de fictione ju-

ne juris; hoc autem loco potiùs veritatem attendi, quâ inſpectâ ſunt diverſæ perſonæ. *vid. Juſtus Reinhardus Robigius in Codice Critico libr. 3. capit. 17. & Hieronym. Schurpf. cent. 2. conſil. 1. num. 11.* Poſterius verò locum non habere in ſpiritualibus, quia ibi non curatur patria poteſtas *cap. ult. de Jud. in 6. Abbas dict. loc.* Et tantùm etiam de perſonâ præſentatâ. † Modus præſentandi inſtituendum conſiſtit in tribus. Primò debet 35
præſentatio fieri gratis. Simoniam enim committit patronus, cum recipit pecuniam pro præſentatione. *cap. quæſitum eſt 5. d. Rer. permutat. & cap. præterea 9. d. Transact. 2.* Debet præſentatio fieri actualiter, & inſtituendus præſens comparere coràm Epiſcopo *can. decernimus 32. cauſa 16. q. 7. & Clem. dudum 2. verſ. ac deinde præfati magiſtri, ibique Gloſſ. verbo: præſentari, de ſepulturis. Abb. ad cap. Ea noſcitur 6. n. 3. d. his, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli,* ubi ſcribit, quod habens jus præſentandi poſſit præſentare Clericum per literas, quem ſequitur *Paul. de Citadinis d. loc. n. 37. 56. & 81.* Denique præſentatio fieri debet, juſto & legitimo tempore. Et quidem à patrono Clerico intrà ſex menſes *cap. Eam te decet. 22. d. jure patron. cap. unic. verſ. verùm licet patronus, eod. tit. in 6. cap. nulla Eccleſiaſtica 2. d. conceſſion. prabend. & Eccleſ. non vacant. & Novell. d. ſanctiſſimis Epiſcopis & c. 123. cap. 1. §. damus 2. verſ. ſi verò qui debent.* A Laico verò intra menſes quatuor *cap. quoniam 3. cap. cum propter 27. h. n. t. & d. cap. unico verſ. Verùm licet patronus.* quod tempus etiam currit diebus feriatis; quia præſentare eſt actus voluntariæ jurisdictionis & ideò fieri poteſt diebus feriatis *l. actus 8. C. d. Feriis Paul. d. Citadin. part. 6. artic. 3. n. 41. cum ſeq.* Cur autem brevius tempus præſentationis præfinitum ſit laico patrono, quàm Clerico, rationem adſignat *Gloſſ. ad cap. cum vos. 4. in verb: minus idoneæ d. offic. judicis ordinarii.* Si tamen patronus laicus concurrit cum patrono eccleſiaſtico in præſentando, præſentatio fieri debet intrà ſex menſes *cap. pen. de Conceſſione prabendæ & Eccleſiæ non vacantis cap. quod in dubiis 3. d. conſecratione Eccleſiæ vel altaris & princ. l. ſi communem 10. quemadmodum ſervitutes amittuntur. Gloſſ. ad cap. unic. voc. Eccleſiaſticus h. t. n. in 6. Abbas ad d. cap. cum te decet 22. n. 3. in fin. & Paul. d. Citadinis d. loc. n. 36.*

qui

qui *Geminianum & Joan. Andreæ allegat.* Currit autem tempus illud non à tempore vacationis Eccleſiæ, ſed ab eo, quo ſcivit Patronus, vacare munus Eccleſiaſticum *cap. licet Magiſter. 3. de ſupplendâ negligentiâ prælator. & cap. Quia diverſitatem 5. ibique Abb. n. 7. d. conceſſion. præbend. & Eccleſ. non vac.* Quod etiam dicit in praxi obſervari *Joan. Nicol. Delphinat. lib. 2. de jure patronat. n. 135.* Nihil igitur adverſatur *d. cap. Eam te decet 22.* ubi videtur tempus hoc currere à tempore vacationis, quia reſponderi poteſt, ſtatim ibi innotuiſſe patrono, poſtquam Eccleſia vacavit. Concurrit igitur ibi tempus vacationis & notitiæ. Et ita etiam reliqui textus, in quibus tempus à vacatione currere videtur, intelligi debent.
36 Et hic eſt modus præſentationis. † Sequitur ultimum quod concernit præſentationis finem ſeu effectum. Si igitur præſentatus in examine benè ſteterit, inſtitui debet *cap ſignificaſti 18. b. n. t.* Fit autem inſtitutio vel ab Epiſcopo. *cap. quod autem 5. cap. Illud 8. cap. cum laici 9. & cap. Paſtoralis 29. de jure patronat.* qui eſt paſtor & ordinator in cunctis, quæ ad ſalutem animarum in ſua diœceſi occurrunt facienda. *cap. 1. d. offic. judic. ordinar. & cap. cum Epiſcopus 7. eod. Tit. in 6. Joannes Vivian. in ration. jur. Pontific. ad cap. ex frequentibus 3. de Inſtitutionibus.* in quo textu etiam reprobatur conſuetudo, ſecundùm quam Clerici Eccleſiaſtica beneficia, ſine conſenſu Epiſcopi recipiunt, vel ab ejus vicario. Quamvis enim ſine ſpeciali conceſſione vicarius conferre beneficia non poſſit, *cap. ult. d. offic. vicar.* præſentatos tamen inſtituere minime prohibetur *d. cap. Ex frequentibus 3.* Sic etiam poteſt capitulum ſede vacante præſentatos à patronis, ſi idonei ſint, admittere & inſtituere *cap. 1. d. Inſtitutionib. in 6.* Ratio eſt, quia ſede vacante capitulum ſuccedit in jurisdictione Epiſcopali *cap. his quæ 11. de majorit. & obed.* ad quam etiam pertinet inſtitutio præſentatorum ad beneficia *cap. ſi religioſus 27. d. Elect. & Elect. pot. in 6.* Tempus autem intra quod inſtitutio fieri debet, quia in jure non eſt expreſſum, eſt arbitrarium *l. 1. §. cum dicit 2. de jur. deliber.* Si verò Epiſcopus præſentatum idoneũ malitiosè recuſavit admittere, poteſt præſentatus ab hoc gravamine appellare *cap. Paſtoralis 29. d. jur. patron.* vel per querelam hoc ad ſuperiores deferre, & ab eo petere, ut compellat

pellat Epiſcopum ad inſtituendum. *Abb. ad d. cap. paſtoralis n. 5.* Præterea ſi duo ſunt præſentandi à patrono, dignior eſt inſtituendus *cap. quoniam 3. d. t. can. metropolitano 19. can. final. diſt. 63. & Clem. dudum 2. d. ſepultur.* Sin verò æquè ſint idonei à Laico ſucceſſivè præſentati judicio Epiſcopi eſt relinquendum, utrum velit præferre. Verùm ſi à patrono Eccleſiaſtico fuerint præſentati, qui prior eſt tempore, jure potior eſſe videtur *cap. cum autem 24. & ibi gloſſ. h. n. t.* Ratio eſt, quia patronus laicus in præſentando poteſt variare *d. cap. 24. ibique Anton. d. Butrio n. 6.* & non patronus Eccleſiaſticus *d. cap. paſtoralis 29.* Præſumtio igitur eſt pro patrono Eccleſiaſtico, quòd prima vice idoneum præſentârit, cùm Eccleſiaſtici præſumantur ſanctiores eſſe & doctiores Laicis *can. licet ergò is cauſa 8. q. 1.* Et hoc eſt primum, quod in jure patronatus conſtituto conſideratur, videlicèt præſentatio. † Sequitur ſecundum, nimirum commodum & incommodum, quod illi juri conſtituto eſt connexum. Nam jus patronatûs eſt patrono partim honorificum, partim utile, & partim etiam oneroſum. Hinc verſiculi ſequentes: 37

Patrono debetur honos, onus, utilitasq;
Præſens ut præſit, defendat, alatur egenus,

Quos refert *Gloſſa ad cap. Nobilis 25. in voce: Modeſtè h. n. tit.* Per jus autem honorificum quid intelligatur, variant Canoniſtæ. *Gloſſa in can. piæ mentis 26. cauſa 16. q. 7.* putat patronum habere honorem in præſentando, dum inſtituendum præſentat Epiſcopo. Alii verò per honorem intelligunt proceſſionem *d. cap. nobis 25. d. can. piæ mentis & can. Frigentius 27. d. cauſa & q.* quia patrono venienti ad Eccleſiam à Prælato & Clericis proceſſionaliter occurritur uſque ad Eccleſiæ ambitum, & attribuitur, adſignaturque patrono in proceſſu & conſeſſu inter Clericos ejuſdem Eccleſiæ primus locus. *Ant. d. Butrio in d. cap. nobis 25. n. 21. Cæſar Lampertinus tract. de jure patronat. 1. part. princ. n. 15. & Joan. Nicol. Delphinat. de jure patronat. lib. 2. n. 118.* Hinc quidam haud malè colligunt, ſine venia patronum in jus vocari non poſſe, quia conſtat, generaliter eas perſonas, quibus reverentia præſtanda eſt, ſine conſenſu magiſtratûs in jus vocari non poſſe *l. generaliter 13. d. in jus vocand.* licet

cet aliud videatur *Johanni Fabro ad §. pœnales 12. in verbis: & in eum I. de action. & Alex. ad d. l. generaliter 13.* ad quorum argumenta reſpondet *Lampertinus d. q. 1. princ. art. 2.* † Deinde ideò
38 utile dicitur jus patronatûs patrono, quia ſi fortè ipſe liberivè ejus ad inopiam vergant, ab eâdem Eccleſiâ ſuffragium vitæ pro temporis uſu percipere debent. *can. Quicunque 30. cauſa 16. q. 7. & d. cap. nobis 25.* h. e. ſubveniendum erit patrono, & liberis ejus de bonis Eccleſiæ, quoad victum, veſtitum & habitationem *l. Legatis 6. d. aliment. vel cibar. legat.* Quod tamen procedit, quando aliquid ſupereſt, detractis expenſis neceſſariis. Ante omnia enim Eccleſiæ miniſtris & cultui divino atque reparationi ipſius Eccleſiæ, & poſtea de iis, quæ ſuperſunt, patrono & ejus liberis ſubveniendum erit, *arg. l. ſi quis 5. §. de aliment. 25. d. agnoſcend. & alend. liber. gloſſ. in d. can. Quicunque. ibi: ad inopiam.* Et quia Eccleſia de ſuperfluis tenetur ſubvenire omnibus pauperibus *can. ultimò cauſa 16. q. 1.* ideò abundantiùs & meliùs providendum erit patrono, qui eget, quàm reliquis pauperibus. *Gloſſ. d. loc. & Abb. in d. cap. nobis. n. 6.* † Denique habet etiam patronus incommodum ſeu o-
39 nus, quod conſiſtit in defenſione Eccleſiæ. Nam officium & munus patroni eſt, Eccleſiam ejusque Rectorem pro virili, ſumtibus tamen Eccleſiæ, contra vim hoſtilem, ne inquietetur vel perturbetur, defendere, *can. quicunque 30. can. Filiis 31. & can. decernimus 32. cauſa 16. q. 7.* Juri enim patronatûs cohæret jus protectionis, advocatiæ, guardiæ & vicedominatûs *cap. præterea 23. & cap. cum autem 24. h. n. t.* Hæc autem defenſio locum præcipuè habet in Eccleſiis limitaneis Chriſtiani orbis, quæ ab hoſtibus impreſſiones habent, ut rectè monet *Joachimus Stephani in Inſtitution. jur. canon. lib. 2. cap. 11. n. 42.* Plura de ſecundo hoc membro videantur apud *Eberhardum Speckhan cent. 3. quæſtion. jur. claſſ. 1. q. 39.* †
40 Tertium, quod in jure patronatus conſtituto conſideratur, concernit modos, quibus prædictum jus in alios transfertur. Hi modi incluſi ſunt ſequentibus verſiculis citatis à *Gloſſ. in cap. cum ſeculum 13. in verb. Emptorum h. n. t.*

Jura patronatus tranſire facit novus heres,
Res permutata, donatio, venditioq;

Ex

Ex quibus apparet, transferri jus patronatûs in alios 1. permutatione, modò permutatio iſta fiat cum aliâ re ſpirituali, quia de ſpiritualibus ad temporalia improbatur permutatio *cap. ult. d. rerum permutat.* Ratio eſt, quia dare ſpirituale pro temporali, aut contra temporale pro ſpirituali eſt ſimonia, quæ eſt maximum peccatum *cap. querelam 15. & cap. Tanta eſt labes 7. d. Simoniâ.* † Deinde transfertur hoc jus in alium per donationem, *cap. quod autem 5. cap. Ex inſinuatione 14. & cap. præterea 23. h. n. t.* Si tamen donatio fit Laico, etiam Epiſcopi conſenſus & approbatio accedere debet *dd. textib.* Si verò Laicus jus patronatûs Eccleſiæ ſibi competens, eidem vel alteri Eccleſiæ ſeu loco religioſo duxerit conferendum, hujusmodi collatio, (quamvis absque aſſenſu Epiſcopi facta fuerit) efficax eſt cenſenda. *cap. ſi laicus unic. h. t. in 6. & cap. Illud prætereundum 8. h. n. t.* Ratio eſt, quia per hanc donationem conditio Eccleſiæ fit melior. Quid autem reſpondendum ſit ad *cap. nullus Laicus 17. eod. tit.* ubi patronus non poteſt ſine Epiſcopi conſenſu etiam loco religioſo conferre Eccleſiæ decimas, vel aliud ſpirituale, conſtat ex *Gloſſ. ad d. cap. unic. in verbo: cenſenda.* 41

† Denique transfertur jus patronatûs inter vivos venditione universitatis, cui illud jus cohæret *cap. Ex literis 7. h. n. t.* quia univerſitas principaliter venditur, jus verò patronatûs cum univerſitate tantùm acceſſoriè. Multa enim fiunt in conſequentiam, quæ fieri non poſſunt principaliter *l. 1. pr. d. autor. & conſenſ. tutor. l. in modicis 24. d. contrah. emt. & l. quædam 62. de A. R. D. Abbas in d. cap. Ex literis 7. n. 1. & 10.* Quare ſi jus patronatûs in venditione univerſali eſt expreſſum, non tranſit cum univerſitate, quia venditum non eſt tanquam acceſſorium, ſed tanquam principale, & ideò venditio, quoad jus patronatûs, irrita eſt *cap. de jure 16. h. n. t.* Sic etiam non transfertur jus patronatûs per venditionem univerſitatis, cùm illud ſpecificè eſt exceptum *cap. Ex literis 7. eod. tit. gloſſ. in cap. cum ſeculum 13 in voc. Emtorum eod. tit.* quia pacta contractui adjecta ſunt ſervanda *l. 1. pr. d. pact.* Quid autem nomine univerſitatis veniat, explicat *Abb. in d. cap. 7. n. 10. & ſeqq. & Henricus Caniſius in ſumm. jur. canonici lib. 2. Inſtit. jur. canon. tit. de Inſtitutionibus.* 42

† Mortis verò cauſa transfertur jus patro- 43

natûs in heredes ſucceſſione *cap. ſignificavit 41. d. teſtib. & atteſtat. & Clem. ultima de jure patronat.* Per heredes autem non tantùm ſanguinis heredes intelligimus *can. Filiis 31. cauſa 16. q. 7.* Verùm etiam extraneos *cap. quoniam 3. h. n. t. gloſſ. in can. pia mentis 26. d. cauſa & q. Anton. d. Butrio ad d. cap. cum ſeculum 13. n. 4.* Non tamen fideicommiſſarios, quia videtur jus patronatûs penes heredem gravatum remanere, & non tranſire in fideicommiſſarium *arg. l. quia perinde 42. §. reſtituta l. ad SCt. Trebell. & l. ſi quis 33. de religioſ. & ſumt. funer.* Et hæc eſt communis Dd. opinio, teſte *Rocho de Curte de jure patron. in verbis: Ipſe vel is, à quo cauſam habuit, q. 9. n. 21.* quam etiam ſequitur *Fachin. lib. 10. controverſ. jur. cap. 94. & lib. 3. conſil. 34. n. 2.* ubi ſimiliter de communi opinione teſtatur. (hoc tamen præcedentibus eſt addendum, ex *d. Clement. ult.* quando plures ab uno ex patronis Eccleſiæ ſunt relicti heredes, quod vocem duntaxat unius habeant in præſentatione rectoris. Nam plures ſuccedentes uni, habentur loco unius, cujus perſonam repræſentant *l. cui fundus 56. in f. d. conditionib. & de-*
44 *monſtr. gloſſa ad d. Clem. ult. voc. plures.)* † Quartum, de quo agitur in jure patronatus conſtituto, eſt de judice. Quæritur autem, ad quem ſpectat cauſa patronatûs, utrùm ad judicem laicum, an verò ad Eccleſiaſticum? Pro judice laico ſequentes poſſunt afferri rationes, quarum 1. eſt, quia jus patronatûs competit Laico, & quidem jure proprio, tanquam fundatori, dotatori vel conſtructori *cap. quoniam 3. & cap. cùm dilectus 28. h. n. t.* Unde dicendum videtur, laicum poſſe de jure patronatus judicare. 2. Ratio eſt, quia jus patronatûs non eſt ſpirituale, cùm acquiratur jure hereditario *can. conſiderandum 35. can. ſi plures 36. cauſa 16. q. 7. d. cap. quoniam 3. & cap. ſignificavit 41. d. teſtib. & atteſtat.* Nullum enim jus, quod jure hereditario acquiritur, eſt ſpirituale *cap. 1. d. prabend. & dignit.* 3. Ratio eſt, quia laicus etiam poteſt cauſas ſpirituales tractare. Nam poteſt baptizare *cap. ſanctum eſt. 35. de conſecratione diſt. 4. cap. 1. verſ. Et hoc utique ſacramentum d. ſumm. Trinit. & fid. Catholic. & can. ſi quem 41. cauſa 24. q. 1.* Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrare *can. cepit 42. d. cauſa & q.* & confeſ-
45 ſionem audire. *can. quem pœnitet 88. d. pœnit. diſt. 1.* † Sed

hic

his rationibus non obſtantibus nos exiſtimamus, laicum non poſſe eſſe judicem in cauſâ juris patronatus; Cùm enim in Angliâ Laici quidam vindicabant ſibi cognitionem cauſarum, quæ de jure patronatûs Eccleſiarum inter aliquos movebantur, Papa Alexander III. ad Henricum Anglorum Regem II. miſit conſtitutionem, quæ habetur in *cap. quanto 3 d. judic.* quâ cauſam juris patronatus ab Eccleſiaſtico tantùm judice cognoſci atque definiri poſſe ſignificat, additâ illâ ratione, quòd jus patronatûs conjunctum atque connexum ſit cauſis ſpiritualibus, quæ ratio etiam allegatur in *cap. de jure 16. h. n. t.* Connexa enim judicantur, ſicut ea, quibus connectuntur, aſſumuntque eandem naturam ex connexione & cohæſione *l. quæ religioſis 43. d. R. V. & l. arbor 19. pr. comm. divid.* Quemadmodum igitur de cauſis atque negotiis ſpiritualibus ſeu eccleſiaſticis tantùm judicare poſſunt perſonæ Eccleſiaſticæ *cap. decernimus 2. d. judic.* ita etiam perſonæ Eccleſiaſticæ tantùm judicare poſſunt de causâ juris patronatûs. † Ad con 46
trarias autem rationes, & quidem ad 1. reſpondemus, jus patronatûs Laicis ex gratiâ conceſſum eſſe, & quidem in vicem cujusdam remunerationis, & ut etiam laici hâc ratione magis provocarentur ad benè merendum de religionis cultu. Ad ſecundam rationem dicimus, quamvis jus patronatûs naturâ ſuâ non ſit ſpirituale, tamen illud connexum eſſe cauſis ſpiritualibus, & ideò non niſi eccleſiaſtico judicio poſſe definiri *d. cap. quanto 3.* Nihil etiam probat ultima ratio, quia quæ objecta ſunt regulariter non poſſunt fieri à Laicis, ſed tantùm in caſu neceſſitatis, quæ legem non habet, *cap. quanto 4. d. conſuetudine & can. remiſſionem 39. cauſa 1. q. 1.* Quod autem pro neceſſitate temporis ſtatutum eſt, ceſſante neceſſitate, debet utique ceſſare pariter, quod urgebat. *can. quod pro neceſſitate 41. d. cauſa & q. Abb. ad d. cap. decernimus 2. n. 19. d. judic.*
† Et hoc, quod diximus, procedit, quando de jure patronatûs con- 47
trovertitur, ſecus verò eſt, cùm de prædicti juris quaſi poſſeſſione quæritur, an videl. quaſi poſſideat, vel non poſſideat, de hâc enim quæſtione judex ſecularis poteſt cognoſcere, ſi credimus *Dd. à Didac. Covarruv. practicar. quæſtion. cap. 35. n. 1. verſ. ſecunda concluſio &c.* allegatis, *Antonino Teſſauro deciſ. 82. n. 1. Andrea Gail. lib. 1.*

pract. obſerv. 38. n. 8. Mynſ. cent. 2. obſ. 07. n. 2. cum ſeqq. & multis aliis. Qui omnes hàc utuntur ratione, quòd poſſeſſorium non ſit quid ſpirituale, ſed temporale, in quo judicem laicum cognoſcere poſſe, extra dubium eſt. Quæ ratio inde probatur, quia nullibi in jure dicitur, quòd poſſeſſio juris patronatûs conjuncta ſit & connexa ſpiritualibus cauſis, ſed quod jus tantùm patronatus *cap. de jure 16. h. n. t. & d. cap. quanto. 3.* Et nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione *l. naturaliter. 12. §. nihil 1. d. acquir. vel amitt. poſſ.* Videatur *Abbas ad cap. literas 2. n. 6. d. juram. calumn.* qui hoc aliter explicat. Et hoc non tantùm procedit in interdicto retinendæ & recuperandæ poſſeſſionis. *Teſſaur. d. loc.* Verùm etiam in interdicto poſſeſſionis adipiſcendæ. *Thom. Grammat. deciſ. 78. & Teſſaur. d. deciſ. 82. n. 2.* Quod tamen reſtringendum eſt ad illud interdictum poſſeſſionis adipiſcendæ, quod tantùm ſuper poſſeſſorio movetur, nec proprietatis cauſam admixtam habet, quale eſt Salvianum *tit. d. ſalviano interdict. & §. adipiſcendæ 3. verſ. Interdictum quoque Inſt. de interdictis.* quod legatorum *l. 1. §. eſt autem 2. & §. ſeq. Quod Legator.* & ſimilia interdicta. Nam quod proprietatis cauſam habet admixtam, de illo interdicto laicus judicare non poteſt. *cap. Tuam. 3. d. ordine cognitionum & cap. lator. 5. qui filii ſint legitimi.* Errat igitur *Covarruv. d. loc. verſ. Verum ſi diligenter examinare velimus. Menoch. de recuperandâ poſſeſſione, remed. 15. n. 235. & Henric. Bocer. tr. de jurid. c. 3. n. 31.* qui poſſeſſorium judicium adipiſcendæ poſſeſſionis rei ſpiritualis ad Eccleſiaſticam tantùm jurisdictionem ſine diſtinctione pertinere exiſtimant. Pro quibus parùm facit, quòd Clericum judex ad reſtitutionem cogere nequeat; quia reſpondetur, hôc locô quæri de Clerico, qui quoad bona ſubjectus eſt Laico. Executio enim ad judicem loci, ſub quo bona ſita ſunt, ſpectat. *l. 1. & l. cum unus 12. §. fin. d. reb. author. jud. poſſid. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 130. n. 14.* Et notum eſt, non rarò alium judicare, & alium id, quod judicatum eſt,
87 exequi poſſe. † Præterea, quia in dubio Eccleſia à patronatu, qui eſt quædam ſervitus Eccleſiæ. *Abb. ad cap. quoniam 2. n. 9. h. n. t.* libera præſumitur *l. altius 8. ubi gloſſ. C. de ſervitut. & aq.* & præſumtioni tamdiu ſtatur, donec contrarium probetur *l. fin.*

in pr.

in pr. quod met. cauſa geſtum erit. Matth. Weſenb. conſil. 48. n. 4. Gail. lib. 2. practic. obſerv. 128. n. 12. idcircò videndum erit, quomodo jus patronatûs probari poſſit, quod eſt quintum ex numero eorum, quæ in jure patronatûs conſtituto conſiderantur. Probatur autem illud jus famâ. *Maſcard. de probationibus vol. 2. concl. 958. n. 19.* Etenim ad probationem variorum jurium fama plurimum poteſt. *Marq. Freberus tr. de famâ publicâ lib. 2. c. 4. n. 1. & 3.* Probatur etiam prædictum jus literis antiquis fundationis, conſtructionis, dotationis, præſentationis & inſtitutionis *Maſcard. d. concluſ. 958. n. 30. & ſeqq. Weſenb. d. conſil. 48. n. 13.* aliisque modis, quos enumerat *Speckhan cent 3. claſſ. 1. q. 41. per tot.* † Denique ſequitur amiſſio juris patronatus, quæ ultimum eſt eorum, quæ in prædicto jure conſiderantur. Amittitur autem hoc jus vel propter delictum, vel propter alias cauſas. Propter delictum amittitur hoc jus, ſi patronus hæreticus factus ſit, vel crimen Majeſtatis commiſerit *cap. vergentis 10. de hæretic. & auth. Gazaros C. d. Hæreticis & Manich.* aut rectorem vel clericum alium Eccleſiæ per ſe vel per alios occiderit aut mutilare præſumſerit. *cap. In quibusdam 12. d. pœn.* Aliis etiam cauſis finitur jus patronatûs, ut deſtructione Eccleſiæ, ſi videl. ædes ſanæ incendio conſumtæ fuerint, vel etiam terræ motu, aut vitio ſuo corruerint, *arg. §. finitur autem 3. I. d. uſufruct. & l. repeti 5. §. rei mutatione 2. Quibus mod. uſusfruct. vel uſus amittitur*, & ceſſione, veluti cum quis id Eccleſiæ, in qua jus habet hujusmodi, conferendum duxerit, aut Eccleſiam ſine reſervatione ſui juris collegiatam fieri patiatur. *Joan. Paul. Lancell. in Inſtit. jur. canonici lib. 1. tit. de Inſtitutionibus & jure patronatus 28. §. ult.* His addantur ea, quæ in præcedentibus de juris patronatûs translatione in alios diximus. 48

Notabilia.

1. Melior eſt conditio poſſidentis *cap. quod autem 5.*
2. Pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de jure donare *d. cap. 15. in fin.*
3. Qui prior eſt tempore, jure potior eſſe videtur *c. 24. in fin.*
4. Nullus ſe ingerere debet Eccleſiaſticæ precationis officiis *cap. per noſtras 26.*

5. In

5. In eo quis eſt puniendus, in quo deliquit *cap. Paſtoralis 29. in fin.*

De Cenſibus, Exactionibus & Procurationibus.
Titulus XXXIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Cenſus quid? 2. *quid exactio.* 3. *ubi ſumma c. 3. h. t.*
De procurationibus. 4.
Plura, remiſſivè. 5.

EGit compilator Decretalium in titulo præcedente de uno Ec-
1 cleſiarum onere, videlicèt jure patronatûs, quod eſt quædam ſervitus ipſius Eccleſiæ. Nunc tractat in hoc titulo de aliis Eccleſiæ oneribus, nimirùm cenſibus, exactionibus, & procurationibus, *Abbas ad h. rubr.* † Cenſus varias habet ſignificationes,
2 quas proponit *Henric. Zœſ. ad h. t. n. 1.* Hôc autem locô eſt penſio, quæ de Eccleſiaſticis proventibus ſingulis annis Epiſcopo in ſignum ſubjectionis ſolvitur *cap. conſtitutus 6. de religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.* Et quod ita ſolvitur, appellatur Cathedraticum, quia ob honorem Cathedræ perſolvitur, *cap. conquerente 16. d. offic. judic. ordinar.* Ubi notandum eſt Epiſcopum Eccleſiæ novum cenſum imponere non poſſe, nec veterem augere *cap. præterea 23. d. jur. patron. & cap. prohibemus 7. h. n. t.* etiamſi auctæ ſint facultates Eccleſiæ. *Abbas ad d. cap. 7. n. 3.* Si tamen acceſſerit novum prædium, nova parochia, vel aliquid tale, poterit augeri cenſus, ſi credimus *Gloſſæ ad d. cap. Prohibemus in voc. veteres.*
3 † Exactio verò eſt tributum ſeu penſio, quæ extra ordinem exigitur. De hoc tributo extat Decretum Concilii Lateranenſis in *cap. cum Apoſtolus 6. verſ. Probibemus etiam & c. h. n. t.* cujus ſumma eſt, prælatos non debere gravare ſubditos talliis & exactionibus; illis tamen permiſſum eſſe ex juſtâ causâ petere ab eis moderatum

ratum auxilium, quod ſubſidium charitativum ſolet appellari, de quo videatur *Abbas ad d. cap. 6.* ubi inter alia *n. 5.* diſputat, an, & quô caſu poſſint ſubditi cogi ad illud charitativum ſubſidium Epiſcopo ſolvendum. † Denique procuratio eſt hoc loco neceſſariarum expenſarum ſolutio, quæ ratione viſitationis debentur Prælatis ab Eccleſiis viſitatis. *cap. 16. cap. 23. h. t. n.* Eſſet enim Prælatis hoc viſitationis officium damnoſum, ſi ſuis ſumtibus deberent peregrinari, contra *l. ſed ſi quis 7. teſtam. quemadm. aper inſpic. & l. ſi ſervus 61. §. quod verò 5. de furtis.* Quæ verò ſint prælatorum partes, cùm Eccleſias inviſunt, traditur in *cap. 1. verſ. ſanè hujusmodi h. t. in 6. & à M. Antonio Cucho lib. 1. Inſtit. jur. can. tit. d. viſitatione per prelatos faciendâ 21.* Determinavit autem concilium Lateranenſe numerum equorum, quos ducere ſecum poſſunt prælati viſitantes, & prohibet eis tunc uti venationibus, & ſumtuoſas epulas quærere *d. cap. cùm Apoſtolus 6. cap. Procurationes 23. h. n. t. & Clem. ad noſtrum 2. eod. tit.* An autem procurationes ſolvi debeant in pecuniâ numeratâ, an verò in victualibus exponitur in *cap. exigit 2 & cap. ſeq. h. n. t. in 6.* † Plura *de hoc tit.* habet *Specul. lib. 4. partic. 3. Caniſ. lib. 2. Inſtit. jur. canon. tit. 25. & Joan. Paulus Lancelottus lib. 2. Inſtit. jur. can. tit. 21. § ulterius cum §§. ſeqq.*

4 5

NOTABILIA.

1. Solutio tributi arguit ſubjectionem *cap. omnis 2.*
2. Cœcus & pauper ad collectas non tenentur *cap. licet 4.*
3. Petens cenſum, debet rationem exprimere *cap. pervenit 5.*
4. Ex eo non debet quis beneficium conſequi, cui renunciâsſe tacitè videtur *cap. cum olim 19.*
5. Illud obſervandum eſt, quod in vicinis provinciis obſervatur *cap. ſuper eo 22.*

De Conſecratione Eccleſiæ vel altaris. Titulus XL.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Eccleſia quid? 2. *Quomodo & qua conſecretur?* 3.
De conſecratione altaris. 4 *ubi explic. c. 1. h. t.*

1 QUia miſſarum celebrationes non alibi, quàm in conſecratis
locis fieri debent, *cap. 1. de conſecrat. diſt. 1.* ideò hic Titulus
præcedit titulum ſequentem 41. in quo agitur de celebratione
2 miſſarum. *Abbas hîc.* † Per Eccleſiam intelligitur Catholi-
corum collectio *can. Eccleſia 8. d. diſt. 1.* Sed hîc denotat ædifici-
um, divino cultui exercendo deputatum *t. t. de Eccleſiis ædificandis
vel reparandis. vid. Gloſ. ad cap. ult. in voc. Eccleſiam. Ne prælati
vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu vendant*, quæ varias vocis
3 Eccleſiæ affert ſignificationes. † Conſiſtit autem Eccleſiæ
conſecratio in exteriori parte: fit enim delinitio ſeu unctio cum
crucibus in ipſis parietibus Eccleſiæ ab interiori parte in ſuperficie
muri *Abb. in cap. propoſuiſti 4. n. 7. h. t. n.* Non autem licet Eccle-
ſiam, in quâ paganus ſepultus eſt, conſecrare, neque miſſas in eâ ce-
lebrare *can. Eccleſiam 27. d. conſecrat. diſt. 1.* Precibus tamen divi-
nis debet conſecratio Eccleſiæ fieri *cap Eccleſias 13. d. diſt. 1.* & ad-
hiberi miſſa *can. omnes 3. d. diſt. 1.* Poſſunt etiam diebus non feſtis
Eccleſiæ conſecrari *cap. Tua fraternitas 2. h. n. t.* Et qui fecit Ec-
cleſiam conſecrari, tenetur eam dotare *cap. cum ſicut 8. h. n. t.* Si
verò Epiſcopus Eccleſiam conſecrat non adſignatâ dote, tunc te-
netur Epiſcopus eam dotare, ſicut tenetur providere illi, quem or-
dinat ſine titulo *cap. non liceat 2. & cap. cum ſecundum 16. d præ-
bend. & dignitat.* Eccleſiis autem ſemel Deo conſecratis non de-
bet iterum conſecratio adhiberi; niſi aut ab igne exuſtæ, aut ſan-
guinis effuſione, aut cujuſcunque ſemine pollutæ fuerint *can. Ec-
cle-*

Digitized by Google

cleſiis 20. ibique gloſſ. voc. ſemine. d. conſecrat. diſt. 1. Quibus caſibus ea labes vino aquâ diluto, & cinere abſtergi ſolet, & fit reconciliatio *cap. propoſuiſti 4. cap. aqua pen. & cap. ult. h. n. t. Pet. Gregor. Tholoſ. in ſyntagm. jur. univerſi lib. 17. c. 5. n. 18.* Denique de Eccleſiarum conſecratione quoties dubitatur, & nec certa ſcriptura, nec certi teſtes exiſtunt, à quibus conſecratio ſciatur, absque ullâ dubitatione ſunt conſecrandæ *cap. ſolennitates 16. de conſecrat. diſt. 1.* † De conſecratione verò altaris agitur in *capit. 1. h. t.* 4 ubi per ſigillum intelligitur lapis quidam parvus, vel quadratus, aut rotundus, quô feneſtella, quæ in facie ipſius altaris vel dextro cornu facta eſt, ubi ſanctorum reliquiæ conduntur, cum nomine illius ſancti, cui altare dicatur, & Epiſcopi conſecrantis, operitur. Ideò autem appellatur lapis prædictus ſigillum, quia eſt ad inſtar ſigilli. Sicut enim ſigillum denotat & ſignat ipſum ſigillantem: Ita ipſe lapis denotat locum eſſe conſecratum, inquit *Abb. ad d. cap. 1.* Agitur etiam de altaris conſecratione in *cap. quod in dubiis 3. cap. cum ſis 5. d. t. & cap. unic. §. ungitur de ſacrâ unctione.*

De Celebratione Miſſarum & Sacramento Euchariſtiæ & divinis officiis.

Titulus XLI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Miſſa quomodo celebranda? 2. *& ubi?* 3. 4. *& quando?* 5. *& quoties?* 6. 7. *ſemper aliquid eſt offerendum.* 8. *Quid ſi Epiſcopus ſacrificet?* 9.
Quoties Euchariſtiâ uti debeamus? 10. 13.
Jejuni debemus communicare. 11. *& anteà abſtinere à propriâ uxore.* 12.
De tertio rubricæ membro, remiſſivè. 14.

1 IN Titulo præcedente egit compilator Decretalium de conſecra-
tione Eccleſiæ vel altaris. Quia verò in Eccleſiâ conſecratâ cele-
brantur miſſæ, & alia divina officia peraguntur; ideò ſubjungit
2 nunc hanc rubricam. *Abbas hic.* † De Miſsâ ejusque cele-
bratione ſequentia traduntur in jure canonico. Primò nullus de-
bet cum baculo aut capite velato ad celebrandum miſſarum ſolen-
3 nia venire. *can. nullus Epiſcopus 57. d. conſecrat. diſt. 1.* † 2.
Miſſarum ſolennia non ubique, ſed in locis ab Epiſcopo conſecra-
tis, vel ubi ipſe permiſerit, celebranda ſunt, *cap. miſſarum 12. &*
& can. hic ergo 14. d. diſt. 1. Abjiciuntur igitur ſacerdotes, qui in
locis non ſacratis miſſas celebrare præſumunt. *cap. nullus presbyter*
15. d. diſt. 1. Poſſunt tamen miſſæ celebrari extra Eccleſiam ſum-
4 mâ neceſſitate cogente *cap. concedimus 30. d. diſt. 1.* † 4. In
privatis oratoriis licet orare; miſſas autem ibi celebrare non licet.
5 *cap. unicuique 33. d. diſt. 1.* † 5. Celebrari poteſt miſſa in pri-
mâ parte diei, exceptâ vigiliâ natalis Domini, in quâ & nocte miſſæ
celebrantur *can. nocte ſancta 48. & can. necesse eſt 51. d. diſt. 1.* †
6 6. Sufficit ſacerdoti unam miſſam in die unâ celebrare, quia Chri-
ſtus ſemel paſſus eſt, & totum mundum redemit *can. ſufficit 53. d.*
7 *diſt. 1. cap. conſuluiſti 3. h. n. t.* † 7. Non modica res eſt, u-
nam miſſam facere, & valdè felix eſt, qui unam dignè celebrare
poteſt *d. can. ſufficit. verſ. non modice &c. & cap. Te referente 12. h.*
8 *n. t.* † 8. Ad miſſarum ſolennia ſemper aliquid eſt offeren-
dum, quia Deus per Moyſen dixit, non apparebis in conſpectu
9 meo vacuus, *can. omnis Chriſtianus 69. d. diſt. 1.* † 9. & ulti-
mò, Epiſcopus Deo ſacrificans teſtes ſecum habere debet, & plures,
quam alius ſacerdos. Sicut enim majoris honoris gradu fruitur,
ſic majoris teſtimonii incremento indiget. In ſolennioribus quip-
pe diebus, aut ſeptem, aut quinque, aut tres Diaconos & Subdia-
conos, atque reliquos miniſtros ſecum habere debet, *can. Epiſco-*
10 *pus 59. d. diſt. 1.* † De ſacramento autem Euchariſtiæ conſti-
tuitur 1. quòd, etſi non frequentius, ſaltem in anno ter debemus
communicare, in paſcha videlicet, & pentecoſte, & natali Domini.
can. Etſi 16. d. conſecrat. diſt. 2. Et additur in *can. omnis homo 21. d.*
diſt. 2. quòd inter Catholicos non connumerandus ſit, qui hoc non

facit.

facit. Et ita olim obſervabatur. Hodiè verò decreſcente fidei fervore conceſſum eſt in concilio generali Lateranenſi, ut ſemel tantùm in anno quis poſſit uti ſacramento Euchariſtiæ, *can. omnis utriusque 12. d. pœnitentiis & remiſſionibus.* Ubi tamen additur iſta comminatio, quòd ſi quis ſine aliquâ rationabili causâ ab Euchariſtiæ ſacramento abſtinuerit, & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceri, & moriens Chriſtianâ carere debeat ſepulturâ. † Secundò con- 11
ſtituitur in *can. liquidò apparet 54. d. diſt. 2.* quòd non niſi jejuni ſacramentum hoc accipere debeant. Qui mos per univerſum orbem dicitur ſervari in *d. text.* in honorem tanti ſacramenti. Excipitur tamen caſus neceſſitatis & periculi mortis ſeu infirmitatis. Unde presbyter Euchariſtiam ſemper habere debet paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur. *can. Presbyter 93. d. diſt. 2.* † Ter- 12
tiò, omnis homo ante ſacram communionem à propriâ uxore abſtinere debet tribus aut quatuor, aut octo diebus *can. omnis homo 21. d. diſt. 2.* Quamvis enim caſtitas ſit cum propriâ conjuge concubitus, ex mente *Paphnutii can. Nicæna Synodus 12. diſt. 31.* tamen non datur præſentia S. Spiritus tempore, quò conjugales actus geruntur *can. connubia 4. cauſa 32. q. 2.* † Denique ſæpius ſu- 13
mere Euchariſtiam laudabile eſt: quotidiè verò in laicis, nec laudandum, nec vituperandum. *can. quotidiè 13. d. conſecrat. diſt. 2.*
† De tertio membro noſtræ Rubr. agitur in *cap. 1. cap. conſuluiſti 3. cap. dolentes 9. h. t. & aliis in textibus.* 14

Notabilia.

1. Ad eſſe hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus & anima, ex quarum conjunctione verus homo ſubſiſtit *cap. in quadam 8. verſ. nam ad eſſe &c.*

2. A veritate omnis fallacia eſt penitus aliena *d. cap. 8. verſ. Cæterum ſicut fuit verus Spiritus &c.*

3. Naturaliter poteſt & compoſitum in componentia, & elementatum in elementa reſolvi *d. cap. 8. verſ. reſtat igitur &c.*

4. Ad compoſitionem humani corporis quatuor elementa concurrunt, Vid. terra, aqua, aër & ignis *d. cap. 8. verſ. cum autem.*

5. Creatura non habet, quid pro meritis reſpondeat Creatori *cap. cum creatum 11.*

ERRORES.

1. Miſſa Papalis pugnat cum S. Scripturâ.
2. Tranſſubſtantiatio ſtatuitur contra verbum Dei.

De Baptiſmo & ejus effectu. Titulus XLII.

SUMMARIA.

Cont. & arg. tit. 1.
Ad baptiſmum requiritur aqua. 2.
Baptizandi forma. 3. *Locus.* 4.
Perſona baptizanda. 5. *& baptizans.* 6.
Baptiſmi effectus. 7.

1 NOn ſolùm omnibus Clericis Sacramentum Euchariſtiæ, de quo actum eſt in titulo præcedente, eſt commune; verùm etiam ſacramentum baptiſmi, de quo nunc tractat compilator Decretalium. Sunt autem duæ partes hujus tituli, una eſt de baptiſmo, & altera de ejus effectu. Ad baptiſmum autem, qui ad ſalutem eſt neceſſarius, requiruntur quinque, 1. Elementum aquæ. 2. Forma baptizandi. 3. Locus baptiſmi. 4. Perſona, quæ poteſt baptizari,
2 & 5. Perſona, quæ baptizat. † Quòd 1. aquæ elementum ad baptiſmum neceſſarium ſit, probat *cap. 1. & cap. non ut apponens 5. h. t. n. & cap. 3. Johan. in verbis: Niſi quis renatus fuerit ex aquâ &c.* ubi per aquam intelligitur vera & naturalis aqua, ſive frigida ſit, ſive calida. Per alium igitur liquorem baptiſmus conferri non poteſt *d. cap. 5.* ubi propter penuriam aquæ adhibuit quis ſalivam, & propterea etiam rejicitur iſte baptiſmus *Abb. in d. cap. 1. n. 5.*
3 † Forma autem baptizandi ſit per trinam immerſionem in aquam, hiſce verbis: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Si quis igitur puerum ter in aquâ immerſerit, &

non

non dixerit, *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus*
ſancti; non eſt puer baptizatus *d. cap. 1. h. n. 1.* Ratio eſt, quia
non apparet, quis ſit baptizatus. *Abbas d. loc. n. 7.* Quæritur, ſi quis
ita dixerit: *Baptizo te in nomine patriâ, filia, & Spiritu ſancta*; u-
trum talis ſit rebaptizandus? quæ quæſtio movetur in *can. retule-*
runt nuncii 86. d. conſecrat. diſt. 4. Ad quam diſtinctè reſpondet
Zacharias Papa hiſce verbis: *Sanctiſſime frater, ſi ille, qui baptiza-*
vit, non errorem introducens, aut hæreſin, ſed pro ſolâ ignorantiâ
Romanæ locutionis infrigendo linguam, ut ſuprà fati ſumus, bapti-
zans dixiſſet, non poſſumus conſentire, ut denuo baptizentur. †
Porrò quis ſit locus baptiſmatis, conſtat ex *Clem. unic. d. baptiſmo* 4
& ejus effectu, ubi ita ſcribitur: *Præſenti prohibemus edicto, ne quis*
de cætero in aulis vel Cameris, aut aliis privatis domibus, ſed dunta-
xàt in Eccleſiis, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, ali-
quos (niſi Regum vel Principum, quibus valeat in hoc caſu deferri,
liberi extiterint, aut talis neceſſitas emerſerit, propter quam ne-
queat ad Eccleſiam abſque periculo propter hoc acceſſus haberi)
audeat baptizare. Qui autem ſecus præſumſerit, aut ſuam in hoc
præſentiam exhibuerit, taliter per Epiſcopum ſuum caſtigetur, quod
alii attentare ſimilia non præſumant. † Præterea quemad- 5
modum is, qui ſemel baptizatus eſt, non debet rebaptizari *can. ſi*
qui 28. can. quamvis 29. & can. oſtenditur 32. d. conſecrat. diſt. 4. ita
è contrario, qui non fuit baptizatus, poteſt baptizari, *cap. veniens*
3. verſ. Quia verò de Presbytero non baptizato. Quando autem
non conſtat, quem eſſe baptizatum, is in dubio non præſumitur
baptizatus. *can. parvulos 110. d. conſecrat. diſt. 4.* unde abſque ullo
ſcrupulo eſt baptizandus *can. placuit 111. & canonibus duobus ſeqq.*
d. diſt. 4. & quidem his verbis: *Si baptizatus es non te baptizo: Sed*
ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo. & c. cap. de quibus 2. h. n. t.
De illo autem, qui natus eſt de Chriſtianis parentibus, & inter
Chriſtianos eſt fideliter converſatus, tàm violenter præſumitur,
quòd fuerit baptizatus, ut hæc præſumtio pro certitudine ſit ha-
benda, donec evidentiſſimis forſitan argumentis contrarium pro-
betur, *d. cap. veniens 3. in fin.* Nihil autem intereſt, utrum ba-
ptizandus habeat legitimam ætatem, vel non, quia & infans poteſt

bapti-

baptizari *can. vos autem omnia 105. d. conſecr. diſt. 4. cap. majores 3. h. n. t. & aliis ſimilib. textibus*; Modò priùs natus fuerit. Nam non baptizatur cum matre, qui in ejus utero eſt, quia qui natus adhuc ſecundũ Adam non eſt, renaſci ſecundũ Chriſtũ non poteſt. Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præceſſit. *can. qui in maternis 115. d. diſt. 4.* Unde etiam ſcribitur in *can. præcedente 114.* Si ad matris corpus id quod in eâ concipitur, pertineret, ita ut ejus pars deputaretur, non baptizaretur infans, cujus mater baptizata eſt aliquo mortis urgente periculo, cùm eum geſtaret in utero. Nunc verò, cum etiam ipſe baptizatur, non utique bis baptizatus habebitur. Non itaque ad maternum corpus, cùm eſſet in utero, pertinebit. Quæritur; infans pro parte fuit natus & pro parte non natus, an poſſit baptizari? ad quam quæſtionem reſpondet *Joan. Corſerius in deciſ. Capellæ Tho-*
6 *loſanæ quæſt. 156.* qui poteſt legi. † Denique Sacerdos baptizare debet *can. conſtat 19. d. conſecr. diſt. 4.* Et ſicut per bonum, ita etiam per malum miniſtrum æquè baptiſmus miniſtratur *can. ſi inter 25. & canonib. duob. ſeqq. d. diſt. 4.* Dignitas enim baptiſmatis non pendet ex dignitate vel indignitate baptizantis, *Cyprianus ſermone de baptiſmo Chriſti, & Auguſtin. ſuper Johannem tract. 5. & 11.* Nemo tamen poteſt ſeipſum baptizare, etiam inſtante neceſſitatis periculo, quia alius debet eſſe, qui baptizatur, & alius, qui baptizat, *cap. debitum 4. h. n. t.* Ubi tamen neceſſitas cogit, poſſunt etiam mulieres & laici baptizare *can. mulier 20. & can. in*
7 *neceſſitate 21. d. diſt. &c.* † Effectus autem ſeu fructus verus baptiſmi conſiſtit in ſequentibus. Primò baptizatus recipitur in gratiam Dei, quem fructum adſignat *Auguſtana Confeſſio artic. 9.* Deinde conſequitur ille remiſſionem peccatorum. Denique regeneratur & ex filio iræ fit filius Dei. Quæ omnia probant noſtri Theologi partim ex *cap. 3. Joan.* ubi ſcribitur, *niſi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu, non ingredietur regnum cœlorum*, partim ex *Apoſtol. Paulo ad Tit. 3. cap.* ubi baptiſmus lavacrum regenerationis dicitur: partim ex *Act. Apoſt. c. 2.* ubi Petrus ait: Baptizetur unusquisque veſtrum in nomine Chriſti in remiſſionem peccatorum. Et partim denique ex *Epiſt. ad Galat. cap. 3.* quo in loco Paulus

Paulus ſcribit: *quotquot baptizati eſtis, CHRISTUM induiſtis.*

Notabilia.

1. Parvuli nec ſentiunt nec conſentiunt *cap. majores 3. in pr.*

2. Multa verba ſecundum communem uſum loquendi non ad actum, ſed ad aptitudinem referuntur *d. cap. 3. verſ. ſimiliter, & illa autoritas &c.*

3. Incompaſſibilia ſe minimè patiuntur, imò ſibi mutuò adverſantur *d. cap. 3. verſ. ſed adhuc quæritur &c.*

4. Plus eſt expreſsè contradicere, quàm minimè conſentire *d. cap. 3. verſ. Ille verò qui nunquam conſentit &c.*

De Presbytero non baptizato. Titulus XLIII.

Summaria.

Presbyter non baptizatus debet baptizari & iterùm ordinari.

Quia actum eſt in præcedenti Titulo de baptiſmo, ejusque effectu, & quidam interdum promoventur ad ordines non baptizati, ideò in *h. tit.* agitur, de presbytero non baptizato, & dicitur, quòd debeat baptizari, & iterùm ordinari *cap. 1. & ult. h. t. n.* Baptiſmus verò ideò præcedit, quia eſt fundamentum & janua aliorum ſacramentorum *cap. ult. eod. tit.* De jure autem canonico ſunt ſeptem ſacramenta, ex quorum numero etiam eſt ordo *Henric. Caniſ. in ſummo jur. Canon. lib. 2. tit. de ſacramentis in genere 2. §. ſunt autem, & tit. de ordinis ſacramento 8.* Omiſſio tamen baptiſmi non nocet credenti, probabiliter ſe eſſe baptizatum *cap. Apoſtolicam 2. h. n. tit.* ubi hoc confirmatur *Auguſtini & Ambroſii* autoritate.

Notabilia.

1. Ubi fundamentum non eſt, ſuperædificari non poteſt, *cap. ult. verſ. cumq; ſuper ordinibus &c.*

2. Non intelligitur iteratum, quod ambigitur eſſe factum, *d. cap. ult. verſ. quia verò &c.*

3. Non malè de ſacramento ſentitur, cum illud non religionis contemtus, ſed articulus neceſſitatis excludit, *d. cap. ult. circa fin. & cap. 2.*

De Cuſtodia Euchariſtiæ, chriſmatis & aliorum Sacramentorum.

Titulus XLIV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Explic. c. 1. h. t. 2. *& c. 2. eod.* 3.

1 IN *Titulo 41.* hujus libri egit compilator Decretalium de Sacramento Euchariſtiæ, & in *tit. de ſacrâ unctione 15. lib. 1. Decret.* de Chriſmate, quod de jure Canonico adhiberi ſolet in baptiſmo; nunc in hoc Titulo agit de cuſtodiâ Euchariſtiæ, Chriſmatis & aliorum Sacramentorum. † Et ſcribitur in *cap. 1.* quòd Euchariſtia & Chriſma fideliter ſub clavibus cuſtodiri debeant, & in loco ſingulari mundo collocari *cap. ſanè cum olim 10. de celebrat. miſſar.* Is verò ad quem ſpectat cuſtodia, ſi ea incautè reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendendus erit, & ſi per ejus incuriam aliquid nefandum inde contigerit, graviori pœnæ ſubjiciendus *d. cap. 1. inf.* † In ſecundo capitulo dicitur, quòd ſuppellectilia in Eccleſiis non debeant poni, niſi neceſſitas urgeat, quodque Eccleſiæ debeant ſua vaſa & veſtimenta mundè teneri.

(Margin numbers 2 and 3 stand beside the lines beginning "rum Sacramentorum." and "1. inf.")

Notabilia.

1. Conceſſum ex certâ causâ, debet ceſſante causâ revocari, *cap. 2. verſ. quia verò.*

2. Nimis videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis *d. cap. 2. in fin.*

De Re-

De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.
Titulus XLV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Sine Papæ canonizatione non licet aliquem venerari pro ſancto. 2.
Reliquiæ Sanctorum vendi nequeunt. 3.
Extra capſam non debent oſtendi. 4.
Quid ſi de novo inveniantur? 5.

POſtquam egit compilator Decretalium in titulo præcedente de cuſtodiâ Euchariſtiæ,& chriſmatis,& aliorum ſacramentorum, ſubjicit titulum de reliquiis & veneratione ſanctorum. † In quo quatuor proponuntur, quorum primum eſt, quòd ſine Papæ licentiâ non liceat aliquem venerari pro ſancto,etiamſi in vitâ miracula fecerit *cap. 1. h. t.* Ratio eſt, quia per malos etiam fiunt miracula *Gloſſa in d. cap. 1. voc. miracula.* Ut autem quis habeatur pro ſancto, autoritas Eccleſiæ Romanæ accedere debet, quæ eum canonizet *d. cap. 1. in fin.* Quomodo autem fiat canonizatio, tradit *Joan. Andrea,*& ex eo *Abbas hîc n. 5.* ubi ſcribit,canonizare eſſe aliquem per ſummum Pontificem catalogo ſanctorum adſcribere atque decernere, & declarare, ut debeat coli & venerari pro ſancto. † Secundum eſt ſanctorum reliquias vendi non poſſe *cap. 2. h. t. & l. nemo 3. C. d. SS. Eccleſ.* Fit enim venditio interveniente pretio. Nam nulla emtio ſine pretio eſſe poteſt *princ. tit. I. de emt. & vendit. verſ. pretium autem &c. l. inter patrem 2. §. 1. & l. ſi quis 37. d. contrab. emtion.* Reliquiæ autem ſanctorum ſunt res ſacræ,quæ nec pretium nec æſtimationem recipiunt, unde etiam dicitur, quòd ſint in nullius dominio, §. *nullius 7. I. d. rer. diviſ. & acquir. ipſar. domin.* nec poſſint emi *§. ult. I. d. emt. & vend.* † Tertium, quod proponitur in hoc titulo, eſt, quòd reliquiæ ſanctorum extra capſam non debeant oſtendi *d. cap. 2.* Sunt enim

1 2 3 4

in veneratione habendæ, ut probat *noſtra rubr.* Quando autem paſſim oſtenduntur, vileſcit iſta veneratio. Omne enim, quod rarum eſt, plus appetitur, *can. legimus 24. verſ. omne diſt. 93.* Et addit *Abbas ad d. c. 2.* illam rationem, *quia cùm oſtenduntur*, inquit, *extra capſam oſſa nuda, multorum devotio tepeſcit, & datur detrectatoribus cauſa obloquendi. Dicunt enim, quod ſi fuiſſet ſanctus, oſſa non fuiſſent ſic diſperſa, non advertentes, quod omnibus generaliter dictum eſt, cinis es, & in cinerem reverteris, illis exceptis, quibus Deus*
5 *ſingularem gratiam facere voluit.* † Ultimum eſt, quòd inventas de novo reliquias nemo publicè venerari præſumat, niſi prius autoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ *d. cap. 2. verſ. Inventas autem &c.* De quibus autem de novo inventis reliquiis hic textus ſit intelligendus, explicat *Abb. ad d. cap. 2. circa fin.*

De Obſervatione Jejuniorum.
Titulus XLVI.

Summ.

Cont. tit. tempus & origo jejuniorum.

Quia propter ſanctorum venerationem & devotionem indicta ſunt jejunia ab Eccleſia, ideò poſt Titulum præcedentem ſequitur hic Titulus; in quo duntaxat præcipitur, quo tempore ſit obſervandum jejunium. Indiget igitur hic titulus tantùm lectione. Qualem autem originem habeant jejunia, tradit *Covarruv. lib. 4. variar reſolut. cap. 20.* & quid ſit jejunium & quotuplex ſit. *Abb. ad h. c. n. 1. & 2.*

Notabilia.

1. Bonarum mentium eſt, ibi timere culpam, ubi culpa minimè reperitur *cap. conſilium 2. verſ. precis tamen.*
2. Non ſubjacet legi neceſſitas *d. cap. 2. verſ. præterea.*
3. Opera danda eſt, ut majus periculum evitetur, *d. cap. 2. in fin.*

Er-

ERROR.

Papiſticum jejunium, tanquàm erroneum, reprobant noſtri Theologi.

De
Purificatione poſt partum.
Titulus XLVII.

SUMM.

Cont. & arg. tituli.

ABbas ita continuat hunc Titulum. In præcedenti Titulo egit compilator Decretalium de jejuniis indictis in reverentiam ſanctorum, nunc ſequitur in hoc Titulo de purificatione poſt partum, quæ fuit indicta ob reverentiam Eccleſiarum. Hoc autem dicitur in *noſtro Titulo*, quòd mulier poſt partum ſtatim poſſit ingredi Eccleſiam, nec teneatur abſtinere per aliquot dies ſecundùm legem Moſaycam.

De
Eccleſiis ædificandis vel reparandis.
Titulus XLVIII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Ædificatio abſque Epiſcopi facto fieri non debet. 2.
& obſervandum ne vicinus ædibus noceatur. 3.
Nova Eccleſia quando ædificanda? 4.
Quis contribuere teneatur? 5.

ACtum eſt in *titulo de conſecratione Eccleſiæ 40. hujus lib. 3.* Quia verò ad decus Eccleſiæ pertinet, eam reparare vel noviter ædificare, ideò de Eccleſiarum ædificatione atque reparatione tractatur in *hoc titulo.* 1
† Nemo autem debet ædificare Eccleſiam, antequam Epiſcopus civitatis veniat, & ibidem crucem figat, pu- 2

blicè atrium deſignet, & ante præfiniat, qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum ſufficiant. *can. nemo 9. d. conſecrat. diſt. 1.* † In ædificatione Eccleſiæ et-
3 iam hoc eſt obſervandum, ne vicinis ædibus noceatur. Nam Eccleſia ædificata poſt nunciationem novi operis deſtruenda eſt, & quidem expenſis conſtruentis *cap. 1. de novi operis nunciat.* Quamvis enim favor, qui pro religione facit, ſummus ſit *l. ſunt perſonæ 43. circa fin. d. relig. & ſumt. funer.* Eccleſia tamen cultrix & auctrix juſtitiæ, non patitur contra juſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum. *cap. ſi clientulus verſ. Eccleſia enim d. alienatione feudi 1. F. 13.*
4 † Interdum poteſt nova ædificari Eccleſia, quando videlicet paræciani aliqui nimis remotè habitant ab Eccleſia, nec poſſunt ſine magnâ difficultate, tempore præſertim hyemali, cum pluviæ inundant, ad ipſam accedere. *cap. ad audientiam 3. h. t. n.* † Et
5 poſſunt compelli Eccleſiarum Rectores, ut de reditibus, qui ſuperſunt, teneantur conferre ad conſtructionem ſeu reparationem Eccleſiæ, ut eorum exemplo cæteri invitentur *cap. de his 4. eod. tit.* Quicunque etiam habent beneficium Eccleſiaſticum, tenentur contribuere ad Eccleſiæ reparationem. *cap 1. eod. tit. & cap. ult. d. his, quæ fiunt à majori parte Capituli.* Nam ubi eſt emolumentum, ibi debet eſſe onus, quia non eſt ferendus is, qui lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat *l. unic. §. pro ſecundo 4. in fin. C. d. caduc. tollend* Et hoc ita eſt intelligendum, cùm quarta ad hoc deputata non ſufficit, alias ſi ſufficeret, non tenetur *Gloſſ ad d. cap. 1. in verbo: adjuvent.* De hâc quartâ agitur in *can. unio 3. cauſa 10. q. 3.* Alia limitatio additur in *d. cap. de his 4.* Si videlicet bona Clericis beneficiatis ſuperſint, quia tunc tenentur pro rata beneficii. Non igitur loquitur Pontifex in *d. cap. 4.* de bonis patrimonialibus Clericorum, quia his poſſunt Clerici uti ad libitum *can. ſine manifeſta res 21. cauſa 12. q. 1.* ſed de reditibus Eccleſiæ *Abb. hic n. 4.*

Notabile.

Quod aliis pro pietate eſt conceſſum, ad aliorum injuriam non debet redundare. *cap. cum dicat 2.*

De Im-

De Immunitate Eccleſiarum, Cœmiterii & rerum ad eas pertinentium.

Titulus XLIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Immunitas quid? 2.
Cur Eccleſiæ ſint immunes & à quibus oneribus? 3.
& quæ ejus loca? 4.
An reus criminis ad Eccleſiam confugiens ſit inde violenter extrahendus? 5.
Plura, remiſſivè. 6.

EGit compilator Decretalium in *tit. præced.* de Eccleſiis ædificandis vel reparandis; quia verò Eccleſiæ cum ſuo ambitu ſeu cæmeterio, & rebus ſuis premi non debet oneribus, quibus res Laicorum premi ſolent, ſed potius gaudere immunitatibus; ideò ſequitur nunc hic titulus. † Immunitas eſt exemtio & vacatio munerum & onerum. Munus autem, teſte *Paulo in l. munus 18. d. V. S.* tribus modis dicitur: unô donum, alterô officium, tertiô onus, quod cùm remittitur, vacationem militiæ munerisque præſtat, inde immunitas appellatur. Et ita capitur iſta vox hôc locô, pro onere videlicet & officio, unde Eccleſiæ dicuntur immunitatem habere, intellige ab oneribus & officiis ſecularibus. † Ideò autem data eſt immunitas Eccleſiis earumque cœmiteriis & rebus, ne cultus Eccleſiaſticus ullo modo impediatur vel dehoneſtetur. Hinc quæritur, à quibus oneribus atque muneribus Eccleſiæ habeant immunitatem? Nam munerum civilium eſt triplex diviſio. Quædam enim munera ſunt perſonalia, quædam patrimoniorum dicuntur, alia mixta; Perſonalia dicuntur, quæ animi proviſione, & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur, veluti tutela vel cura. Patrimoniorum

rum verò ſunt munera, quæ ſumtibus patrimonii, & domini adminiſtrantis expediuntur. Denique mixta munera ſunt, quæ tributa, & corporale miniſterium exigunt *l. munerum 18. princ. §. 1. §. patrimoniorum 18. & §. mixta 26. d. munerib. & honorib.* Ab hisce autem muneribus omnibus civilibus perſonæ Eccleſiaſticæ regulariter ſunt exemtæ, propter rationem in præcedentibus adductam. Diximus *regulariter*, quia tempore magnæ neceſſitatis non debent excuſari à murorum ſeu civitatis cuſtodiâ *cap. pervenit 2. h. t. n.* Ratio eſt, quia quilibet tenetur patriam tueri *can. omni timore 9. cauſa 23. q. 8.* & quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum, *cap. quod non eſt 4. d. R. J.* Et ſi nolunt Clerici prædictam cuſtodiam præſtare, poſſunt per Epiſcopum, non autem per judicem ſecularem cogi *cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ 10. d. conſtitutionib.*
4 † Sic etiam Eccleſiaſtica prædia, quæ aliquo onere ſunt affecta, antequam ad Eccleſiam pervenirent, immunitate non gaudent. Nam res cum onere ſuo tranſit *cap. Paſtoralis 28. verſ. Fructus autem ipſos, de decimis, primitiis & oblationibus. & cap. Ex literis 5. circa fin. de pignorib. & aliis cautionibus.* Datur etiam immunitas locis Eccleſiæ. Nam non tantùm in domibus Eccleſiarum non debet judex laicus judicare, nec hoſpitium quærere *cap. 1. h. n. t. & l. 1. C. d. Epiſcop. & Cleric.* Verùm etiam in Eccleſiâ vel cœmiteriis cauſæ ſanguinis agitari non debent. *cap. cum Eccleſia Dei 3. eod. tit.* ubi ratio adſignatur, quòd Eccleſia Dei, ſecundum Evangelicam veritatem, domus orationis eſſe debeat, non ſpelunca latronum, aut ſanguinis forum. Et in fin. dicitur, quòd abſurdum ſit & crudele, ibi judicium ſanguinis exerceri, ubi eſt tutela refugii conſtituta.
5 † Unde quæritur, ſi criminis reus fugit ad Eccleſiam, utrùm ſit violenter ab ea extrahendus? Ad quam quæſtionem reſpondet Pontifex per hanc diſtinctionem in *cap. Inter alia 6. h. n. t.* aut fugiens ad Eccleſiam liber ſit, aut ſervus exiſtit, ſi liber, inquit, quantumcunque gravia maleficia perpetravit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, ſed Rectores Eccleſiarum ſibi obtinere debent membra & vitam. Super hoc tamen, quod iniquè fecit, eſt aliàs legitimè puniendus. Idem habetur in *can. rerum 9. cauſa 17. q. 4.*

Reum

Reum ad Eccleſiam confugientem, nemo abſtrahere audeat, neque inde donare ad pœnam vel ad mortem: ut honor Dei & ſanctorum ejus conſervetur: Sed Rectores Eccleſiarum pacem & vitam ac membra ejus obtinere ſtudeant: tamen legitimè componat, quod iniquè fecit. Quibus textibus videtur contrariari *c. 1. d. homicid. volunt. vel caſuali*, ubi ita ſcribitur: *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Quomodo autem hi textus poſſint inter ſe conciliari, oſtendit *d. Fachin. lib. 9. controv. jur. cap. 93.* qui poteſt legi. Addit tamen exceptionem Pontifex in *d. cap. inter alia 6.* de publico latrone, & nocturno depopulatore agrorum, qui itinera frequentat, vel publicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidiis, & ait, quòd illi extrahi debeant ab Eccleſiâ, impunitate non præſtitâ, ſecundùm canonicas ſanctiones. Quibus addi poſſunt, qui ſub ſpe immunitatis in Eccleſiis vel cœmiteriis delinquunt *cap. ult. h. t.* ubi redditur ratio. Si verò ſervus fuit, qui confugit ad Eccleſiam: poſtquàm de impunitate ſuâ dominus ejus Clericis juramentum præſtitit ad ſervitium domini ſui redire compellitur etiam invitus, alioquin à domino poterit occupari *d. cap. inter alia 6. verſ. ſi verò ſervus fuerit &c.* † Pluribus *hunc. tit.* explicavit *Abbas,* 6
Henric. Caniſ. & Vivianus, qui videri poterunt.

Notabilia.

1. Fraus & dolus alicui patrocinari non debent. *cap. adverſus 7.*

2. Succedere debet in onere, qui in honore eſt ſubſtitutus *d. cap. 7. in fin.*

3. Obſequiis divinis dedicata, nullius ſunt temerariis auſibus profananda *cap. Eccleſia 9.*

4. In eo, in quo delinquit, puniri quis debet *cap. ult.*

5. Fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem *d. cap. ult. in fin.*

6. Non debent gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt ſe indignos *d. cap. ult. in fin.*

Ne Clerici vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.

Titulus L.

Summaria.

Continuatio. 1.

Clerici abſtineant ſecularibus negotiis. 2.

Quæ dicantur negotia ſecularia? 3.

1 IN *Titulo præced.* dictum eſt de immunitate Eccleſiarum & Cleri-
corum. Ne igitur ob hanc immunitatem Clerici & Monachi pu-
2 tent ſibi omnia licere, ſubjicitur hic titulus. † Per quem o-
ſtenditur, quòd non debeant ſe immiſcere ſecularibus negotiis.
Idem habetur in *can. decrevit 1. & can. Epiſcopus 3. diſt. 88. can. duo
ſunt 7. cauſa 12. q. 1. can. credo 2. & can. placuit 3 cauſa 21. q. 3.* Et a-
pud *Apoſtolum Paulum in 2. ad Timoth. 7.* ubi ait: *Nemo militans
Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus.* Ratio prohibitionis affertur in
d. can. duo ſunt 7. in quo ſcribitur: *Duo ſunt genera Chriſtianorum.
Eſt autem unum genus, quod mancipatum divino officio & deditum
contemplationi & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare con-
3 venit, ut ſunt Clerici, & Deo devoti, videlicet converſi &c.* † Quæ
autem dicantur negotia ſecularia, exponit *Abbas ad noſtram rubr.*
ubi poſtquam retulit aliorum Canoniſtarum opinionem, dicit ne-
gotium ſeculare hoc loco ſumi ſtrictè & largè. Largè: quicquid
provenit ex carnali concupiſcentia non ſubjecta freno rationis.
Et dicitur tunc negotium ſeculare, quia vivitur ſeculariter, id eſt,
ſecundùm ſeculum, & mundum, ſeu carnem, non autem ſecun-
dùm Deum & Spiritum. Strictè verò ſumtum comprehendit ne-
gotium pertinens ad rempublicam mundanam, & ſeculares homi-
nes. Quæ autem ſint iſta negotia ſecularia in ſpecie, quæ clericis
& monachis ſunt prohibita, traditur in *cap. 1. cap. 2. cap. 3. 4. 5. 6. 9.
& 10. h. n. t. cap. Ex parte 2. d. penult. can. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11.
diſt. 88. l. conſulta 23. C. d. teſtam. & l. repetitâ 41. C. d. Epiſcop. &
Cleric.*

Nota-

NOTABILIA.

1. Quicquid plus juſto appetit homo, turpe lucrum eſt *d. cap. 1.*

2. Indignum eſt eis ab Eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in Eccleſiâ ſcandalum generari *cap. Sacerdotibus. 2.*

3. Theologiæ ſtudium eſt ampliandum. *cap. ult. verſ. Quia verò &c.*

Finis Libri III. Decretalium.

DECRETALIUM EPISTOLARUM GREGORII PAPÆ IX. LIBER IV.

De Sponſalibus & matrimoniis. Titulus I.

SUMMARIA.

Contin. & argum. lib. & tit. 1.

SPONSALIA cur præcedant nuptias? 2. *Unde & quid?* 3. *Alia de præſenti, de futuro alia.* 4. *Quam requirant ætatem?* 5.

Conſtant conſenſu. 6. *Sed quali?* 7. 8. *& quibus verbis?* 9.

Eorum effectus. 10.

MATRIMONII etymon. 11. *Definitio & definitionis explic.* 12. 13. *(ubi, an licita polygamia?*

gamia?) 14.15. (ubi, quomodo per adulterium ſolvatur matrimonium?)

Ad nuptias requiritur conſenſus contrahentium. 16. 17. & Parentum de Jure Civili. 18. Canonico. 19. 20. 21. (Quamvis ipſi Pontificii diſſentiant. 22.) An etiam Naturali & Divinô morali? 23. 24. 25. 26. 27.

1 QUomodo liber hic Decretalium quartus debeat continuari cum præcedenti libro 3. Decretal. apparet ex iis, quæ diximus ſupra ad *Rubr. d. vitâ & honeſtate Clericorum.* In hoc autem libro quarto explicantur ea, quæ pertinent ad matrimonia ſeu nuptias, quæ ſunt vel primæ, vel ſecundæ. De ſecundis nuptiis agitur in *Titulo ultimo hujus libri quarti.* De primis verò in *titulis reliquis.* Titulus autem primus habet duas partes, quarum una eſt de ſponſalibus, altera de matrimoniis. † Sponſalia nuptias utplurimùm præcedunt *Gloſſ. ad l. 1. voc. ſponſalia d. ſponſalib.* idque fit ob rationes, quas affert *Theodorus Beza in princip. tractationis d. repudiis & divortiis.* prima eſt, ut tanti momenti, obligatio non protinùs, ſed duobus demùm diſtinctis gradibus perficeretur; altera, ut medio temporis intervallo, nùm aliquid fortaſſis eſſet, quod matrimonii conſummationem impediret, tempeſtivè diſpiceretur. Ultima, ut honeſtas in hâc ſanctâ corporis conjunctione ſervetur, quod non fieret, ſi ſtatim, ut facta eſt ſtipulatio, ad concubitum effreni libidinis impetu conjuges proruerent. His addatur *Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntagmat. jur. univerſ. lib. 8. c. 3.* † Sponſalia autem à ſpondendo dicta, quia moris fuit veteribus ſtipulari & deſpondere ſibi uxores futuras, unde & ſponſi ſponſæque appellatio nata eſt *l. ſponſalia 2. cum l. ſeq. de ſponſalib.* definiuntur mentio & repromiſſio nuptiarum futurarum *l. 1 d. ſponſalib.* ubi repromiſſio denotat reciprocam ſeu mutuam promiſſionem, quæ hinc inde fit inter ſponſum & ſponſam Perperàm igitur *Matth. Weſenb. ad tit. Pandect. d. ſponſalibus n. 2.* prædictam definitionem reprehendit cum *Hotomanno,* quem ſequitur *Joachimus à Beuſt. d. jure*

2

3

jure connubior. part. 1. q. 1. Et falſum eſt, quod ſcribit *Hotom.* autorem prædictæ definitionis fuiſſe *Modeſtinum*, cùm omnes libri eam attribuant *Florentino JCto.* † Sponſalia alia dicuntur de futuro, alia de præſenti *cap. Is qui 30. & cap. ſeq. h. t.* quæ diviſio à doctis quibusdam ſolet reprehendi, quòd omnis ſponſio & promiſſio ſit de re futurâ, & nulla de præſenti. *Gipban. in comm. d. diviſion. jur. th. 17.* Verùm hæc ratio tantùm videtur probare, ſponſalia de præſenti non eſſe propriè loquendo ſponſalia, ſed haberi pro vero matrimonio, licèt nondum conſummato per concubitum, *Weſ. d. loc. n. ult.* Unde etiam in ſponſalibus de præſenti, neque pœnitentiæ, neque etiam tranſactioni locus eſt. *Beuſt. d. part. 1. q. 10.* ubi *Gloſſ.* & *Abb.* allegat. Illa igitur ſponſalia non ſolvuntur, etiamſi ſponſa deinde alteri nubat, & carnalis copula ſit ſecuta, *cap. ſi inter 31. h. n. tit. & cap. licet. 3. de ſponsâ duor.* Sic qui cum duabus ſponſalia contrahit de præſenti, primam retinere debet, quamvis cum ſecundâ rem habuerit, *cap. ult. d. tit.* † Cæterùm edictum de ſponſalibus & matrimonio contrahendo eſt prohibitorium, ideò quicunque non prohibentur, illi admittuntur, *cap. cum apud 23. h. t.* A primordio autem ætatis ſponſalia fieri poſſunt, ſi modò id ab utrâque perſonâ intelligatur, id eſt, ſi non ſint minores, quàm ſeptem annis, *l. in ſponſalibus 14. d. ſponſalib.* Qui igitur pueris dant puellas in cunabulis, & è converſo, nihil faciunt, niſi uterque puerorum, poſtquam venerit ad annos diſcretionis, conſentiat. *Can. ubi non eſt 1. cauſa 30. q. 2. cap. literas 4. & cap. acceſſit. 5. d. deſponſat. impuber.* Si tamen malitia ætatem ſuppleat, aut copula carnalis accedat, etiam ante ſeptimum annum rectè ſponſalia contrahi. *Dd. comm.* volunt, propterea, quòd in nuptiis etiam maſculus, qui nondum eſt 14. annorum, matrimonium contrahere poſſit, ut & fœmina, quæ non eſt duodecim annorum, modò malitia ætatem ſuppleverit *cap. de illis 9. & cap. ult. d. t.* Ab hâc autem opinione recedunt *Dd.* quos *Andr. Facbin. lib. 3. controverſ. juris cap. 26.* allegat, & ſequitur, qui nullo modo ante ſeptennium ſponſalia effici poſſe exiſtimant. Et ad allegatos textus reſpondent, quòd loquuntur de matrimonio, in quo id per Canones ſpecialiter eſſe permiſſum putant, ideòque ad ſponſalia non rectè

4 5

extendi *d. cap. literas 4. & d. cap. acceſſit 5.* Et ſi copula carnalis accedit ad ſponſalia propriè ſic dicta, tranſeunt iſta ſponſalia in matrimonium *cap. Is qui fidem 30. b. n. t.* quod tamen non videtur locum habere in perſonâ ejus, qui nondum eſt ſeptem annorum, quia infans intelligitur minimè conſentire *cap. Tuæ fraternitati 25. in f. b. n. t.* & *l. ult. de jur. & fact. ignor.* nec etiam idoneus ad rem veneream *cap. Juvenis 3. b. n. t. Jacob. Menoch. lib. 2. de arbitrar. judic. cap. 57. n. 31. & ſeqq.* Carnalis autem copula, ſi non ſit ſubſecuta ſeminis commixtio, non facit tranſire ſponſalia in matrimonium. *Innocent. ad cap. adoleſcens in verb. deſponſatam. & ibi Abbas n. 3. b. n. t.* Sic etiam niſus ad copulam non facit ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium. Si igitur adoleſcens, qui deſponſatam ſibi per verba de futuro, licet ſæpè niſus fuerit, carnaliter non cognoſcens, cum alia poſtmodum per verba de præſenti contraxit: non primam, cum qua nec fuit verum matrimonium ex formâ contractus, nec præſumtum, cùm conatus non habuiſſet

6 effectum; ſed ſecundam debet habere, *cap. ult. b. n. t.* † Sufficit autem nudus conſenſus ad conſtituenda ſponſalia *l. ſufficit. 4. l. in ſponſalibus 7. §. 1. l. ſponſalia 11. de ſponſalib.* unde & abſenti abſentem deſponderi poſſe conſtat *d. l. ſufficit 4 §. 1.* †

7 Et debet conſenſus iſte eſſe liber *cap. requiſivit 17. & cap. Gemma 29. b. n. t.* à metu & coactione *cap. cum locum 14. eod. tit.* cui textui non repugnat *can. Inter cætera 22. cauſa 22. q. 4.* ubi matrimonium valet, quamvis timore necis fuerit contractum; Quia in iſto canone poſt promiſſionem metu factam, matrimonium fuit liberè contractum, & dubitatur, an ille qui juravit, poſſet matrimonium cum concubina contrahere, non verò an teneatur ex coactâ illâ promiſſione *Didac Covarruv. d. matrimon. part. 2. c. 3. §. 5. n. 5. vid. etiam*

8 *Gloſſ. ad can. 22.* † Porrò in ſponſalibus conſenſus, vel eſt purus *cap. præterea 2. ibi: purè & ſine omni conditione b. n. t.* vel ſub conditione *d. t. de conditionibus appoſitis in deſponſatione, vel in a-*

9 *liis contractibus* vel in diem *cap. ſicut 22. b. n. t.* † Quibus autem verbis fiant ſponſalia de præſenti, & ſponſalia de futuro traditur *in cap. ſi inter 31. eod. tit.* Quando autem quis dixerit: *Habebo te in uxorem, vel juro ac promitto, me in legitimam uxorem te habiturum.*

aut

aut ita: *non habebo aliam uxorem, niſi te*; tunc priori caſu matrimonium videtur contractum *can. ſi quis 9. cauſa 30. q. 5. And. Fachineus lib. 3. controverſ. jur. cap. 41.* poſteriori verò ſponſalia *l. ſi ſterilis 21. §. ſed etſi 5. de Actionib. emt. & vend. Fachin. d. lib. 3. cap. 42.* Cùm verò alter contrahentium utitur verbis dubiis, animo decipiendi mulierem, & eam poſtmodum cognoſcit carnaliter, judicatur pro matrimonio in foro judiciali, ſecus in pœnitentiali, *cap. tuanos 26. ibique Gloſſa, Abb. Joan. Baptiſt. Vivian. & Henric. Caniſ. h. t.* † Et quia ſtudioſè agendum eſt, ut ea, quæ promittuntur opere compleantur, ut ſcribitur in *cap. qualiter. 3. d. Pact.* ideò oritur ex ſponſalibus legitimè contractis obligatio inter ſponſum & ſponſam, ut interſe contrahant matrimonium. Unde etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, ſi nolunt contrahere, compelluntur. *cap. Ex literis 10. h. n. tit.* ubi autem cauſa ſubeſt, cur cogi non debeant, monendi potius ſunt, quàm compellendi, ut contrahant, *cap. præterea 2. & cap. requiſivit 17. eod. tit.* Tantùm de primâ parte noſtræ rubricæ; Sequitur altera, quæ eſt de matrimoniis † Matrimonium dicitur à matre, non quòd jam ſit mater, ſed quòd ſperetur. Liberorum enim procreandorum animo & voto uxores ducimus *l. liberorum 20. §. ult. d. V. S.* Et ſcribitur, in *cap. ult. d. converſione infidelium,* ideò conjunctionem maris & fœminæ legitimam, magis matrimonium, quam patrimonium vocari, quòd puer adhuc infans magis materno indigeat ſolatio, quàm paterno, matrique ante partum oneroſus, doloroſus in partu, & poſt partum laborioſus fuiſſe noſcitur. † Definitur autem matrimonium viri & mulieris conjunctio individuam vitæ conſuetudinem continens §. *nuptiæ 1. J. de patriâ poteſt.* Eadem definitio habetur in *cap. Illud quoque 11. de Præſumtionib.* ubi tamen pro, *viri & mulieris*, legitur, *maris & fœminæ*, & pro, *continens*, *retinens*, quæ omnia ſententiam definitionis non mutant. † Et quia matrimonium eſt maris & fœminæ conjunctio, ſequitur illud non poſſe conſiſtere, niſi inter duos Quod aliis etiam rationibus probat *Innocentius 3. Pontifex* in *cap. Gaudemus 8. de Divortiis.* Et *in fin. l. 1. de his, qui not. infam.* infames fiunt, qui bina ſponſalia, binasve nuptias eodem tempore conſtitutas habent. Conſentit *l. neminem 2. C. de Inceſt.*

10 11 12 13 (margin numbers)

Inceſt. & inutilib. nupt. & l. eum qui 18. C. ad l. Jul. d. adulter. Quòd autem tempore veteris teſtamenti Patriarchæ, & alii viri juſti plures uxores ſimul habuerunt, illud planè eſt extraordinarium, & non in exemplum trahendum, *l. quod verò 14. d. LL. Sctùque Conſult.* utpote divinâ revelatione conceſſum, ſi credimus *Pontifici in d. cap. gaudemus 8. verſ. Nec ulli unquam licuit &c.* Alii verò rectiùs dicunt, Polygamiam Deum tantùm toleráſſe usque ad tempora Meſſiæ, propter multiplicandam gentem Judaicam, etſi Polygamia cùm prima matrimonii inſtitutione non conveniret. Videatur
14 *Lucas Oſiander & Ægid. Hunnius in cap. 19. Math.* † Additur autem in definitione, *individuam vitæ conſuetudinem continens,* quæ verba non hoc volunt, quòd matrimonium in ſe & ſuâ naturâ individuum ſit, ſed tantùm quoad mentem contrahentium matrimonium. Eô enim animô debent eſſe, qui contrahunt matrimonium, ut velint hanc vitæ conſuetudinem eſſe perpetuam & indiſſolubilem, cùm matrimonium ad tempus contrahi non poſſit *cap. ult. in verb. vel donec inveniam aliam, de conditionib. appoſitis in deſponſat. & can. ſolet quæri 6. verſ. Etenim ſi aliquam, cauſa 32.*
15 *q. 2.* † Prædicta autem conjunctio intelligenda eſt, & quidem principaliter de animorum; ſecundariò verò de corporum conjunctione. *Weſ. ad §. nuptiæ 1. & Gothofr. ad l. 1. d. ritu nupt.* Cui conſequens eſt, per adulterium ipſum matrimonii vinculum diſſolvi, quia tàm animorum, quàm corporum conjunctio, id eſt, fides conjugalis eô diſſolvitur. Ac proinde *Weſ. ad tit. Pand. de divortiis n. 10. Beuſt. tr. de matrim. part. 2. cap. 24. Beza in tr. de divort.* cæterique Theologi, & JCti noſtræ religionis, magis communiter contra canones & Canoniſtas rectiſſimè docent, per adulterium non tantùm quoad menſam & thorum, ſed in totum nuptias earumque vinculum diſſolvi, ita ut non tantùm innocenti perſonæ, verùm etiam, causâ cognitâ, nocenti à magiſtratu permitti poſ-
16 ſit, ut ad alias tranſeat nuptias. † Traduntur autem multa requiſita, quæ ad matrimonium legitimè contrahendum ſunt neceſſaria, de quibus latiſſimè agunt *Dd. ad princ. tit. Inſt. de nupt.* Ex numero autem iſtorum requiſitorum eſt etiam conſenſus contrahentium, qui ſolus dicitur facere matrimonium *d. cap. cum locum*

cum 14. cap. cum apud 23. b. n. 1. † Quis autem conſenſus 17
faciat matrimonium, an conſenſus cohabitationis, an conſenſus copulæ carnalis, an uterque quæritur? Quæ quæſtio movetur in *can. ſufficiat 2. verſ. Sed quæritur cauſa 27. q. 2.* & ad eam reſpondetur in *can. Beata Maria 3. d. cauſa & q.* † Quo autem ju- 18
re conſenſus parentum in nuptiis liberorum ſit neceſſarius, diſputari ſolet. Nos dicimus primò, civile jus ita exigere conſenſum parentum, ut nuptiæ ſine eo contractæ, licèt copulâ carnali conſummatæ ſint, ſubſiſtere non poſſint. Nam matrimonium, quod ſine conſenſu parentum contractum eſt, contra præcepta legum contractum eſt, ac proinde nullius momenti, caſſum, irritum & inutile eſt *§. pen. I. de nupt. l. non dubium 5. C. de legib. &c.* Et conſiſtere nuptiæ non poſſunt, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coëunt, quorumque in poteſtate ſunt, ait *Paul. in l. nuptiæ 2. d. ritu nupt.* Et *Conſtantinus Harmenopulus lib. 4. promtuarii juris civil. tit. de finitione ac ſtatu rituque nuptiar. in pr.* ſcribit in hunc modum: *Non conſiſtunt nuptiæ niſi conſentiant, & qui coeunt, & quorum in poteſtate ſunt; Contractæ verò abſque parentum conſenſu nuptiæ invalidæ ſunt.* Ratio autem hujus juris affertur in *l. in bello 12. §. medio 3. d. captiv. & poſtlim. reverſ. & §. ſed ſi quis 7. Inſt. d. adoption.* ubi dicitur, quòd patri invito ſuus heres non debeat agnaſci, quod tamen fieret, ſi ſine ejus conſenſu matrimonium contraheretur. Et hæc eſt ſententia *Alberici Gentil. lib. 4. de nupt. c. 7. Erneſti Cotbman. vol. 1. reſponſor. 1. n. 65. & ſeqq.* & aliorum. A quâ recedit *Claudius de Battandier, tr. de legitimâ artic. 13. n. 11. & ſeqq. multis, Anton. Guibertus Coſtanus in comm. de matrimonio, titul. de ritu nupt. n. 110. & Giſan. ad l. nuptias 30. & R. J. n. 4. & ſeqq.* Pro quibus parùm facit, quod *Paulus lib. 2. recept. ſent. tit. de nuptiis 19. ſentent. 1.* ait: *Eorum, qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, ſed contracta non ſolvuntur. Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur;* Quia reſpond. has Pauli ſententias, quia in corpus Juris à Juſtiniano relatæ non ſunt, autoritate juris deſtitui, & prodeſſe quidem ad antiquitatis cognitionem, non verò ad juris conſtitutionem & probationem, maximè, quia iſta fragmenta in

Ttt mul-

multis deformata atque depravata ſunt. *Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntagm. jur. univerſi lib. 42. c. 10. n. 4. Donell. lib. 21. comm. c. 4. Alber. Gentil. lib. 4. de nupt. cap. 7. & Joan. Robert. lib. 3. animadverſ. c. 24.* Ad rationem verò Pauli reſponderi ſolet, non eſſe curandam publicam utilitatem, quæ conjuncta eſt cum parentum contemtu, cùm reipubl. expediat, pios habere filios erga parentes, & nec proles juſta eſt ex his nuptiis, ut ipſe idem tradit *Paulus in l. Paulus 11. d. ſtat. homin* adeoque nec expedit Reipubl. hoc matrimonium eſſe, quoniam nec habet lex iſtos pro liberis, nec dicitur propriè proles, quæ non ex juſtis nuptiis nata eſt. *d. §. pen. I. de nupt.* Sunt etiam plura argumenta & rationes. quæ pro contrariâ opinione videntur facere, verùm ad eas reſponſum eſt à nobis in *Exercitat.*
19 *Juſtin. 3. q. 3. in Nego.* † Deinde tres ſunt Canoniſtarum de jure Canonico opiniones. Communis eſt matrimonium ſine conſenſu parentum contractum prædicto jure valere. Pro qua opinione videtur facere 1. *Can. ſufficiat 2. cauſa 27. q. 2.* ubi Nicolaus Papa, *ſufficiat*, inquit, *ſecundum leges ſolus eorum conſenſus, de quorum conjunctionibus agitur.* Sed hic textus hoc non probat, ſed potiùs contrarium, quia requirit conſenſum ſecundùm leges. Is autem dicitur contrahentium conſenſus ſecundùm leges, cum liberi accedente conſenſu parentum nuptias contrahunt. Hunc enim conſenſum leges requirunt, uti in præcedentibus probavimus, & conſtat ex *can. videtur 2. verſ. qui enim melius recipi debent, cauſa 35. q. 6. & cap. videtur 3. qui matrimonium accuſare poſſunt.* Sunt qui per leges in *dd. textibus* intelligunt non leges Imperatorum ſed canones, teſte *Gloß. in d. can. ſufficiat voc. ſolus* propter *can. Nicena 12. diſt. 31.* ubi canones appellantur leges. Verùm & canones requirunt in nuptiis liberorum conſenſum parentum, quia in *can. non omnis 12. cauſa. 32. q. 2.* inter alia ſcribitur, paterno arbitrio viris junctas carere culpa. Quibus verbis datur intelligi, quòd paternus conſenſus deſideratur in nuptiis, nec ſine eo legtimæ nuptiæ habeantur. Textus etiam eſt in *can. Noſtrates 3. cauſa 30. q. 5.* ubi habetur, quod fœdera nuptialia non ſolùm conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, verùm etiam eorum, in quorum poteſtate ſunt, celebranda ſint. Et conſtat ex *can. aliter 1. d. causâ & q.* Clandeſti-

deſtinum conjugium eſſe, ſi uxor à parentibus non ſponſetur. Quæ omnia probant, parentum conſenſum ad matrimonia liberorum neceſſarium eſſe. 2. Probari ſolet ſequenti argumento. In ſpiritualibus non habetur ratio patriæ poteſtatis, ſed filiusfam. ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem. Matrimonium autem eſt res ſpiritualis, quia eſt unum de ſeptem ſacramentis, inſpecto jure canonico. Ergo &c. Ad quod argumentum ſolet reſponderi aliter à *Joan. Borcholten de gradibus cap. quomodo contrahi matrimon. & Philipp. Mathæi ad l. nuptias. 30. n. 34. d. R. J.* & aliter ab *Erneſto Cothman. Reſponſ. 1. n. 130. & ſeqq.* Nos dicimus à majore propoſitione matrimonium meritò excipi, quia jus canonicum in nuptiis liberorum requirit conſenſum patris, & quidem ut à nobis dictum, ideò, ne ei invito ſuus heres agnaſcatur. Quia verò hæc ratio in ſervis ceſſat, poterunt ſervi etiam contradicentibus & invitis dominis rectè contrahere matrimonium *cap. 1. de conjug. ſervorum.* Denique ita argumentantur Canoniſtæ: Matrimonia liberorum debent eſſe libera *d. cap. requiſivit. 17. & d. cap. Gemma 29. l. Titia 134. de V. O.* Ergò deſinunt eſſe libera, ſi patris debeat intervenire conſenſus *cap. ſuper eos d. Conditionibus appoſitis in deſponſat. vel in aliis contractibus.* Verùm in hoc argumento antecedens eò pertinet, ut intelligatur matrimonia non eſſe pœnis conſtringenda *d. l. Titia 134.* & debere eſſe libera à coactione & metu qui in conſtantem hominem cadit *cap. cum locum 14 & cap. conſultatione 28. h. n. t.* Conſequens verò ideò negatur, quia manent libera matrimonia, etiamſi requiratur patris conſenſus. Et nihil probat *d. cap. ſuper eo 5.* quia hoc tantùm in eo dicitur, quod contrahens matrimonium ſub conditione, ſi pater ejus conſentiat, non compellatur conſummare matrimonium, ante conditionis eventum. † Alii 20
verò diſtinguunt inter jus vetus & novum, exiſtimantes illud requirere conſenſum patris hoc non requirere, & de hoc jure veteri agi in *cap. cum cauſa 6. de raptoribus incendiariis & violatoribus Eccleſiarum.* Verùm quid ad *d. cap. 6.* reſpondendum ſit, diximus in *d. Exercit. Juſtin. 3. q. 6. in Nego.* † Denique quidam ſine 21
diſtinctione rectiùs tradunt, de jure canonico requiri conſenſum parentum in nuptiis liberorum propter canones, quos in præce-

Ttt 2 den-

22 dentibus allegavimus. † Verùm quamvis hæc ita ſe habe-
ant, tamen Pontificii contrarium ſtatuunt propter Concilium Tri-
dentinum, quod eos *cap. 1. ſeſſione 24.* anathemate damnat, qui
affirmant, matrimonia à filiisfam. ſine conſenſu parentum contra-
cta irrita eſſe. Cum quo conſentit *Declaratio Caroli V. Imperato-
ris in Comitiis Auguſtanis Anno 1548. tit.* vom Sacrament der Ehe.
§. Darumb dieweil die våterliche Gewalt ꝛc. ubi ſententia eorum
apertè improbatur, qui aſſerunt, matrimonium absque conſenſu
parentum nullius momenti eſſe vel diſſolvi poſſe. Verba ejùs ita
habent: Darumb dieweil die våterliche Gewalt dieſer Vereini-
gung des Eheſtandes von Rechts wegen weichen muß/ ſoll man die
nicht hören/ die zu unſern Zeiten wollen/ daß die Ehe oder verſpro-
chene Heyrath wiederumb zertrennet werden/ und nicht gelten ſol-
le/ wo der Eltern Bewilligung nicht darbey geweſen iſt. Hiermit
wollen wir aber dem Ungehorſam (*videtur legendum* Gehorſam)
nichts abziehen/ den die Kinder ihren Eltern ſchuldig ſeynd/ ſon-
dern wollen nicht/ daß die Eltern in Verhinderung oder Trennung
der Ehe ihrer Gewalt mißbrauchen ſollen. Weil wir aber der Er-
barkeit gemåß achten/ daß die Kinder ſich nicht verheyrathen ſol-
len/ ohne Rath und Bewilligung ihrer Eltern/ ſollen ſie/ was ihnen/
dißfalls zu thun gebůren wolle/ durch die Prieſter fleißig vermah-
net werden. † Reſtat, ut etiam videamus, quid ſtatuendum
23 ſit de jure naturali & divino morali, utrùm iſto jure matrimoni-
um ſine conſenſu parentum initum, ſubſiſtere poſſit? Exiſtima-
mus autem liberos, qui in nuptiis contrahendis adhibere negli-
gunt conſenſum parentum, graviter quidem peccare, ut rectè mo-
nent noſtri Theologi, ipſum tamen matrimonium ſine conſenſu
parentum contractum, jure naturali, & divino morali irritum non
eſſe. Obligare eos, qui ſine conſenſu parentum nuptias contra-
hunt, animas ſuas, neglectu pietatis, ad pœnam, & obligare ſe ni-
hilominus contractu matrimonii ad perpetuam vitæ conſuetudi-
nem, & conjugii obſervationem. Contractu hîc non peccari, ſed
omiſſione, unde exiſtit externum (reſpectu ſcil. matrimonii) per-
ſonæ peccatum, non verò ipſius rei vitium. Denique neceſſarium
eſſe conſenſum parentum ad hoc, ut peccatum violatæ reverentiæ
ipſis debitæ evitetur, non eſſe neceſſarium, ut matrimonium validè

inea-

ineatur. Qui enim primò ſui juris eſt, ſuæque poteſtatis, h. e. qui ſe, perſonam, ſeu ſtatum ſuum in ſuâ habet manu ac poteſtate, is de ſe, perſonâ ac ſtatu ſuo validè ſtatuit, ac proinde validè quoque iniit matrimonium, quia matrimonium ipſam perſonam principaliter concernit, & quodammodò ad vitam, ſtatum, ac libertatem hominis ſpectat *arg. §. 1. I. d. patriâ poteſt. Math. 19. cap. verſ. 5. cum ſeqq. & Epiſt. 1. ad Corinth. 7. verſ. 4. & ſeq.* Jure autem naturali, ſeu, (quod perinde eſt) Divinô morali, filius & filia, etiam vivis parentibus ſui juris ſunt, & ſuæ poteſtatis, id eſt, ſe, perſonam, ſeu ſtatum, ac libertatem in ſuâ habent manu ac poteſtate. Nam pietas & obedientia jure naturæ parentibus debita, non attingit liberorum ſtatum atque libertatem, neque efficit, ut propriè ſui juris ſuæque poteſtatis eſſe deſinant. Ergò etiam ſine conſenſu parentum de perſonâ & ſtatu ſuo validè ſtatuunt, & conſequenter etiam contrahunt matrimonium validè. Deinde, quodcunque in veteri Teſtamento de votis ac juramentis filiorum & filiarum Deo præſtitis legitur, id etiam ad vota conjugalia pertinet. Sed in veteri Teſtamento legitur, filium, filiam, viduam, & repudiatam, ſine parentum conſenſu votum Deo potuiſſe facere, & ſeſe firmiter conſtringere. Ergò etiam potuerunt hæ perſonæ firmiter ſine parentum conſenſu facere votum conjugale & matrimonium inire. Majorem propoſitionem probamus, quia *cap. 30. Numer. in princ.* loquitur generaliter de quibusvis votis atque juramentis, quibus ſe ac animam ſuam aliquis Deo obſtringit. Et quod voti conjugalis eadem ſit ratio, quæ reliquorum votorum Deo præſtitorum, apparet dilucidè ex *22. capit. Exod. verſ. 16. & 17. & Deuteronom. cap. 22. verſ. 28. & 29. Si ſeduxerit* (inquit in *Exod. Moyſes,*) *quis virginem* (additur in *Deuteron.* puellam virginem) *nec dum deſponſatam, dormieritque cum eâ, dotabit eam, & habebit eam uxorem, ſi pater virginis dare noluerit, dabit pecuniam, juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt.* Minor propoſitio probatur per *d. cap. 30. Num.* Ibi enim *verſ. 3.* talis proponitur regula: *ſi quis votum domino voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento, non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit, implebit.* Ab hâc autem regulâ excipitur fœmina, quæ in domo patris ſui & in ætate adhuc puellari eſt, diſponiturq; quod

votum & juramentum ejus irritum ſit, nec obnoxia teneatur ſponſioni, ſi ſtatim ut audierit pater contradixerit *verſ. 5. & 6.* Ergò filii, filiæ, viduæ, aut repudiatæ votum comprehendetur ſub regulâ, quia exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis *l. quæſitum eſt 12. §. idem 43. d. Inſtructo vel inſtrum. legat.* Et hoc etiam confirmat *verſ. 10. & 17. d. c. 30. Num.* Sic quoque pater filiæ, quæ cùm puella & virgo eſſet, ab alio ſeductæ, matrimonium ſuâ poteſtate impedire, & irritum reddere poteſt *d. cap. 22. Exod. verſ. 17.* Sed quid ſi filius patrem adhuc habens, puellam virginem ita ſeduxerit, an & ejus, intellige filii, parens nuptias impedire aut retractare poteſt? Quid ſi puella ſeducta matrem duntaxat habeat, num & illi eandem tribuemus poteſtatem? Quid item ſi quis ſeduxerit filiam alicujus viduam, aut à marito repudiatam, an & tum parens matrimonium impediet? Ad quos omnes caſus, ſi ſcripturam ſequi volumus, negativè reſpondendum erit. Denique nullum præceptum ex totâ ſacrâ ſcripturâ de conſenſu Parentum ad hoc, ut nuptiæ ſubſiſtant, neceſſariò adhibendo, afferri, nec etiam ullum matrimonii, ob neglectum parentum conſenſum diſſoluti exemplum, præterquam in filiâ in ætate puellari, & in domo patris conſtitutâ, (quod tamen jus videtur eſſe politicum ſeu forenſe & civile Moſaicum *arg. l. 1. l. viduæ 18. & l. in conjunctione 20. C. de nupt.*) oſtendi poteſt. Ex quibus omnibus apparet, matrimonium ſine conſenſu Parentum contractum non eſſe irritum jure naturali, & divinô morali.

14 † Videamus nunc, quid ad argumenta contraria reſponderi poſſit. Sunt autem tria argumenta quæ contrà noſtram opinionem objici ſolent, quorum primum ita formari ſolet. Quæ contra jus fiunt, pro infectis habentur, ipſoque jure caſſa, irrita, nulla atque inutilia ſunt *l. non dubium 5. C. d. Legib. & cap. quæ contra 64. d. R. J. in 6.* Et quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt *l. filius 15. de Condit. inſtitution.* Matrimonium autem quod ſine conſenſu parentum contrahitur, contrahitur contra præceptum Decalogi, & legem divinam, quæ eſt de honore reveventiâ, & obedientiâ parentibus debitâ. Ergo tale matrimonium eſt irritum, caſſum atque nullius momen-

momenti. Ad quod argumentum reſpondemus; quæ contra leges fiunt,& bonis moribus ſeu pietati repugnant,ea nulla ſunt,& inutilia, nempe ſi id quod principaliter agitur, & quod ut actus ſubſiſtat, neceſſariò adhiberi debet, bonis moribus & pietati repugnet, non item ſi tale vitium ſit in accidenti aliquo,quod rei ipſius ſubſtantiam nec mutat, nec tollit. In præcedentibus autem oſtendimus parentum conſenſum jure naturali & divino morali non eſſe neceſſarium ad hoc ut matrimonium ratum ſit, valeat, & ſubſiſtat: eò enim non ſe porrigere nudam ſeu meram naturalem parentum in liberos poteſtatem; ſed eſſe tantùm neceſſarium ad hoc, ut filius nihil omittat eorum, quæ pietas ab ipſo efflagitat, etiamſi ad ipſam matrimonii firmitatem non requiratur. Declarari hoc poteſt exemplo ejus, qui fraudulento & falſo divitiarum obtentu puellam in matrimonium allicit, ejusque parentes, ut conſentiant, circumvenerit. Is quidem peccat contra octavum Decalogi præceptum, ſed tamen ipſum matrimonium propterea non vitiatur, quia iſtiusmodi dolus, etſi det cauſam matrimonio, non eſt contra ejus eſſentialia, ſed reſpicit tantùm errorem fortunæ *Joachim. à Beuſt. tr. de Jur. Connubior. part. 2. c. 34. verſ. Error fortunæ eſt & c. 44. verſ. poteſt etiam minus, &c. & Joan. Schneidewinus ad §. actionum n. 53. J. d. Action.*

† Deinde opponi ſolet contra priorem noſtram 15
ſententiam, quòd Imp. Juſtinianus in *princ. J. de nupt.* teſtatur, conſenſum parentis, cujus in poteſtate contrahentes ſunt, non tantùm civili, verùm etiam naturali ratione ſuadente, in nuptiis contrahendis adhibendum eſſe, in tantum, ut juſſus parentis præcedere debeat. Ad quam oppoſitionem reſpondemus, & civilem & naturalem rationem ſvadere, ut nuptiæ fiant cum conſenſu parentum, & quidem ſi utraque ratio conjunctim conſideretur ita hoc ſuadent, ut ſine conſenſu parentum nuptiæ conſiſtere non poſſint: ſed ſi alterutra ratio per ſe ſola conſideretur, non unus ſeu par, ſed inæqualis utriusque effectus deprehenditur. Civilis enim patriæ poteſtatis ratio ita ſvadet, ut filius citra conſenſum patris, juſtas ac legitimas nuptias contrahere omninò non poſſit, nec valeant nuptiæ ita contractæ, quia filius ob illam civilem rationem ſui juris ſuæque poteſtatis non eſt, nec de ſe aut ſtatu ſuo diſponere poteſt,
ſed

ſed ad integrandam ejus perſonam requiritur conſenſus patris. Naturalis verò ratio ſuadet quidem, ut filius inſciô vel invitô patre uxorem non ducat, atque ita non violet reverentiam & obedientiam ipſi debitam, ſed ita hoc non ſuadet, ut ſi contractum ſit, ipſum conjugium jure naturali irritum reddatur & invalidum. Filius enim non obſtante illâ merâ naturali ratione, ſui juris ſuæque poteſtatis eſt, & de ſe, ſtatuque ac perſonâ ſuâ firmiter diſponere & conjugium inire poteſt. Ideoque quod *Juſtin.* ad ipſam matrimonii firmitatem, conſenſum parentum, etiam naturali ratione neceſſariò requiri aſſerit, de nudâ, ſolâ, merâque naturali poteſtate intelligi non debet, ſed de naturali cum civili ratione conjunctâ. Idq; patet tùm ex materiâ ſubjectâ: agitur enim de his nuptiis, quæ juris civilis ſunt, & inter ſolos cives Romanos juſtè ac legitimè, h. e. ſecundùm præcepta legum ineuntur, in quibus certè Quiritium nuptiis propria eorundem poteſtas, & civilis ratio ſemper conſiderari poteſt; tùm ex verbis Juſtiniani copulativis, ſeu conjunctis *& civilis & naturalis ratio &c.* quæ oſtendunt, utrique rationi conjunctim conſideratæ iſtum effectum tribui; tùm ex eo, quòd in *d. princ.* in ſpecie tractatur de filiisfamil. qui conſenſum parentum, quorum in poteſtate ſunt, habere debent. At mero jure naturali nemo filiusfam. eſt, ſed tantùm filius, nec eſt in poteſtate patris, ſed ſui juris, ſuæque poteſtatis; tùm denique quod alioquin, ſi nimirùm nuda naturalis ratio ſine civili in conſiderationem veniret, non tantùm patris legitimi, verùm etiam patris naturalis, nec ſolummodo patris, ſed & matris conſenſus efflagitandus foret. †

26 Denique adverſari ſententiæ noſtræ videtur, quòd jus elocandi filias, & accipiendi filiis ſuis uxores, ad parentum officium ſpectare in ſacrâ Scripturâ paſſim innuitur. Ita enim per *Moyſen* præcipit Deus *Deuteron. 7. verſ. 3. Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo.* Idem quoque indicatur *Jeremiæ 29. cap. v. 6. Accipite uxores & generate filios & filias, & date filiis veſtris uxores, & filias veſtras date viris.* Reſpondetur: De nuptiis filiarum, quæ in domo patris adhuc degebant, & virgines erant, quid jure Moſaico civili ſeu politico conſtitutum fuerit, ſuprà expoſuimus. Filios verò, & viduas filias quod attinet, ad officium quidem patris

matris-

matriſque pertinet, ut eis in omnibus quàm optimè conſulant, ut honeſtam vitæ conditionem, honeſtum ſeu honeſtam conjugem illis quærere ſatagant, idque reipsâ plerumque præſtant; pii quoque liberi magis à parentum, quàm à ſuâ voluntate dependere ſolent, ad quem piorum hominum morem & affectionem ſeu pietatem, quâ liberi ac parentes invicem complecti ſe debent, S. Scriptura dictis in locis reſpexit, ex eo tamen, ut ſæpè dictum fuit, non rectè infertur, ſi liberi in ineundo matrimonio, illam pietatis rationem, quæ jure naturæ, & divino morali ad eſſe matrimonii non requiritur, ſed ad bene eſſe, neglexerint, ipſum matrimonium non ſubſiſtere, ſed reſcindi atque retractari poſſe. Nam nec eò ſpectant loca ſuperiùs adducta, ſed ad finem alium. † Idemque re- 27
ſpondendum eſt ad exempla eorum, qui matrimonium ſuum voluntati parentum commiſerunt. Piis enim illis hominibus curæ & ſtudio fuit, non tantùm ut matrimonium firmiter inirent, quod fieri etiam ſine conſenſu parentum potuiſſet, verùm etiam ut ſimul parentibus debitum præſtarent honorem, & Decalogi præcepta, quoad ejus fieri poſſit, obſervarent, ut ita conjugium & firmum eſſet, & ſimul fauſtum & Felix.

NOTABILIA.

1. In his, quæ dubia ſunt, quod certius exiſtimamus, tenere debemus *cap. Juvenis 3.*

2. Inter vim & vim eſt differentia *cap. de muliere 6.*

3. Verba probata in eo ſenſu retinenda ſunt, quem ſolent rectè intelligentibus generare *cap. Ex literis 7.*

4. Periculoſum eſt contra ſuum juramentum venire *cap. Ex literis 10.*

5. Non locum habet conſenſus, ubi metus vel coactio intercedit. *cap. cum locum 14.*

6. Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur. *d. cap. 14.*

7. Libera debent eſſe matrimonia *cap. requiſivit. 17.*

8. Invitæ nuptiæ difficiles ſolent exitus frequenter habere *d. cap. 17.*

9. Uxor non certificata de morte viri contrahere non poteſt. *cap. In præſentia 19.*

10. Inter opera charitatis non minimum eſt errantem ab erroris ſui ſemitâ revocare *cap. Inter opera. 20.*

11. Contractus matrimonii cum peccatrice, volente ſe corrigere, proficit ad remiſſionem peccatorum *d. cap. 20.*

12. Matrimonium per vim contractum cohabitatione ſpontaneâ convaleſcit *cap. ad id 21.*

13. Pueri intelliguntur minimè conſentire *cap. Tua 25. in fin.*

14. Pro conjugio eſt præſumendum *cap. Tua nos 26.*

15. Quando deeſt conſenſus, ſine eo cætera nequeunt fœdus perficere conjugale *d. cap. 26. in f.*

De
Deſponſatione impuberum.
Titulus II.
Summaria.

Continuatio. 1.

Deſponſatio quid? 2.

Ætas in ſponſalibus definita non eſt. 3.

Impuberes qui? 4.

An pater filium adultum abſque ejus voluntate deſponſare queat? 5.

Impuberes matrimonio jungi nequeunt. 6.

In ſponſalibus impuberum, prior pubes factus, non tenetur expectare alterum adhuc impuberem. 7.

Plura, remiſſ. 8.

1 IN Titulo præcedente I. egit compilator Decretalium in genere de ſponſalibus & matrimoniis; nunc in ſpecie de iisdem incipit tractare, & primò quidem de deſponſatione impuberum *Abb. ad*
2 *rubr. h. t.* † Deſponſationis vox propriè loquendo denotat ſponſalia de futuro, alioquin tamen etiam ſumitur impropriè pro matrimonio *can. Conjuges 6. can. qui deſponſatam 12. cauſâ 2. q. 2. & cap. Tua nos 6. tit. praeced. Henric. Caniſ. ad rub. tit. de clandeſtinâ de-*

nâ deſponſat. n. 1. † In ſponſalibus autem contrahendis ætas 3
contrahentium definita non eſt, ut in matrimoniis. Quapropter & à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt, ſi modò id fieri ab utrâque perſonâ intelligatur, id eſt, ſi non ſint minores, quàm ſeptem annis *l. in ſponſalibus 14. d. ſponſalib. & can. ubi non eſt 1. cauſa 30. q. 2.* † Et hi dicuntur impuberes, ad differentiam pube- 4
rum, qui à pubertate ita appellantur, quæ eſt ætas ad generandum idonea, dicta à *pube*, id eſt, primâ illâ lanugine, quæ hominibus accedente ætate ad generandum apta, circa eas partes, quæ ad generandum factæ ſunt, enaſci incipit *cap. puberes 3. h. n. t.* ubi *Cujac.* textum hunc corrigit, & pro, *à pudentiâ corporis*, legendum putat, *à pudendis corporis*. Quidam tamen ex annis pubertatem æſtimant, id eſt, eum eſſe puberem, qui 14. vel ſi fœmina eſt, 12. annos impleverit, quamvis tardiſſimè pubeſcat. Et hæc fuit olim opinio *Proculi*, ut apparet *ex Fragm. Ulp. tit. de tutelis 11. §. ult.* quem ſequitur *Juſtin. in princ. tit. I. quib. mod. tutela finitur.* Ab eo verò recedit *Iſidorus in d. cap. Puberes 3.* exiſtimans, eum eſſe puberem, qui ex habitu corporis pubertatem oſtendit, & generare jam poteſt. Quod etiam olim voluerunt *Caſſiani d. §. ult.* † Hinc quæ- 5
ſtio oritur de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, an ſine voluntate filii adulti hoc facere poſſit? Quæ quæſtio deciſa eſt in *cap. 1. h. n. t.* cujus ſumma hæc eſt, quòd pater pro filio impubere matrimonium contrahere poſſit, & filius poſtquàm pervenerit ad perfectam ætatem, matrimonium omninò adimplere debeat. Pro pubere verò non poſſit, niſi conſentiat. Idem habetur in *can. Tua ſanctitas 2. cauſa 31. q. 2.* cujus hæc ſunt verba: *Tua ſanctitas nos requiſivit frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, ſi ſine voluntate filii adulti facere poteſt. Ad quod dicimus, ſi aliquo modo non conſentit filius, fieri non poſſe. Poteſt autem de filio nondum adulto, voluntas cujus nondum diſcerni poteſt, pater eum, cui vult, in matrimonium tradere: & poſtquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omninò obſervare & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxa fidei cultoribus ſancitum à nobis tenendum mandamus.* Ratio quoad filium impuberem eſt, quia voluntas ejus diſcerni non poteſt *d. cap. 1.* ante annos diſcre-

tionis *can. unico. cauſa 30. q. 2.* Unde videtur pater in hâc ſpecie ejus voluntatem atque conſenſum ſuppleviſſe, & perinde matrimonium, quod pater fecit, ratum & firmum eſſe,atque ſi conſenſus ipſius filii interven ſſet, teſte *Cujac. in d. cap. 1.* Quod verò dicitur in *cap. unic. §. porrò ex ſponſalibus h. t. in 6.* filios impuberes non aliter obligari ex contracto per parentes matrimonio, quam ſi & ipſi conſenſerint, hoc ita videtur intelligendum, niſi impuberes juſtam habeant reluctandi cauſam, ut quia uxorem à patre ſibi datam adverſantur,quam non tenentur contra ſuam voluntatem retinere, quia invitæ nuptiæ difficiles ſolent habere exitus *cap. requiſivit 17. tit. praced.* Ratio verò quoad filium adultum eſt, quia ipſe habet conſenſum atque voluntatem,unde ſine ejus voluntate matrimonium à parente contrahi non poteſt *cap. Tua nos 26. in fin. tit.*
6 *praced.* † Porrò impuberes matrimonio conjungi non poſſunt, antequàm ad ætatem legibus vel canonibus determinatam perveniunt. *cap. ubi non eſt 2. h. n. t.* Nec refert, quod puer quidam novem annorum nutricem ſuam imprægnavit, referente ex *Gregorio Gloſſa in ſumma cauſa 20. q. 1.* quia hoc eſt exemplum rarum, quod non debet venire in conſiderationem, *l. quod verò 14. ff. de Legib. Sſtiuque.* Si tamen urgentiſſima neceſſitas intervenit, utpote pro bono pacis,talis conjunctio per diſſimulationem quandam toleratur *d. cap. ubi non eſt 2.* Dico: *per diſſimulationem*, quia hæc conjunctio matrimonialis vera non eſt; nam deficit conſenſus in impuberibus, ſine quo non poteſt conſiſtere matrimonium. Illud probatur per *cap. à nobis 8. h. n. t.* hoc verò per *cap. Tua nos 26. d. ſponſalib. & nuptiis*, aliosque ſimiles textus *Henric. Caniſ. ad*
7 *d. cap. circa fin.* † In ſponſalibus verò à duobus impuberibus contractis, qui prius ad ætatem perfectam pervenit,non tenetur expectare alterum,qui adhuc impubes eſt: Sed poterit ſtatim contradicere ac recedere à ſponſalibus *cap. de illis 7. h. n. t.* & ibi *Abbas n. 1. & 6.* Et hæc eſt communis Dd. opinio,teſte *Didac. Covarruv. part. 1. d. ſponſalib. cap. 5. §. 1. n. 2.* qui citat *Præpoſitum*, & affert illam rationem,quòd factus pubes poſſit contradicere, cùm ipſe jam ſit perfectæ ætatis. Quamvis autem ſcribat *Joachimus à Beuſt. part. de ſponſalib. cap. 3. verſ. Etſi impubes &c.* quòd pubes factus

factus expectare cogatur tamdiu, donec deſponſata etiam ad legitimam ætatem perveniat, tamen *in ſeqq.* addit. Si pubes factus, qui contraxit cum impubere, non vellet expectare legitimam ætatem alterius, ſed mutatâ voluntate contraheret ſponſalia cum aliâ per verba de præſenti, quòd tunc ſtandum ſit poſterioribus ſponſalibus. † Plura de *hoc Titulo* videantur apud *Abbat.* 8
M. Antonium Cucbum in Inſtit. jur canon. lib. 3. tit. 10. Joan. Baptiſtam Vivianum in rationali juris canonici. Henric. Zaſ. Cujac. & cæteros Canoniſtas.

Notabilia.

1. Deſponſationes, quæ in cunabulis fiunt, nullæ ſunt *cap. literas 4.*
2. Deſponſationes & matrimonia ante ſeptem annos fieri non poſſunt, ſi conſenſus poſtea non accedit *cap. acceſſit. 5.*
3. Inhoneſtum videtur, ut matrem habeat, cujus filia fuit ſibi deſponſata *d. cap. 5.*
4. Interdum ætatem ſupplet malitia *cap. de illis 9.*

De Clandeſtina deſponſatione.
Titulus III.

Summaria.

Continuatio. 1.
Clandeſtina deſponſatio quotupliciter fiat? 2.
Quæ prohibita? 3.
Eſt ab allegante probanda. 4. *ubi expl. c. 1. h. t.*
Quando ei publica, & vice verſâ, præferatur? 5.

Quia deſponſatio non tantùm fit palàm, ſed ſæpè etiàm clàm, 1
ideò compilator Decretalium ſubjecit *hunc titulum*, ut conſtet, quid de clandeſtinâ deſponſatione juris ſit. † Clande- 2
ſtina deſponſatio fit duplici modô, unô, quando nemine præſente deſponſatio facta eſt, alterô, quando quidem in præſentia teſtium

eſt facta, ſed ſine conſenſu parentum. Illa deſponſatio dicitur propriè & ſtrictè clandeſtina; Hæc verò largè; *Conradus Mauſerus in explicatione Tituli J. de nuptiis verſ. Idem ſponſalia clandeſtina & Beuſt. part. 1. de Sponſalibus cap. 13. & Joan. Schneidewein. ad tit. J. de nupt. part. 1. n. 20. & 21.* De deſponſatione ſeu ſponſalibus largè dictis ita ſcribit *Lutherus in ſuo libellô de cauſis matrimonialibus: Clandeſtina ſponſalia appello ea, quæ citrà ſcientiam & voluntatem eorum, ſub quorum contrahentes exiſtunt poteſtate, quique matrimonia jungere de jure debent ac poſſunt, utpote pater, mater, & qui eorum loco eſſe poſſunt, contrahuntur. Licèt enim Clandeſtinis ſponſalibus mille intervenirent teſtes, ſi tamen citra parentum ſcientiam & conſenſum contracta ſunt, omnium illorum teſtimonium pro unius ſaltem habendum erit, utpote qui ſint ordinariâ & publicâ poteſtate ſubdolè & ſubreptitiè ac in tenebris ea inchoârint, nec in luce tractârint.*

3 † Hæc autem clandeſtina matrimonia jure ſunt prohibita, propter lites & diſcordias quæ ex iis oriuntur *Didac. Covarruv. part. 2. de matrimoniis c. 6. n. 8.*

4 † Et quia clandeſtinæ deſponſationes non præſumuntur, cùm jure ſint prohibitæ, ideò ab allegante debent probari, ſive is mas ſit ſive fœmina *cap. 1. h. m. t.* In quò textu malè quidam expungunt illa verba: *vel vir*, quia ſenſus ejus eſt, ſi quis occultè deſponſaverit aliquam mulierè, & ipſe eam petat poſtmodùm in uxorem; illa verò negat deſponſationem, vir debet hoc probare. Et econtrà, ſi vir hoc negaverit, mulier hoc probare debet, *Abbas in d. cap. 1. n. 1.* ratio eſt, quia affirmanti incumbit probatio *l. ei incumbit 2. d. probat. & præſumtionibus.* Errat igitur *Gloſſa ad d. cap. 1.* quæ vult propterea viro incumbere probationem, quod caput ſit mulieris, & quod ſemper vir debeat probare, ſive ipſe negat deſponſationem ſive mulier.

5 † Notandum autem hôc locô eſt, ſi, ut haud rarò fieri ſolet, concurrant ſponſalia clandeſtina cum publicis ſponſalibus, publica clandeſtinis ſponſalibus eſſe præferenda. Et addit *Joachimus à Beuſt. d. part. 1. de ſponſalibus. cap. 14.* ſi in clandeſtinis ſponſalibus copula intervenerit, quod tunc clandeſtina publicis ſponſalibus præferantur, propterea quòd puella ſit vitiata, & ejus parentes majori contumeliâ, & injuriâ afficiantur, quàm ea quæ tantùm publicè deſponſata, nec carnaliter cognita eſt.

De Sponſa duorum.
Titulus IV.
SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Quid juris, ſi quis ſucceſſivè bina contraxerit ſponſalia? 2.

ET in hoc Titulo agitur in ſpecie de Sponſalibus, nimirum de ſponsâ duorum & quidem eum in finem, ut conſtare poſſit, quid juris ſit, quando quis contraxit ſucceſſivè bina ſponſalia cum diverſis mulieribus, vel econtra mulier cum diverſis viris † Juris autem eſt, quòd contrahens per verba de præſenti cum duabus ſucceſſivè ſeu diverſis temporibus, adhærere, primæ teneatur *cap. 1. h. n. t.* ratio eſt quià ſponſalia de præſenti ſunt verum matrimonium *cap. ſicut 22. de ſponſalib. & matrim. cap. ſi inter 31. ſupra de matrim. & ſponſal.* à quo non licet recedere, etiamſi poſteà cum altera quis contraxerit etiam per verba de præſenti ſponſalia, & fuerit ſecuta copula carnalis, quia indiſſolubile eſt vinculum priorum ſponſaliorum *can. quos Deus 18. cauſa 33. q. 3. cap. licet 3. & cap. ult. h. n. t.* Sic etiam is qui cùm primâ contraxit per verba de futuro, & cum ſecundâ per verba de præſenti, adhærere debet ſecundæ; quià per verba de futuro non contrahitur matrimonium, ſed fit tantùm promiſſio de illo contrahendo *l. 1. de ſponſalib.* Sequens igitur matrimonium de præſenti meritò præfertur prioribus ſponſalibus de futuro, *cap. 1. h. n. t. & cap. ſi inter 31. de ſponſalib. & matrimoniis.* 1 2

NOTABILE.

Turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit univerſo *cap. ult.*

De Con-

De Conditionibus Appoſitis in deſponſatione vel in aliis contractibus.

Titulus V.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Conditio unde? 2. *& quid?* 3. *definitionis explic.* 4.

Conditio in præſens aut præteritum tempus concepta vera conditio non eſt. 5. 11.

Conditionum alia eſt propria. 6. (*quæ iterùm triplex.* 7.) *alia impropria.* 8. *quæ vel impoſſibilis.* 9. *vel neceſſaria.* 10.

Matrimonium an & quas recipiat conditiones? 12. 13. *ſeq.*

Tria ſunt bona matrimonii. 14.

Contractus etiam recipiunt conditionem. 17.

COmpilator Decretalium ideò ſubjecit hunc Titulum, ut con-
1 ſtare poſſit, an & quænam conditiones in deſponſatione vel in aliis contractibus opponi poſſint † Vocem conditionis de-
2 ducit *Gædd. in tr. de contrab. & comm. ſtipulat. c. 8. concluſ. 7. n. 134.* à *con.* & *dicere*, quod condicere ſit aliquid affirmanter dicere. Qui enim ſub conditione promittit, affirmat, ſe in caſu exiſtentis conditionis daturum vel facturum. Quæ notatio ideò rejicitur, quia ſi vox hæc à condicendo deſcenderet, dicenda eſt *condictio* & non *conditio*. Quemadmodum enim à *dico* fit *dictio*, à *ſcribo ſcriptio*, & à *lego lectio*: ita etiam à *condico* fit *condictio*, ut taceamus ſecundam ſyllabam in *condico* eſſe longam, in *conditio* vero brevem. Rectiùs igitur dicitur hæc vox cum *Donell. lib. 8. comm. jur. civil. c. 30.* à verbo *condere*, quod ſignificat conſtituere, componere, ac veluti exædificare aliquid, aut facere ut res ſit. Nam in omni re, qua de affirmatur

matur aliquid, ſtatuiturve in futurum, hoc ipſum præſtat adjecta conditio, ut ejus eventus conſtituat rem, de quâ agitur. Nec adverſatur, quod dici ſolet, conditionem nihil ponere in eſſe; quia non procedit de conditione pendente, ſecus verò eſt de exiſtente, & ea quæ defecit *l. hac venditio 7. pr. d. contrah. empt. & l. neceſſariò 8. pr. d. periculo & comm. rei vend.* † Solet autem conditio variè à *Dd.* definiri, ut conſtat ex *Gloſſ. ad rubr. tit. de condit. & demonſt. ibique Br. n. 1. Anton. Gomez. tom. 1. variar. reſolut. c. 12. n. 59. Anton. Fabr. de Erroribus pragmat. decad. 26. error. 1. & 2. atque aliis.* A nobis definitur dilatio ſeu ſuſpenſio negotii in incertum eventum. † Dilatio eſt *§. ſub conditione 4. ibi: differtur obligatio, & §. conditiones 6. J. d. V. O.* ſeu ſuſpenſio *l. Mavia 44. de manumiſſ. Teſtam. & l. cum ad præſens. 37. de reb. credit.* Quia verò negotio formam imprimit conditio, ut colligitur ex *princ. l. prætor. 3. d. collation. bonor. Leander. Galganettus. tract. de condit. & demonſtrat. part. 2. c. 1. q. 21. n. 2.* ideò addidimus definitione vocem *negotii*, per quam contractum *l. omnia 7. cum l. ſeq. de reb. credit.* ultimam voluntatem *tit. de Condit. Inſtitution. & tt. de cond. & dem.* donationem *l. ſi cum 2. §. ſi pecuniam 5. de Donat. rub. & l. perfecta 4. C. de donation. quæ ſub modo vel conditione, vel certo tempore conficiuntur*, & alias res intelligimus. *Joan. Gœdd. ad l. Labeo 19. n. 7. & 8. d. V. S.* Denique adjecimus in definitione *in incertum eventum*, qui videlicet ſe habeat ad eſſe, & ad non eſſe, ut loquitur *Gloſſa ad d. §. ſub conditione 4. in verb. in aliquem caſum.* † Conditio igitur in præſens aut præteritum tempus concepta, figuram tantùm habet conditionis *l. Cornelius 69. d. Hered. inſtit.* vera autem conditio non eſt *l. inſtitutio 10. §. 1. d. condit. inſtitution. l. etiamſi 3. §. ſi tamen 13. d. bon. libert. & l. ſi ita 120. d. V. O.* quià nullam in ſe dilationem continet *d. l. cùm ad præſens 37.* Vel enim ſtatim infirmat obligationem, aut omninò non differt *d. §. conditiones 6. & l. conditio 100. d. V. O.* † Ex quibus apparet conditionem aliam eſſe propriam, & aliam impropriam. Propria dicitur quæ differt negotium in incertum eventum, quæque poteſt evenire, & non evenire, ſeu cujus eventus neque impoſſibilis eſt neque neceſſarius, ut conſtat ex præcedentibus. † Hæc autem conditio

ditio dividitur in caſualem, poteſtativam, & mixtam *l. unic. §. ſin autem 7. C. de Caduc. tollend. & l. fin. C. de neceſſariis ſervis heredib. inſtit. vel ſubſtituendis.* Caſualis conditio, quæ etiam fortuita dici ſolet, eſt quæ à caſu vel fortunâ pendet, veluti *Titio lego, ſi factꝰ conſul fuerit, aut navis ex Aſiâ venerit l. conditionum 2. l. hac conditio 10. §. 1. & l. multam 21. de condit. & demonſtrat.* Poteſtativa verò conditio dicitur, quæ confertur in poteſtatem & arbitrium ejus, cui adſcripta eſt, veluti: *Sempronium heredem inſtituto ſi Stichum manumiſerit, in Capitolium aſcenderit, aut Sejo decem dederit l. ſi quis 23. §. ſed ſi 1. d. Hered. inſtitunnd. & l. fin. d. condit. inſtitution.* Denique mixta conditio dicitur, quæ partim ex voluntate ejus, cui eſt adſcripta, pendet, partim ex arbitrio alterius, vel fortunæ, ut: *Titio lego centum, ſi Sejam uxorem duxerit, aut in Mauritaniam redierit.* Nuptiæ enim niſi ex utriusque conſenſu contrahi non poſſunt, & fieri poteſt, ut Titius propter hyemis conditionem, vel alios caſus fortuitos in Mauritaniam venire non poſſit *l. 1. & l. ſi pa-
8 ter 4. C. d. Inſtit. & ſubſtit.* † Conditio autem impropria eſt quæ vel exiſtere non poteſt, vel omninò extitura eſt, vel ſtatim in-
9 firmat obligationem, vel omnino non differt. † Quæ exiſtere non poteſt, dicitur conditio impoſſibilis *l. obtinuit. 3. l. mulcta 6. §. 1. de condit. & dem. l. ab omnibus 104. §. in Teſtamento 1. d. Legat. & fideic. 1. & §. impoſſibilis 10. J. de Hered. inſtit.* Quatuor autem modis ſecundum *Accurſ. ad d. §. impoſſibilis 10.* dicitur conditio impoſſibilis, naturâ, jure, facto, & perplexitate. Naturâ, cùm videl. natura impedimento eſt, quò minùs conditio exiſtere poſſit, veluti ſi quis ita dixerit: *dabo centum, ſi digito cælum attigeris, ſi montem aut domum in humeris portaveris, ſi mortuum dederis vel hippocentaurum §. at ſi quis 1. & §. ſi impoſſibilis 10. J. de inutil. ſtip.* Jure, cùm conditio jure improbatur. Id enim poſſe dicimur quod jure poſſumus *l. Nepos 125. ibique Dd. d. V. S. & l. filius 15. de condit. inſtitut.* Et hæc conditio etiam turpis appellatur, in *l. non dubitamus 20. d. Condit. & demonſtrat.* Talis conditio eſt, *ſi ab hoſtibus patrem ſuum non redemerit, ſi parentibus patronove alimenta non præſtiterit, l. conditiones 9. eod. tit. ſi flagitium fecerit l. ſi flagitiũ 123. d. t. & §. quod turpè 23. J. de inutilib. ſtipulat.* Facto dicitur conditio impoſſibilis,

ſibilis ob eventûs difficultatem, veluti ſi quis ſervo talem adſcripſerit conditionem: *ſi mille heredi dediſſet l. cùm heres 4. §. 1. d. ſtatu lib. Donell. lib. 8. comm. jur. civil. c. 32.* Denique perplexitas reddit conditionem impoſſibilem, quia in ſe perpetuò recurrit, ut exitum non habeat; veluti ſi ita ſit ſcriptum in Teſtamento: *ſi Titius heres erit, Sejus heres eſto. ſi Sejus heres erit, Titius heres eſto l. ſi Titius 16. d. condit. inſtitut.* Et hæc eſt diviſio impoſſibilis conditionis ſecundum *gloſſam*, de quâ quid ſentiendum ſit, tradit *Philibertus Bruſſelius lib. 1. d. conditionib. tit. 2. & Giſan. in commentar. d. diviſionib. jur. th. 88.* † Conditio verò, quæ omninò extitura eſt, appellatur néceſſaria, veluti: *Si in cœlum non aſcenderis l. impoſſibilis 7. d. V. O. l. neceſſariò 8. §. 1. de pericul. & comm. rei vendit.* † 10
Denique conditio, quæ vel ſtatim obligationem infirmat, vel planè non differt, in præſens aut præteritum concepta dicitur, de quâ in præcedentibus egimus. Et hæc eſt una pars noſtri Tituli, ſequitur altera, in quâ agitur de negotiis, quæ conditionem recipiunt. 11
† Recipit autem conditionem deſponſatio & contractus, ut apparet ex *noſtrâ rubr.* Quid verò de matrimonio ſtatuendum ſit, an & illud conditionem admittat, controvertunt *Dd.* Nam negant hoc *Didac. Covarruv. in epit. lib. 4. Decretal part. 2. c. 3. n. 3. Cujac. ad cap. 1. & 3. h. t. Alberic. Gentil. lib. 2. de nupt. c. 11. & 12. & Paul. Cypr. tr. de jure connubior. part. 1. de ſponſalib. c. 5. §. 31. n. 2.* quia de naturâ & ſubſtantiâ matrimonii eſt, ut ſtatim ſortiatur effectum, cùm nihil aliud ſit matrimonium, quàm viri & mulieris conjunctio individuam vitæ conſuetudinem continens *§. nuptiæ 1. I. d. patr. poteſt.* Unde etiam ſcribit *Gentilis d. loc.* conditionem, cujus eventus dubius eſt atque incertus, facto huic præſenti, *accipio te in uxorem*, nimis repugnare. Ob quam etiam cauſam matrimonium â *Dd.* referri ſolet inter actus legitimos, qui conditionem non recipiunt *l. actus 77. d. R. J. & cap. actus 50. eod. tit. in 6.* quia in facto & rei executione, cui conditio repugnat, conſiſtunt, teſte *Alciato lib. 3. parergor. c. 3.* Aliud verò videtur *Accurſio*, qui *ad d. l. actus 77. verſ. Item qui in ſponſalibus &c.* matrimonium ſub conditione fieri poſſe putat; Cujus opinionem crebriùs receptam eſſe, ait *Philibertus Bruſſelius lib. 3. de conditionib. tit. 5. n. 13.* 12

Cui etiam ſubſcribit *Abbas ad cap. 1. n. 2. h. n. t.* Et hæc *Accurſii*
ſententia etiam probatur per *cap. ſuper eo 5. & cap. ult. eod. tit.* Il-
lius enim textus ſenſus eſt, quòd contrahens matrimonium ſub ho-
neſtâ conditione, *ſi pater ejus ſuum præſtaret aſſenſum*, non com-
pellatur matrimonium conſummare ante conditionis eventum.
13 † In hoc verò capite illæ duntaxàt conditiones improbantur, quæ
vel matrimonii ſubſtantiæ repugnant, vel turpes ſunt aut impoſſi-
biles; Illæ enim matrimonium vitiant, hæ verò pro non adjectis
habentur. Reliquæ igitur conditiones admittuntur in matrimo-
nio, quia excluſio unius eſt incluſio alterius *l. cum prætor. 12. pr.*
14 *de judiciis & ubi quisque agere vel conveniri debeat.* † Et ta-
lis eſt conditio, de quâ agitur in *d. cap. ſuper eo 5.* Illæ autem con-
ditiones ſubſtantiæ ſeu naturæ matrimonii repugnant, ſi alter con-
jugum dicat alteri: *Contraho tecum, ſi generationem prolis evites,*
vel donec inveniam aliam, honore vel facultatibus digniorem, aut ſi
15 *pro quæſtu adulterandam te tradas d. cap. ult. h. n. t.* † Quod
inde probatur, quia tria ſunt bona matrimonii, teſte *Auguſtino lib.*
1. de nuptiis & concupiſcentiâ can. omne 10. & can. inſtitutum eſt 39.
cauſa 27. q. 2. quæ in *d. cap. ult.* intelliguntur, nimirum proles, fides
& ſacramentum. Ideò autem proles de bono & ſubſtantiâ matri-
monii dicitur, quia matrimonium liberorum procreandorum cau-
ſa eſt inſtitutum *can. 32. q. 2. princ. can. cum igitur in pr. cauſa 35.*
princ. tit. Inſt. d. J. N. G. & C. ut ex iis diuturnitatis nobis memo-
riam in ævum relinquamus *l. liberorum 220. §. ult. d. V. S. vid. No-*
vell. 22. in præfat. & Novell 140. Et contra hoc primum bonum
matrimonii facit, qui ſub eâ conditione matrimonium contrahit,
ſi generatio prolis evitetur, d. cap. ult. & can. ſolet quæri 6. cauſa 32.
q. 2. Fides verò in eo conſiſtit, ne alter cōjugum corpus ſuum, quod
non jam ſuum, ſed conjugis eſt, alteri exponat, vel commodet,
Qui enim hoc facit, frangit fidem conjugalem & fit adulter *1. ad*
Corinth. 7. cap. verſ. 3. & ſeqq. Peccat igitur in bonum fidei, qui
hâc conditione contrahit matrimonium, ſi pro quæſtu uxor adul-
terandam ſe tradat *d. cap. ult* qua conditione teſte *Cujac. ibi* nihil
eſt fœdius, nihil turpius, nihilque alienius à ſanctitate, & naturâ
matrimonii. Denique ſacramentum propoſitum contrahentium
matri-

Digitized by Google

matrimonium indicat, quod in ſeparabilitate & individuitate conſiſtit. Continet enim matrimonium individuam vitæ conſuetudinem §. *nuptiæ 1. I. de P. P.* & ut *Modeſtinus* ait *in l. 1. de ritu nuptiarum.* conſortium omnis vitæ, quia hæc conjunctio maris & fœminæ in hoc contrahitur, ut ſimul vivatur, & ut omnia, quæ ad vitam domeſticam honeſtè agendam neceſſaria ſunt, communicentur. Hinc igitur exiſtit obligatio inter conjuges, ut unà vivant & cohabitent, juxta illud *Geneſ. 2. cap. verſ. 24. propter hoc relinquet homo matrem & patrem ſuum & adhærebit uxori ſuæ*, & in *1. ad Corinth. 7. verſ. 10. & 11.* ſcribitur: *Uxor à viro ne diſcedito, & vir uxorem ne dimittito.* Ea enim mente contrahentes matrimonium coëunt, ut per omnem vitam ſuam ita cohabitent, *l. 1. de jure dot.* quamvis ex accidenti, & præter primum ipſorum votum interdum fiat, ut matrimonium interveniente legitimo divortio diſſolvatur. Adverſus igitur hoc ſacramentum facit, qui ſibi ad tempus uxorem adhibuit, donec aliam honore vel facultatibus digniorem inveniat *d. cap. ult. h. t. & d. can. ſolet quari 6. cauſa 32. q. 2.* † Di- 16
ctum autem eſt ſuprà, quòd conditiones turpes aut impoſſibiles matrimonium non vitient, ſed pro non adjectis habeantur, quod fit propter favorem matrimonii *d. cap. ult. verſ. licet alia conditiones &c.* Qui enim non ignorat conditionem turpem aut impoſſibilem à jure rejici, & manere contractum purum, & tamen contrahit ſub turpi aut impoſſibili conditione matrimonium, is videtur purè conſenſiſſe, pureque contraxiſſe matrimonium. *Didac. Covarruv. part. 2. de matrimon. c. 3. § 2. n. 1.* ubi alios allegat *Canoniſtas.* Et ita etiam intelligi debet *can. quicunque 8. cauſa 27. pr. & cap. 1. h. n. t.* ubi *Gloſ. in voce: fungatur*, rectè intellexit conditionem de turpi, quæ non pugnat cum ſubſtantiâ matrimonii, veluti ſi quis dicat, *contraho tecum, ſi furtum feceris, ſi homicidium commiſeris, falſum teſtimonium dixeris &c.* Hæ enim & ſimiles conditiones franguntur, h. e. rejiciuntur, & pro non adjectis habentur.
† Diximus etiam in præcedentibus, contractus quoque recipere 17
conditiones, quod verum eſt, ſive contractus ſint juris gentium, ſive juris civilis *d. l. omnia 7. cum l. ſeq. d. reb. cred. ſi cert. pet. l. ſi fundum 16. §. aliena 7. de pignorib. & hypothec. l. ſicut 30. locat. conduct.*

ducti §. pen. l. de emt. & vendit. §. omnes 2. & §. ſub conditione 4. Inſt. d. V. O. l. hujusmodi 20. l. ſi rem 31. l. ſi ita quis 63. cum l. ſeq. l. à Titio 108. d. t. aliiſque ſimilibus textibus.

NOTABILIA.

1. Conſenſus liber dici non poteſt, qui in alieno arbitrio reſervatur *cap. ſuper eo 5.*

2. Pro matrimonio eſt præſumendum, quando poſt ſponſalia carnalis copula ſubſecuta eſt *cap. per tuas 6. verſ. Conſultationi tuæ &c.*

3. Matrimonialis contractus eſt favorabilis *cap. ult.*

Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere poſſint.
Titulus VI.

SUMMARIA.

Cont. & arg. tit. 1.
Quinam Clerici poſſint matrimonium contrahere? 2.
Votum quotuplex, remiſſ. 3. *& quodnam impediat matrimonium?* 4.

1 ADhuc tractat compilator Decretalium in ſpecie de matrimoniis, & quidem in hoc atque ſeqq. aliquot titulis, de quibusdam perſonis, quæ poſſunt contrahere matrimonium, vel non: Habet autem præſens Titulus duas partes; prior eſt de Clericis: poſterior de voventibus; Et in utraque parte explicatur, quinam ex prædictis perſonis matrimonium contrahere poſſint, & qui non. †

2 Clerici alii in majoribus, & alii in minoribus ordinibus ſunt conſtituti. Illi non poſſunt contrahere matrimonium *cap. 1. & 2. h. n. t. can. placuit 13. diſt. 32. can. presbyteris 8. diſt. 27.* Ratio prohibitionis affertur in *can. 1. can. ſacerdotibus 2. & can. ſi laicus 7. diſt. 31.* Hi verò poſſunt *d. can. placuit 13. can. multorum 2. & can. duobus ſeqq. can. lectores 8. & can. Serialim 14. diſt. 32.* vid. quæ diximus ſuprà ad *tit. d. Clericis conjugat. & ad tit. de ætate & qualitate & or-*

Digitized by Google

& ordine præficiendorum, ubi expoſuimus, quinam Clerici ſint conſtituti in ordinibus minoribus. † Per voventes autem in *h. tit.* intelliguntur, qui caſtitatis votum fecerunt. Quid ſit votum, & unde dicatur, expoſuimus ſuprà in *lib. præced. tit. de voto & voti redemtione 34.* ubi etiam diximus, votum aliud eſſe ſimplex, & aliud ſolenne. Quid utrumque ſit, apparet ex *cap. unic. d. t. de voto & voti redemtione in 6.* † Votum autem ſolenne impedit & dirimit matrimonium pòſt contractum: votum verò ſimplex tantùm impedit contrahendum, ſed non dirimit pòſt contractum *cap. meminimus 3. cap. conſuluit 4. cap. rurſus 6. cap. ult. h. n. t. & d. cap. unic. d. voto & voti redemt. in 6.* Rationem differentiæ illam afferunt *Canoniſtæ*, quia in voto ſimplici, ajunt, nulla ſui ipſius fit traditio, ſed tantùm obligatio oritur. Unde etiam alteri ex illâ obligatione traditio fieri poteſt. In voto verò ſolenni præter obligationem traditio ſui ipſius intervenit. Homo enim amittit ſui corporis poteſtatem, dum ſe Deo ad perpetuam continentiam tradit, & ideò non poteſt ſeipſum tradere in poteſtatem uxoris, matrimonium contrahendo. Et quia matrimonium, quod ſequitur tale votum, nullum eſt, ideò tale votum dirimit matrimonium contractum. Vid. *Johan. Baptiſta Vivianus in ration. jur. Pontificii ad d. cap. unic. & d. cap. meminimus 3. & Henricus Caniſ. ad h. t. n.*

3
4

De Eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

Titulus VII.

SUMMARIA.

De eo, qui ſuperſtite uxore ſuâ adulteratam anteà à ſe ducit. 1.

De machinatione. 2.

De alimentis liberis adulterinis à parentibus ſubminiſtrandis. 3. *An hâc in re mutârint Canones J. Civile?* 4. *Explic. cap. 5. h. t.* 5.

In

1 IN *hoc Titulo* agitur de tribus. Primum eſt de eo qui ſuperſtite uxore ſuâ aliam duxit in matrimonium, quam prius polluit per adulterium. Et dicitur, quòd hoc matrimonium jure non valeat. *can. nullus 1. can. Illud. verò 3. & can. relatum eſt 4. cauſa 31. q. 1. & cap. ult. in fin. h. n. t.* Quibus textibus non adverſatur *can. denique 2. d. cauſa & q.* quia canon iſte negativè eſt legendus, hoc modo: *fieri verum connubium non poteſt, cum quo præceſſit adulterium.* Quæ lectio negativa ſtabilitur autoritate *Auguſtini,* ut conſtat ex notatis ad *d. can. denique 2. ex recitation.* Si quis tamen uxore vivente fide data promiſit ſe aliam ducturum, vel cum ipſa de facto contraxit, ſi nec ante nec poſt (legitimâ ejus ſuperſtite,) cognovit eandem non eſt matrimonium, quod cum eâ contraxit, poſt uxoris obitum dirimendum *d. cap. ult. h. n. t.* quia matrimonio copula carnali non conſummato, non ſic inducuntur contrahentes ad machinandum in mortem alterius *Abbas ad d. cap. ult. n. 6.* Quia veró utrique in hoc graviter deliquerunt, ideo pœnitentia eis injungenda eſt *d. cap. ult. verſ. quamvis utrique ipſorum &c.* Cum autem quis vivente uxore contrahit cum ſecundâ, quæ hoc ignorat, primâ mortuâ, ad ſui petitionem non ſeparabitur à ſecundâ, ſed cogitur remanere cum eâ *cap. 1. h. n. t.* Ratio eſt, quia illa mulier inſcia fuit, quod ille aliam haberet uxorem viventem. Ne igitur vir de dolo ſuo commodum ſentiat, dicitur à Pontifice *in d. cap. 1.* niſi quòd mulier ſecunda divortium petat, ad petitionẽ viri non ſunt aliquatenus ſeparandi. Sed debet vir licitè cum ſecundâ remanere, novo

2 conſenſu interveniente *cap. veniens 7. h. t. n.* † Secundum de quo agitur in *h. t.* eſt de machinatione, ſi videlicèt aliena mulier in uxoris, aut adulter in mariti mortem cum adulterâ conſpiravit, quia adulter non poteſt iſtam mulierem ducere in uxorem, modò conſpiratio ſive machinatio hæc facta ſit morte ſecutâ *d. cap. 1. ibi: vel quæ machinata eſt in mortem uxoris h. n. t. & cap. 1. ſupra*

3 *de converſione infidelium.* † De ultimo agitur in *cap. cum haberet 5. h. n. t.* ubi *in f.* præcipit Pontifex, ut liberis ex adulterio ſuſceptis alimenta, ſecundùm facultates à parentibus ſubminiſtren-

4 tur. † Quod tamen negatur in *auth. ex complexu, C. de inceſtis & inutilib. nupt. Novell. quib. mod. natural. filii efficiantur legitimi 74.*

m 74. cap. ult. & Novell. quib. modu naturales efficiantur ſui 89 cap. ult. Verùm plerique reſpondent jus civile à jure canonico hoc in caſu eſſe correctum. *Mantica de conjecturis ultimarum volunt lib 8. tit 5. n. 12. Forſter. de ſucceſſionib. ab inteſtat. lib. 6. cap. 5. Borcholt. & Heig. ad §. ſi adverſus ea 12. n. 11. J. de nupt.* Nos autem putamus, ſpecialem in *d. cap. cum haberet 5.* proponi caſum, cujus circumſtantiis Pontifex motus mitigavit in libris juris civilis duritiem, Extra eum igitur caſum jus civile incorrectum manet, *arg. l. præcipimus 32. in fin. d. appellat. & conſultationib. & cap. cum expediat. 29. d. Elect. & Elect. poteſt. in 6.* ubi ſcribit Pontifex expedire reipubl. ut jura juribus concordentur, & eorum correctiones evitentur

† Specialis autem caſus talis proponitur *in d. cap. cum haberet 5.* 5
Gajus Gajæ matrimonio junctus, cum Titia adulterium commiſit; compertâ eâ re, & ad judicem delata, adulteram omninò abjuravit, ſed paulò poſt rediit ad ingenium, & contemtâ jurisjurandi religione, uxore adhuc vivâ cum adulterâ matrimonium contraxit, eique diu cohabitare non eſt veritus. Mortua demum uxore legitimâ eandem adulteram Titiam retinet, & cum illa palam ſeu publicè decem continuos commoratur annos, totidemque ex ea concepit filios. Quod negotium defertur ad Pontificem, qui reſcribit; cum non liceat eam ducere, quam quis polluit adulterio, propterea ſeparandam eſſe hanc Gaji & Titiæ conjunctionem, iisque perpetuam continentiam indicendam, præſertim cum jam uterque ad Senilem pervenerit ætatem; filiis tamen ex eâ conſuetudine natis, neceſſaria ab utroque parente pro facultatibus debere ſubminiſtrari. In hâc facti ſpecie ſequentes ſunt notandæ circumſtantiæ, quòd decem extitere filii, ex eâ conjunctione progeniti, quòd hi videantur progeniti poſt mortem legitimæ conjugis; quòd Gajus palàm & publicè vixerit cum Titiâ tanquàm cum uxore; quòd hæc vitæ conſuetudo per multos annos fuerit continuata; Et quòd uterque jam ad ſenectam proceſſerit. Propter has igitur circumſtantias procul dubio Pontifex de rigore juris, quoad liberos, aliquid remiſit, & alimenta eis à parentibus præſtari debere conſtituit. In relaxando enim juris rigore, & pœna in liberis mitigandâ ſpectari ſolet non ſolùm liberorum multitudo, ut apparet ex *l. qui in*

provinciâ 57. §. 1. d. Ritu nuptiar. & quod parentes palam & publicè, ut conjuges cohabitarunt *l. ult. de ritu nupt.* verùm etiam temporis diuturnitas *d. l. 57. §. 1. & novell. Indulgentia illicitè contractarum nuptiarum 139. in præfat. & cap. 1.* & ſenectus *l. ſi quis 7. §. Ignoſcitur 7. d. SCt. Silan. & Claudiano &c.* Spectatur præterea hoc in caſu, quòd liberi poſt mortem legitimæ uxoris ex Titia, quam affectione maritali Gajus complectebatur, procreati fuerint. Quamvis enim prohibitum ſit, eam habere uxorem quæ per adulterium eſt cognita, attamen quia hæc prohibitio non naturalis, ſed juris poſitivi eſt, nec ſemper ita præcisè obſervatur, ſed in plerisque caſibus non obtinet *cap. 1. cap. ſignificaſti 6. & cap. ſeq. h. n. t.* ideò facilius pœna mitigatur quoad liberos in hoc caſu, quàm in alio planè adulterino, aut nefario coitu. Nec obſtat, quod Pontifex in *d. cap. cum haberet 5. verſ. nec aliquod eidem,* multitudinem prolis & diuturnitatem temporis ad clementiam impetrandam; quicquam facere negat; quia hoc & reliqua quæ in *d. verſ.* afferuntur non eò dicuntur, ut liberis omnis clementia denegetur, ſed ut ipſa diſſolvatur conjunctio. Quoad hanc iſtæ circumſtantiæ nō proſunt, attamen proſunt quoad illam.

NOTABILIA.

1. Nemo debet lucrum de ſuo dolo reportare *cap. 1.*
2. Diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed augmentat. *cap. cum haberet 5. in fin.*

De Conjugio Leproſorum. Titulus VIII.

SUMMARIA.

Leproſi an arceantur à contrahendo matrimonio? 1.
Quid ſi lepra ſupervenerit matrimonium? 2. *vel ſponſalia?* 3.

1 DE tribus agitur hoc in titulo. 1. eſt, quòd leproſi poſſint contrahere matrimonium, *cap. quoniam 2. h. n. t.* Ratio eſt, quia edictum

ctum de matrimonio contrahendo eſt prohibitorium. *cap. cum apud 23. d. ſponſalib. & matrimon.* Quicunque igitur non prohibetur, per conſequentiam admittitur. Quia verò leproſi nullibi in jure canonico prohibentur à matrimonio, ſequitur, quòd illud contrahere poſſint, ſi inveniant fœminas, quæ eis nubere velint *d. cap. 23. verſ leproſi autem &c. Lancelottus lib. 2. inſt. jur. can. tit. 12. §. alia eſt cauſa.* Si tamen de lepra & ejus contagio conſtet, putat *Paul. Cypræus in tract. de jure Connubiorum part. 1. de ſponſalibus cap. 13. §. 65. n. 2.* magiſtratum inter ſanum & leproſum matrimonium prohibere poſſe, quia non ferendus ſit, qui ſibi ipſi interitum accerſere conatur, juxta illud Icti, perire volens audiendus non eſt *l. non tantum 6. d. appellat. & relation.* Deinde quòd Deus ipſe has conjunctiones averſetur, qui leproſum ſolitariam vitam vivere jubet. Poſtremò & reipublicæ intereſt, ne fiant hæ nuptiæ. Nam verendum eſt, ne ejusmodi contagium propagetur & latius ſerpat, & tandem univerſam civitatem inficiat & contaminet. † Deinde quamvis hi qui lepræ morbum incurrunt, de conſuetudine generali à communione cæterorum hominum ſeparentur, & extra portas plerumque collocari ſoleant, unde etiam à *Caſſiodoro lib. X. variar.* transportanei dicuntur, tamen quia vir & uxor ſunt mea caro, lepra ſuperveniens non diſſolvit matrimonium, nec matrimonii effectum *cap. 1. ibique Gloſſ. & c. quoniam 2. h. n. t.* videatur *l. ſi cum dotem 22. §. ſi maritus 7. ſolut. matrim.* ubi eam affert rationem *Ulp.* quod nihil tàm humanum ſit, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem eſſe *Joachimus à Beuſt. tract. de jure connubior part. 2. de matrimoniis c. 9.* Tenentur itaque conjuges iſti invicem ſibi redddere debitum *d. cap. 1. & d. cap. quoniam 2. verſ. quod ſi virum &c. h. n. t.* non autem in eodem lecto & domo morari, quia ſufficit leproſo ſi ſuo debito non fraudetur & de rebus aliis neceſſariis ipſi proſpiciatur *Gloſſ. in d. cap. 1. verbo: miniſtrent.* † Denique conſtat ex *cap. ult. h. n. t.* propter lepram ſupervenientem poſt ſponſalia de futuro, ſponſum ad accipiendam ſponſam cogendum non eſſe. Ratio à *Dd.* illa adſignatur, quòd in obligatione generali de contrahendo matrimonio ſubintelligatur conditio, *niſi quicquam notabiliter turpe aut enorme ſu-*

 perve-

perveniat. cap. quemadmodum 25. verſ. quod ſi poſt hujuſmodi juramentum, ſuprà de jurejurando Abbas ad cap. ult. n. 2. quod fit, cùm vel viro vel fœminæ poſt ſponſalia de futuro lepra ſupervenit. Alia autem ratio redditur in *fin. d. cap. ult.* quòd nondum inter eos matrimonium fuerit conſummatum, intellige quoad conſenſum de præſenti præſtitum. Nam poſt ſponſalia de præſenti nō dirimitur matrimonium *Gloſſa d. cap. ult. in verbis: cogi non debet.* Affert autem *Joan. Schneidw. ad Tit. J. de nupt. part. 4. n. 52.* exemplum adoleſcentis, qui purè promiſerat nuptias puellæ leproſæ, quam leproſam eſſe ignoravit, & dicit eum nuptias conſummare coactum non fuiſſe.

De Conjugio Servorum.
Titulus IX.

SUMMARIA.

Servos inter conjugium nullum, at contubernium eſt. 1. *etiam dominis invitis.* 2.
Quid ſi quis errans cum ancillâ contraxerit? 3.
Partus an ſequatur ventrem? 4.

1 IN *h. Titulo* agitur de conjugio ſervorum, quod jure civili non appellatur conjugium, ſed contubernium, *l. cum ancillis 3. C. de inceſt. & inutilib. nupt. Paul. lib. 2. Recept. ſent. tit. de nuptiis 19. ſententia: inter ſervos,* ubi ſcribit: *inter ſervos & liberos matrimonium contrahi non poteſt, contubernium poteſt.* Et *Ulpian. in fragm. Tit. de his, qui in poteſtate ſunt 5. §. 4. cum ſervis,* ait, *nullum eſt connubium.* Ratio eſt quia connubium habent cives Romani cum civibus Romanis; *Ulp. d. Tit. §. connubium 3. Barnabas Briſſon. lib. 1. antiquitatum Romanar. c. 13.* ſervi autem non ſunt cives Romani, ſed quod attinet jus civile, pro nullis habentur. *l. quod attinet 32. d. R. J.* & juris civilis communionem non habent in totum *l. qui Teſtamento*
2 *20. §. ſervus 7. qui Teſtam. fac. poſſ. & quemadm. Teſtam. fiant.* † Poſſunt autem ſervi conjugium contrahere, etiamſi Domini contradicant, modò debita & conſueta ſervitia eis exhibeant, *can. ult. cauſa*

cauſa 29. q. 2. & c. 1. h. n. t. † Si tamen alter contrahentium 3
probet ſe erraſſe, & cum ancilla contraxit, quam liberam putavit,
tunc hoc matrimonium diſtrahi poterit *cap. propoſuit 2. & cap.
ult. eod. tit.* quia non videntur, qui errant, conſentire *l. nihil 116.
§. ult. d. R. J.* quid enim tàm contrarium conſenſui eſt, quàm er-
ror, qui imperitiam detegit, ait *Ulpianus in l. ſi per errorem 15. de Ju-
riſdict.* Tenet verò matrimonium, quando poſtea quis ſciens fœ-
minam iſtam eſſe ancillam cognovit. *d. cap. 2.* † Quando 4
autem quis naſcitur ex libero & ancillâ, fit ſervus, quia partus ven-
trem ſequitur *l. partum 7. C. de rei vindic. & cap. ult. ſupra de ſer-
vis non ordinand. & eorum manumiſſione.* Si tamen conſuetudo
eſt in loco, quod partus conditionem patris ſequatur, natus ex li-
bero & ancillâ, eſt liber, *cap. licet 3. h. n. t.* quod fit favore liberta-
tis. Nec enim ignotum eſt, quod multa contra juris rigorem pro
libertate ſint conſtituta *l. generaliter 24. §. ſi quis 10. de Fideicom.
libert.*

De
Natis ex libero ventre.
Titulus X.

Summaria.

Continuatio. 1.

Nati ex libero ventre fiunt liberi. 2.

IN *Titulo praeced.* egit compilator Decretalium *de conjugio ſervo-* 1
rum; quia verò dubitari ſolet, utrùm natus ex libero ventre ſit
judicandus ſervus vel liber, ideò poſt rubricam præcedentem rectè
ſubjicit *hunc Titulum*, qui unico conſtat capitulo, cujus autor eſt
non *Gregorius IX.* ut habetur in aliquot veteribus Codicibus, ſed
Gregorius I. vid. notata ad d. cap. unic. & ibi Cujac. † Propo- 2
nitur autem in *d. cap.* hæc facti ſpecies. Eccleſia manumiſit ancil-
lam, quæ poſtea alteri nupſit, & ex eo aliquot filios ſuſcepit, quos
Eccleſia revocare volebat in ſervitutem. Mater igitur accedens
ad Pontificem Romanum, oſtendit ei inſtrumenta manumiſſionis,
qui præcipit, ut ſi documenta nulla ex Eccleſiæ parte, quæ inſtru-

mentis prædictæ mulieris obvient, oſtendantur, judex compellat Eccleſiam, ut à propoſito ſuo deſiſtat, quia durum eſt, ut Eccleſia libertatem velit revocare, quæ libertatem defendere debet. Cur autem nati ex libero ventre liberi ſint, ratio illa eſt, quia partus ſequitur ventrem, *cap. ult. de ſervis non ordinandis, & eorum manumiſſ.* Interdum tamen nati non ſequuntur matris conditionem, ſed fiunt ſervi Eccleſiæ *can. cum multa 3. cauſa 15. q. 8.*

De
Cognatione ſpirituali.
Titulus XI.

SUMMARIA.

Cont. & cognationis diviſio. 1.

Spiritualis quotuplex, & quæ contrahendum contractumque matrimonium impediat? 2. 3. 4. 5.

Explic. c. 2. h. 6.

1 HActenus tractavit Decretalium compilator de matrimoniis in genere & in ſpecie; nunc incipit proponere matrimonii impedimenta, quorum tria ſunt: primum dicitur cognatio, ſecundum impotentia, ultimum contradictio matrimonii ab Eccleſiâ facta. *Cognatio*, quæ nihil aliud eſt, quàm propinquitas, vulgò attinentia dicta, *Petr. Gregor. Tholoſan. in partitionib. jur. can. lib. 3. tit. 21. cap. 9. lit. D.* eſt triplex: Spiritualis, Legalis, & carnalis ſeu naturalis.
2 † *Spiritualis cognatio*, (quæ in *hoc tit.* ideò præmittitur, quia cæteris eſt dignior) contrahitur aut per baptiſmum, aut per confirmationem, aut per Catechiſmum.
3 † Spiritualis cognatio per baptiſmum contracta de jure canonico impedit matrimonium contrahendum, & dirimit de facto contractum *cap. Martinus 4. cap. veniens 6. cap. pen. & ult. h. n. t. cap. 1. in pr. eod. tit. in 6. & can. ita diligere 1. cauſa 30. q. 3.* Inter quas autem perſonas contrahatur cognatio ſpiritualis per baptiſmum, exponitur in *noſtro tit. d. cap. Martinus 4. & ibi gloſſa in verbis: cum quo*

d. cap

d. cap. veniens 6. & d. cap. 1. ibique Gloſſ. a Lancelotto lib. 2. Inſtit. jur. canonici tit. de triplici cognatione 13. pr. Petr. Gregor. Tholoſan. d. cap. 9. n. 2. & Henrico Caniſio in ſumm. juris canonici lib. 2. tit. 12. pag. 162. & ſeqq. Quamvis autem non plures, quàm unus vir, vel una mulier accedere debeant ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem, juxta Canonum inſtituta, *can. non plures 101. de conſecrat. diſt. 4.* Si tamen plures acceſſerint, ſpiritualis cognatio inde contrahitur, matrimonia contrahenda impediens, & etiam poſt contracta diſſolvens, *cap. ult. de cognatione ſpirituali in 6.* † Deinde ex 4
confirmatione quoque ſeu frontis chriſmate, ſpiritualis cognatio eiſdem modis contrahitur, matrimonia ſimiliter impediens contrahenda, & dirimens pôſt contracta *d. cap. 1. verſ. Ex confirmatione & ibi gloſſ. in verbis: Eisdem modis d. t.* † Denique per 5
Catechiſmum, qui præcedit baptiſmum, ſacramentorum fundamentum, & januam reliquorum, cognatio ſpiritualis contrahitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur. Per illam tamen cognationem matrimonium, poſt eam contractum minimè ſeparatur, *cap. contracto 5. h. n. t. & cap. per catechiſmum 2. eod. tit. in 6.* † Ubi catechiſmus eſt inſtructio, quia adulti ante 6
baptiſmum debent baptizandi in fide inſtrui, *Gloſſ. ad d. cap. 2. ad d. cap. contracto 5. in verbis: vix contrahendo*, quæ pluribus diſputat, an per catechiſmum contrahatur compaternitas?

NOTABILIA.

1. Ignorantia excuſat *cap. 2. in f.*
2. Fraus vel dolus nulli debet patrocinari *d. cap. 2. in f.*
3. Grave eſt antiquam conſuetudinem circum adjacentium Eccleſiarum contemnere *cap. ſuper eo 3.*

ERROR.

Cognatio ſpiritualis prohibet matrimonium. Quem errorem refutavimus in Erroribus Juſtinianeis Errore ſeptimo.

De Co-

De Cognatione legali.
Titulus XII.
SUMMARIA.

Arg. tit. 1.

Et arrogatio & adoptio impedit matrimonium. 2.

1 IN hoc titulo agitur de altera ſpecie cognationis, quæ legalis dicitur, quia à legibus civilibus per adoptionem primum introducta, poſtea verò à jure canonico recepta eſt. Ita autem ſcribit Imperator Juſtinianus: *Et hæc adeò vera ſunt, ut quamvis per adoptionem parentum liberorumvè loco ſibi eſſe cœperint, non poſſint inter ſe matrimonio jungi. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia vel neptis eſſe cœperit, non poteris uxorem ducere. §. ergo 1. verſ. Et hæc adeò vera ſunt &c. l. de nupt. conſentiu l. quando etiam 55. §. patris 1. d. rit. nupt.* Et in *h. tit.* ait Pontifex: *Si qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit, quamdiu durat adoptio inter me & ipſam, nuptiæ conſiſtere non poſſunt.* Quæ verba ultima oſtendunt cognationem legalem matrimonium impedire contrahendum, & contractum
2 dirimere. † Et hæc procedunt non tantùm in arrogatione, cùm is, qui ſui juris eſt, ab alio adoptatur, verùm etiam in adoptato, qui non tranſit in poteſtatem adoptantis. Unde etiam ſcribit *Gloſſa ad h. tit. in voce, quamdiu;* legalem cognationem fieri duobus modis, vel per adoptionem, vel per arrogationem. Quam *gloſſam* ſequuntur *Dd. comm.* teſte *Abbate hic n. 5.* qui etiam dicit, ſibi ſatis placere iſtam gloſſam, quæ probatur per noſtram decretalem, quæ indiſtinctè loquitur de adoptione, non diſtinguendo inter arrogatum & adoptatum. Textu autem non diſtinguente nec noſtrum eſt diſtinguere, *per vulg.*

ERROR.

Cognatio legalis impedit matrimonium. Quem errorem taxat *Luther. tom. 2. Jenenſi German. tit.* von Ehelichen Leben, *part. 1. pag. 149. fac. b.*

De ea.

De Eo qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ.

Titulus XIII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Explic. c. 1. h. tit. 2. 3. 4.

Affinitas ſuperveniens per illicitum coitum ſolvit ſponſalia ſolùm de futuro. 5.

Quibusnam affinitatem praceſſiſſe adſerentibus credatur? 6. 7.

SUper eſt ultima cognationis ſpecies, quæ carnalis ſeu naturalis dicitur. Quia verò ex copulâ habitâ cum conſanguinea uxoris, oritur affinitatis cognatio, deque eâ dubitari poteſt utrùm impediat matrimonium vel dirimat, ideò ſequitur hæc rubrica. *Abbas hic.* 1
† Hujus autem affinitatis cognationis proponitur in *cap. 1.* exemplum ejus, qui cum filiaſtrâ ſuâ h. e. privignâ, ſeu filiâ uxoris, ex alio viro ſuſceptâ *can. de his 6. cauſa 30. q. 1.* fornicatus eſt. Et dicitur de eo primùm, quod propter hoc delictum ab uxore ſuâ debitum nunquam petere poſſit. Ratio eſt, quia quis eſt puniendus in eo, in quo deliquitur *cap. literas 13. verſ. Præfatum itaque, de Temporibus ordinationum.* Ex quo igitur ſe contra leges alteri commiſcuit, debet puniri in hoc, ut à propriâ uxore debitum exigere non poſſit *d. cap. 1. cap. Tranſmiſſæ 4. & cap. diſcretionem 6. h. n. t.* 2
Et ſi exigeret, peccaret mortaliter, quia exigeret contra præceptum canonis, *Abb. ad cap. Jordana ult. n. 5. h. t. n.* † Additur 3
autem in *d. cap. 1.* ſi hoc *ſcienter* fecerit. Nam ſecus eſt ſi ignoranter; *cap. ſi vir 2. in fin. d. cognat. ſpiritual. & can. ſi virgo 5. cauſa 34. q. 1.* exemplum proponitur in *can. in lectum 6. d. cauſa & q.* de eo, qui neſciens dormivit cum uxoris ſorore. Verba ejus ita habent: *In lectum mariti, abſente uxore, ſoror ivit uxoris: quã ille uxorem putans*

ſuam eſſe dormivit cum ea. Super hoc viſum eſt, ſi ipſe per ſecuritatem veram hoc probaverit, quod inſcius fecerit hoc ſcelus, pœnitentiam quidem, quæ ſibi indicta fuerit, agat, & legitimum ſuum conjugium habere permittatur. Illa verò vindictâ dignâ affligatur, & in æternum conjugio privatur. Per verba autem, *ſi ipſe per ſecuritatem veram hoc probaverit*: intelligitur jusjurandum, *can. Extraordinaria 11. cauſa 35. q. 2.* per juramentum enim probatur ignorantia *cap. ſi verò 4. d. ſentent. Excommunicat.* Qui verò cum filiaſtrâ ſuâ eſt fornicatus, & ab uxore exactus, reddere tenetur debitum, *d. can. Transmiſſa 4.* ubi dicitur, quòd ad ipſam, h. e. uxorem ſuam, non ſine gravi cordis dolore accedere debeat. Ratio autem cur uxor debitum à marito ſuo exigere poſſit, illa eſt, quia uxor nihil deliquit & ſine culpâ privari ſuo jure nemo debet, *d. cap. diſcretionem 6. verſ. ſed nec affinitas &c. cap. Tuâ fraternitatis 10. & cap. ult h. n. t.* Quando autem dicatur vir exactus, ex *Vincentio* explicat *Abb. d. loc.* quòd exactus dicatur, tàm verbo, quàm ſigno, quia mulieres ſæpè

4 verentur verbis petere debitum. † Deinde dicitur in *d. cap. 1.* quòd vir filiam ſuam nunquàm habere poſſit uxorem, quia inter eas perſonas, quæ parentum liberorumve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt, *§. ergo 1. J. de Nupt. & l. nuptiæ 53. d. R. N.* Denique ſcribitur *in fin. d. cap. 1.* quòd nec filiaſtra, nec ille ullo unquam tempore alii ſe poterunt matrimonio copulare; conſentit. *d. cap. transmiſſa 4. in fin.* quod propter inceſtum, qui & abominabilis Deo eſt, & cunctis hominibus, eſt prohibitum, *cap. ex literis h. n. t. & can qui dormierit 21. cauſa 32. q. 7. can. de inceſtis 8. & can. Nec eam 10. cauſa 35. q. 2.* Ex quibus apparet, errare *Gloſſam ad d. cap. 1. in verbo: copulare*; quæ putat tenere matrimo-

5 nium, quando contractum eſt. † Deinde ſciendum eſt affinitatem ſupervenientem per illicitum coitum diſſolvere ſponſalia de futuro, non autem de præſenti. Illud probatur per *cap. veniens 2. h. n. t.* Et eſt ratio, quia ſponſalia de futuro nihil aliud ſunt, quàm futurarum nuptiarum promiſſio, *can. noſtrates 3. cauſa 30. q. 5.* Per affinitatem autem ſupervenientem non poteſt adimpleri promiſſio illa, cùm inter affines non poſſit conſiſtere matrimonium *cap. non debet §. de conſanguinit. & affinit. Abbas ad d. cap. veniens 2. h. n. t.*

Hoc

Hoc verò probatur *per d. cap. diſcretionem 6. h. t.* Ratio eſt, quia ſponſalia de præſenti ſunt verum matrimonium. Videantur, quæ diximus *ſupra ad tit. de ſponſalib.* Affinitas autem ſuperveniens non diſſolvit matrimonium *cap. Tuæ fraternitatis 10. h. n. t.* quia matrimonium contractum non dependet ab homine, ſed ab ipſo Deo, à quo etiam recipit indiſſolubilitatem. *can. quos Deus conjunxit 18. cauſa 33. q. 2. Abb. ad cap ſuper eo 1. n. 2. h. n. t.* † Præ- 6
tereà non ſeparatur matrimonium ad dictum unius, qui aſſerit inter conjuges præceſſiſſe affinitatem. *cap. de illo 3. h. n. t.* quia unus teſtis nihil probat. *cap. licet univerſis 23. d. teſtib. & atteſtat.* Quibus non contrariatur *cap. praterea 12. de ſponſal. & matrim.* ubi admittitur unus teſtis, quia ibi uni teſti deponenti de affinitate creditur, ad impediendum matrimonium. Secus verò eſt, quando agitur de ſeparando matrimonio, tunc uni teſti non creditur, ſed requiruntur plures teſtes, *d. cap. de illo 3.* † Non etiam ſepa- 7
ratur matrimonium ad confeſſionem conjugum, qui dicunt affinitatem præceſſiſſe, etiamſi rumor viciniæ conſentiat, *cap. ſuper eo 5. h. n. t.* ubi etiam ratio à Pontifice Rom. adſignatur.

Notabilia.

1. Rumor viciniæ non adeò eſt judicandus validus, niſi rationabiles & fide dignæ probationes accedant. *cap. ſuper eo 5. in fin.*

2. Sine ſuâ culpâ jure non debet quis privari *cap. diſcretionem 5. & cap. ult.*

De Conſanguinitate & affinitate. Titulus XIV.

Summaria.

Continuatio. 1.
Conſanguinitas & affinitas quid? 2.
In lineâ rectâ in infinitum uſque prohibetur matrimonium. 3.
Excutitur c. 8. h. t. 4. *ejusque ratio.* 5.

ſuam eſſe dormivit cum eâ. Super hoc viſum eſt, ſi ipſe per ſecuritatem veram hoc probaverit, quod inſcius fecerit hoc ſcelus, pœnitentiam quidem, quæ ſibi indicta fuerit, agat, & legitimum ſuum conjugium habere permittatur. Illa verò vindictâ dignâ affligatur, & in æternum conjugio privatur. Per verba autem, *ſi ipſe per ſecuritatem veram hoc probaverit*: intelligitur juſjurandum, *can. Extraordinaria 11. cauſa 35. q. 2.* per juramentum enim probatur ignorantia *cap. ſi verò 4. d. ſentent. Excommunicat.* Qui verò cum filiaſtrâ ſuâ eſt fornicatus, & ab uxore exactus, reddere tenetur debitum, *d. can. Transmiſſa 4.* ubi dicitur, quòd ad ipſam, h. e. uxorem ſuam, non ſine gravi cordis dolore accedere debeat. Ratio autem cur uxor debitum à marito ſuo exigere poſſit, illa eſt, quia uxor nihil deliquit & ſine culpâ privari ſuo jure nemo debet, *d. cap. diſcretionem 6. verſ. ſed nec affinitas &c. cap. Tuâ fraternitatis 10. & cap. ult h. n. t.* Quando autem dicatur vir exactus, ex *Vincentio* explicat *Abb. d. loc.* quòd exactus dicatur, tàm verbo, quàm ſigno, quia mulieres ſæpè
4 verentur verbis petere debitum. † Deinde dicitur in *d. cap. 1.* quòd vir filiam ſuam nunquàm habere poſſit uxorem, quià inter eas perſonas, quæ parentum liberorumve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt, *§. ergo 1. J. de Nupt. & l. nuptiæ 53. d. R. N.* Denique ſcribitur *in fin. d. cap. 1.* quòd nec filiaſtra, nec ille ullo unquam tempore alii ſe poterunt matrimonio copulare; conſentit. *d. cap. transmiſſa 4. in fin.* quod propter inceſtum, qui & abominabilis Deo eſt, & cunctis hominibus, eſt prohibitum, *cap. ex literis h. n. t. & can qui dormierit 21. cauſa 32. q. 7. can. de inceſtis 8. & can. Nec eam 10. cauſa 35. q. 2.* Ex quibus apparet, errare *Gloſſam ad d. cap. 1. in verbo: copulare,* quæ putat tenere matrimo-
5 nium, quando contractum eſt. † Deinde ſciendum eſt affinitatem ſupervenientem per illicitum coitum diſſolvere ſponſalia de futuro, non autem de præſenti. Illud probatur per *cap. veniens 2. h. n. t.* Et eſt ratio, quia ſponſalia de futuro nihil aliud ſunt, quàm futurarum nuptiarum promiſſio, *can. noſtrates 3. cauſa 30. q. 5.* Per affinitatem autem ſupervenientem non poteſt adimpleri promiſſio illa, cùm inter affines non poſſit conſiſtere matrimonium *cap. non debet §. de conſanguinit. & affinit. Abbas ad d. cap. veniens 2. h. n. t.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc verò probatur *per d. cap. diſcretionem 6. h. t.* Ratio eſt, quia ſponſalia de præſenti ſunt verum matrimonium. Videantur, quæ diximus *ſupra ad tit. de ſponſalib.* Affinitas autem ſuperveniens non diſſolvit matrimonium *cap. Tua fraternitatis 10. h. n. t.* quia matrimonium contractum non dependet ab homine, ſed ab ipſo Deo, à quo etiam recipit indiſſolubilitatem. *can. quos Deus conjunxit 18. cauſa 33. q. 2. Abb. ad cap ſuper eo 1. n. 2. h. n. t.* † Præ- 6
tereà non ſeparatur matrimonium ad dictum unius, qui aſſerit inter conjuges præceſſiſſe affinitatem. *cap. de illo 3. h. n. t.* quia unus teſtis nihil probat. *cap. licet univerſis 23. d. teſtib. & atteſtat.* Quibus non contrariatur *cap. præterea 12. de ſponſal. & matrim.* ubi admittitur unus teſtis, quia ibi uni teſti deponenti de affinitate creditur, ad impediendum matrimonium. Secus verò eſt, quando agitur de ſeparando matrimonio, tunc uni teſti non creditur, ſed requiruntur plures teſtes, *d. cap. de illo 3.* † Non etiam ſepa- 7
ratur matrimonium ad confeſſionem conjugum, qui dicunt affinitatem præceſſiſſe, etiamſi rumor viciniæ conſentiat, *cap. ſuper eo 5. h. n. t.* ubi etiam ratio à Pontifice Rom. adſignatur.

Notabilia.

1. Rumor viciniæ non adeò eſt judicandus validus, niſi rationabiles & fide dignæ probationes accedant. *cap. ſuper eo 5. in fin.*

2. Sine ſuâ culpâ jure non debet quis privari *cap. diſcretionem 5. & cap. ult.*

De Conſanguinitate & affinitate. Titulus XIV.

Summaria.

Continuatio. 1.

Conſanguinitas & affinitas quid? 2.

In lineâ rectâ in infinitum uſque prohibetur matrimonium. 3.

Excutitur c. 8. h. t. 4. *ejusque ratio.* 5.

De lineâ collaterali. 6.
An inter omnes à latere cognatos, qui ſibi invicem ſunt parentum & liberorum loco, prohibitum etiam de J. Can. ſit matrimonium. 7.
De nuptiis fratrem inter & ſororem. 8. 9.
Affinitatis definitio & def. expl. 10.
Cognati mariti & uxoris affines inter ſe non ſunt. 11.
Inter quos adfines prohibitæ nuptiæ? 12.

1 IN *Titulo præcedenti* actum eſt de proximitate ſeu cognatione, quæ contrahitur ex copulâ cum conſanguineâ uxoris, ſequitur nunc cognatio carnalis, quæ conſiſtit in conſanguinitate & affini-
2 tate. *Abbas ad h.rubr.* † Conſanguinitas, definientibus *Dd.*, eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur conſanguinitas, quaſi *ſanguinis unitas*, quia ſcilicet conſanguinei de communi ſanguine deſcendunt. Affinitas verò eſt quædam perſonarum proximitas, ex coitu proveniens; ex eo dicta, *quaſi duorum ſit ad unum finem unitas.* Cùm enim duæ cognationes diverſæ per aliquorum copulam conjunguntur, alter ad alterius cognationis quaſi quoſdam fines accedere videtur, *l. non facilè 4. §. ſed quoniam 3. de gradib. & affi-*
3 *nib. & nominibus eorum.* † In conſanguinitate triplex linea occurrit, videl. aſcendentium, id eſt, parentum, deſcendentium, id eſt, liberorum, & collateralium, id eſt, agnatorum & cognatorum, venientium à latere. Inter parentes & liberos in infinitum nuptiæ ſunt prohibitæ, tanquam inceſtæ & nefariæ, utpote cum natura ipſa pugnantes, adeò, ut & bruta quædam animalia ab iis abhorreant, *§. 1. I. de nupt. & l. nuptiæ 53. d. R. N. l. nemini liceat 17. C. d. nupt. & Novell. d. inceſt. & nefar. nupt. 12. cap. ſancimus 1.* Idque tàm religiosè propter honeſtatem in hâc parte ſervatur, ut nec inter patrem adoptivum & filiam adoptivam placeat nuptias conſiſtere, etiam diſſolutâ per emancipationem adoptione, *d. § 1. verſ. Et hac adeò. l. adoptivus 14. in pr. & l. quando etiam 55. pr. d.*
4 *R. N.* † Neque putandum eſt, hanc prohibitionem ab *Innocen-*

nocentio III. in cap. non debet 8. h. n. tit. ita reſtrictum eſſe, ut ultrà quartum gradum locum non habeat. Hæc enim Pontificis conſtitutio non pertinet ad nuptias aſcendentium & deſcendentium, ſed transverſalium tantùm. Inter transverſales nuptiæ in infinitum non ſunt prohibitæ, ſed jure civili conceſſæ, præterquam inter fratrem & ſororem, & inter eos, qui ſibi invicem parentum ac liberorum loco ſunt, *§. inter eas 2. & tribus ſeqq. §§. I. d. nupt.* Igitur conſobrini, qui ſecundum jus civile quarto juxta canones verò ſecundo gradu à ſe diſtant, ex legibus civilibus matrimonio conjungi poſſunt, multoque magis conjungi poſſunt cæteri, qui ulteriori gradu conſtituti, parentum & liberorum loco inter ſe non habentur *§. duorum 4. & ibi Dd. d. t. l. ſi nepotem 3. d. R. N. & l. celebrandis 19. C. de nupt.* Sed Papa Julius I. prohibitionem nuptiarum inter eos, qui ex latere ſibi juncti ſunt, produxit uſque ad ſeptimum juris canonici gradum, qui decimus quartus gradus eſt de jure civili, *can. nullum 7. cauſa 35. q. 2. & can. ad ſedem 2. d. cauſa 35. q. 5.* Cum autem hæc tam effuſa prohibitio facultatem nubendi nimiùm coarctaret, multaque inde incommoda naſcerentur, ita ut abſque gravi diſpendio non poſſet generaliter obſervari, conſtituit Innocentius, ut ultra quartum gradum ea prohibitio ſe non extendat. *d. cap. non debet 8.* † Qui illam adducit 5 rationem, quod quatuor ſint humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis. Quam rationem plerique rejiciunt, quòd non ſit concludens, cùm & ſemper iidem humores fuerint in corpore humano, *cap. in quadam 8. in f. de celebrat. miſſarum, de ſacramento Eucharíſtia &c.* Alii verò exiſtimant, quòd ratio hæc non tanquam primaria, ſed ut congruentia quædam afferatur, neque tamen ſit inepta aut ridicula, ſed planè phyſica. Ita enim ſcribit *Robertus Bellarminus de matrimonii ſacramento c. 29. circa fin. Quia homo ex quatuor elementis conſtat, colligitur admodum probabiliter, in quarto gradu penitus deficere vim illam ſanguinis ejuſdem, quæ à primo ſtipite trahitur. In permiſtione enim ſanguinis à patre accepti, cum alio extraneo, quæ fit in generatione, id quod eſt ſubtiliſſimum, nimirum vis ignea 1. confunditur & perit. 2. vis aërea. 3. aquea. 4. terrea. Quare in quartâ generatione totus ille ſanguis*

6 *perire videtur.* † Cognatio autem ex transverſo ſeu à latere eorum eſt, quorum unus ab altero non deſcendit, uterque tamen deſcendit ab alio quodam communi parente. Et quamvis nulli ex hoc agnatorum ordine revera inter ſe liberi & parentes ſint, quidam tamen tales ſunt, ut invicem pro parentibus & liberis habeantur; quidam verò inter ſe ne quidem habeantur pro parentibus & liberis. † Inter cognatos lineæ transverſalis,
7 qui invicem pro parentibus & liberis habentur, quotocunq; gradu ſint, nuptiæ conſiſtere non poſſunt. *§. fratris 3. & §. item amitam 5. I. d. nupt. l. per adoptionem 17. §. ult. l. ſororis 39. in pr. d. R. N. l. nemini 17. C. de nupt. l. ult. C. d. Inceſtis & inutilib. nupt. & l. ult. C. ſi nuptiæ ex reſcripto petant.* Quo loco quæri ſolet, utrûm hoc etiam de jure canonico locum habeat, an verò hòc jure inter cognatos è latere ſibi junctos, quorum unus alteri pro parente habetur, nuptiarum prohibitio ad quartum gradum ſit reſtricta? Reſtrictam eſſe plerique volunt Interpretes, inter quos etiam eſt *Alber. Gentil. in tract. de nupt. lib. 5. c. 7. per cap. pen. & ult. h. n. tit.* In aliâ verò ſententiâ eſt *Duar. ad Tit. de nupt. c. 3. pag. 248.* qui exiſtimat, allegatos juris canonici textus intelligi debere de cognatis tranſverſalibus, qui ſibi invicem parentum & liberorum loco non exiſtunt, de iis verò, qui tales ſunt, nihil ex jure civili per canones immutatum eſſe, cui ſententiæ ut benigniori, noſtrum quoque calculum adjicimus. Nam in *d. cap. ult.* proponitur caſus, ubi vir quarto gradu, & mulier ex alio latere gradu quinto, diſtat à communi ſtipite, quod certè de his, qui parentum & liberorum inter ſe loco ſunt, ne quidem cogitari aut fingi poteſt. Quamvis autem in *d. cap. pen.* verbis generalibus conſtituatur, ne dehinc prohibitio copulæ conjugalis quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum excedat, reſtringi tamen hæc generalitas, eô, quô dixi, modô poteſt. Primò enim oſtendimus in præcedentibus, non contineri ſub eâ generalitate parentes & liberos. Ergò nec continebuntur ipſi collaterales, qui invicem habentur pro parentibus & liberis. De ſimilibus enim & æquiparatis idem eſt judicium, & quæ jure veteri æquiparata ſunt, jure quoque novo pro æquiparatis habentur. Deinde certi juris eſt quamlibet generalem diſpoſitionem ita accipiendam

endâ ac reſtringendâ eſſe, ne quid inde ſequatur abſurdi, aut inhoneſti: Tale enim quod eſt, ſub generalitate verborũ contineri nõ intelligitur *Alex. Raudenſis tr. de Analogiis c. 17. n. 26. cap. 22. n 26. c. 27. n. 3. & 10. & cap. 28. n. 114.* qui dicit, abſurditatis vitandæ cauſa, quælibet generalia, imò etiam univerſalia ac geminata verba eſſe reſtringenda, etiamſi vis ſcripturæ fieri videatur. Diſpoſitionem autem dictam in allegato *cap. pen.* ad parentes & liberos & ad eos collaterales, qui invicem parentum & liberorum loco ſibi ſunt, citra abſurditatem, ſalvaque honeſtate retineri non poſſe, fateri coguntur *Dd.* Ut igitur iſta excludatur abſurditas, & honeſtas ſervetur, de cæteris collateralibus, quorum unus alteri pro parente non habetur, Pontificia conſtitutio exaudienda erit. † Sequuntur nunc cognati, quorum unus alteri pro parente non habetur. Ex his nulli inter ſe matrimonio prohibentur jungi, præterquam fratres & ſorores, qui ſecundo gradu ſunt. De prohibitione inter fratres & ſorores textus eſt in §. *inter eas 2. J. d. nupt. l. nemini 17. C. d. nupt. & l. ſi ſtipulor 35. §. 1. d. V. O.* & locum habet etiam in adoptivis, quamdiu in ejusdem patris ſunt poteſtate *d. §. 2. d. l. 17. d. ritu nupt.* etiam in ſorore, quæ ab uno tantùm latere juncta, *d. §. 2.* quæ vulgò quæſita *l. & nihil 54. d. Rit. nupt.* aut nata ex ſervorum conſortio *l. adoptivus 14. §. ſerviles 2. eod Tit.* etiam inter libertinum & libertinam, quia hoc jus moribus non legibus introductum eſt *l. libertinus 8. de Ritu nupt.* ubi Pomponius per *mores* non intelligit civilia urbis Romæ inſtituta, tacito populi conſenſu introducta, ut in *l. patre 8. de his qui ſui vel alien jur. ſunt l. cum prætor 12. §. 1. de judic. & ubi quis que ager vel conveniri debeat & l. probrum 42. d. V. S.* ſed jus gentium ſeu naturæ, ut & in *l. ſororis 39. §. 1. d. R. N* indeque concluditur certè, inter fratrem & ſororem non ſolo civili, ſed naturæ ſeu gentium jure nuptias vetitas eſſe, & ſi coierint, jure gentium inceſtum committi. Quibus enim matrem filius, iisdem etiam moribus ex ſententiâ Pomponii ſororem frater uxorem ducere prohibetur. Ita enim habent ejus verba: *Libertinus libertinam matrem aut ſororem uxorem ducere non poteſt, quia hoc jus moribus non legibus introductum eſt.* Inter matrem autem & filium naturæ & Gentium jure nuptiæ vetitæ ſunt, & jure Gentium

tium inceſtus committitur *d. l. adoptivus 14. §. ſerviles 2. in fin. l. fin. d. R. N. & l. ult. in fin. de condict. ſine causâ.* Ergò & inter fratrem & ſororem. Ejusque rei rationem reddit *Alber. Gentil. lib. 5. de nupt. c. 8. quia* inquit, *contra naturam conjunguntur in unam carnem per nuptias, quos natura per nativitatem de carne unâ duos fecit.* †

9 Verùm hic objicitur, Adami filios & filias inter ſe nuptias contraxiſſe non inceſtas, ſed legitimas, & Deo placentes. Ad quam objectionem reſpondemus Auguſtini verbis, quæ referuntur in *can. cum igitur 1. cauſa 35. q. 1. quantò illud eſt antiquius compellente neceſſitate, tantò poſtea factum eſſe damnabilius, religione prohibente.* Et hæc dicta ſint de cognatione, quæ conſiſtit in conſanguinitate,

10 nunc ſequitur de affinitatis neceſſitudine. † Affinitas autem hîc in largiori ſignificatione nobis dicitur neceſſitudo, nuptiis aut coitu viri & mulieris, inter hanc & illius cognatos, & inter illum & hujus cognatos conſtituta. Diximus *nuptiis aut coitu,* quamvis enim affinitas propriè ex legitimis duntaxat nuptiis oriatur, non autem ex ullo alio prohibito & illegitimo coitu *l. non facilè 4. §. ſciendum eſt 8. d. Gradib. & affinib.* jus tamen canonicum affinitatem in cauſa matrimoniali, etiam ex illicito coitu naſci cenſet, ut notant *Canoniſtæ in cap. diſcretionem 6. & ibi Abb. n. 6.* d. eo qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ. In nuptiarum enim prohibitione non minùs hæc, quàm illa affinitas attendi debet,

11 *l. liberi 4. C. d. nupt. & l. 1. §. penult de Concubin.* † Diximus affinitatem conſtitui *inter mulierem & viri cognatos, ac inter virum & mulieris cognatos.* Nam *Duareni* ſententia, qui ad *Tit. d. nupt.* etiam inter cognatos mariti & uxoris, imò inter ipſum quoque virum & uxorem affinitatem eſſe contendit, vera non eſt, *cap. quod ſuper 5. h. n. 2. & l. non ideo 5. C. de heredib. inſtit. Didac. Covarruv. de matrimon. part. 2. c. 6. §. 7. in fin. & Alber. Gentil. lib. 5. de nupt. cap. 12.* Fundamentum enim affinitatis eſt uxor, terminus cognatio viri, & viciſſim maritus eſt fundamentum affinitatis, terminusque cognatio uxoris. Si igitur cognati viri & uxoris conferantur, deficit fundamentum, item ſi conferantur inter ſe vir & uxor, deficit terminus relationis, & per conſequens ipſa relatio ſeu affinitas, per ea quæ tradit *Philip. Melanch. in prædicamento relationis.* Quibus videtur

detur adverſari *d. l. non facilè 4. §. ſed quoniam de Gradib. & affinib. &c.* ubi ICtus, *affines ſunt*, inquit, *viri & uxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diverſa inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Namque conjungendæ affinitatis cauſa fit in nuptiis.* Unde colligit *Duaren.* cognationem cognationi per nuptias affinem fieri, id eſt, vicinam, conterminam, ſeu proximam, & per conſequens omnes perſonas, quæ in utrâque cognatione continentur, atque ita etiam virum & uxorem affinitate conjungi. Verùm quod dicit *JCtus* viri & uxoris cognatos affines eſſe, non ita intelligendum eſt, tanquàm inter ſe affines eſſent, ſed quòd viri cognati affines ſint uxori, & uxoris cognati affines viri. Duæ enim cognationes per nuptias copulantur, dum altera ad alterius cognationis finem accedit, ad finem inquam, terminum ſeu extremum, non ad totam cognationem, atque ita tota cognatio toti cognationi non fit affinis, ſed altera ad alterius finem ſeu terminum accedit. *Alber. Gentil. d. cap. 12. & Ægid. Hortenſ. ad §. mariti 8. J. de nupt.* Adverſari etiam videtur *l. quod ſervius 3. d. cond. cauſa data cauſa non ſecut.* ubi conjuges affines dicuntur; ſed reſpondetur; hoc fieri impropriè, quaſi affines ſunt, verè & propriè affines non ſunt, ſicuti notant *Dd.* communiter ad *l. non ideò 5. C. d. heredib. inſtit.* Quibus conſequens eſt, cognatos viri & mulieris inter ſe matrimonio jungi poſſe. Unde mariti filius ex aliâ uxore ducere poteſt novercæ ſuæ filiam ex marito alio, item duo fratres, duas ſorores, pater & filius, matrem & filiam, quin etiam duo fratres duas ſorores, & pater earundem matrem in matrimonio habere poteſt, *§. mariti 8. & ibi Interpretes I. de nupt. l. generali 34. §. inter privignos pen. d. R. N. l. Titia 134. in pr. d. V. O. & l. JCtus 10. §. tertio gradu 14. verſ. Id evenit d. gradib. & affinib.* † Inter eos autem, qui verè affines exiſtunt, nuptiæ prohibitæ ſunt, non tamen inter omnes. Prohibitæ ſunt inter illos, qui parentum liberorumque loco habentur *l. non facile 4. §. hos imque 7. d. t.* Et cum defuncti fratris vel ſororis relicto conjuge *l. fratris 5. & l fin. C. d. inceſt. & inutilib. nupt.* Parentum autem, propter affinitatem, loco ſunt conjugis noſtri parentes, & parentum noſtrorum conjuges. Parentes conjugis noſtri 11

Aaaa ſunt

ſunt ſocer, id eſt, mariti vel uxoris pater, & ſocrus, id eſt, mariti vel uxoris mater, eorundemque avus, avia, proavus, proavia, abavus, abavia, atque ita deinceps: Hi enim omnes ſocri & ſocrûs appellatione continentur *l. adoptione 14. §. nunc videamus 4. verſ. Itaque ſocrus appellatione de R. N. d. l. non facilè 4. §. Et ſi quidem 6. cum §. ſeq. 7. d. gradib. & affinib. & l. fin. §. fin. de condict. ſine causâ. §. affinitatis 6. & §. ſocrum 7. ibique Borcholt. & P. Heig. n. 8. Inſt. de nupt.* Conjuges parentum noſtrorum affinitate nobis juncti dicuntur, vitricus & noverca, *d. l. adoptivus 14. §. 4. l fin. §. fin. de condict. ſine cauſa d. l. non facilè 4. §. 6. & 7. l. nemini 17. C. de nupt. d. §. ſocrum 7. l. de nupt. l. ſi adulterium 38. pr. § idem Imperatores 5. ad L. Juliam d. adult. coërcendis.* Liberorum verò locô ex causâ affinitatis nobis ſunt conjugis noſtri liberi, & liberorum noſtrorum conjuges. Liberi conjugis noſtri appellantur privignus & privigna *d. l. fin. §. ult. d. condict. ſine cauſa l. non facilè 14. §. 4. d. R. N. §. affinitatis 6. I. de nupt. & aliis ſimilib. textib.* Conjuges autem liberorum noſtrorum ſunt gener & nurus *d. l. 14. §. 4. & l. Labeo 6. d. grad. & affinib.* Hos omnes inter ſe, quod affinitatis cauſa parentum liberorumque loco habentur, matrimonio copulari nefas eſt, *d. l. non facilè 4. §. 7. d. grad. & affinib.* & ſi contra fiat jure Gentium inceſtus committitur, *d. l. fin. in f. de condict. ſine causâ & d. l. ſi adulterium 3. in pr. & §. quare mulier 2. ad L. Jul. d. adult.* Inter cæteros verò affines, qui neque parentum & liberorum, neque fratrum & ſororum loco habentur, nuptiæ jure civili non ſunt interdictæ.

Notabilia.

1. Cauſæ matrimoniales non ſunt tractandæ per quoslibet, ſed per judices diſcretos, qui poteſtatem habent judicandi, & ſtatuta canonum non ignorant *cap. 1. in fin.*

2. Conſuetudo contra canones eſt corruptela dicenda *cap. quod ſuper 5. in f.*

3. Conjugium multum favoris obtinet *cap. Tua nos 7.*

4. Teſtimonium de auditu, minus eſt validum *d. cap. 7.*

5. Non debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum veritatem tem-

temporum, ſtatuta quandoque varientur humana *cap. non debet 8. pr.*

6. Ceſſante prohibitione ceſſat effectus *d. cap. 8.*

7. Diuturnitas temporum non minuit peccatum, ſed auget: tantòque ſunt graviora crimina, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam *d. cap. 8. in fin.*

De Frigidis & maleficiatis, & impotentiâ coëundi.

Titulus XV.

Summaria.

Continuatio. 1.

Frigidi, maleficiati &c. qui? 2.

Propter impotentiam, de quâ conſtat, ſeparari poteſt matrimonium. 3. *Niſi quis ſcienter cum impotente contraxerit.* 6.

Quid ſi verò non conſtet? 4.

Impotens ad matrimonium non eſt aptus. 5.

Separatio locum habet à muliere nimis arcta. 7.

De inſpectione impotentiam prætendentium. 8.

Sufficit allegari viri impotentiam, non ſpecificatâ qualitate. 9.

Hactenus egimus de primo matrimonii impedimento, videlicèt cognatione: nunc ſequitur in *h. t.* impedimentum ſecundum, quod dicitur impotentia coëundi, quam vel frigiditas, vel maleficium, vel res aliæ cauſantur. † Frigidi dicuntur, qui ex defectu naturalis caloris coire non poſſunt; Maleficiati verò, qui per ſortiarias atque maleficas impotentes ſunt redditi. Denique per res alias intelligimus, quando vir eſt ſectus vel caret virilibus, aut habet nodoſam virgam. *Abb. ad h. rubric.* † Ubi ſci- 1 2 3

ſciendum eſt primò, quòd ſeparatio matrimonii ſtatim locum habeat, quando conſtat de impotentiâ coëundi. *cap. laudabilem 5. h. t.* quia fruſtra expectatur eventus, cujus nullus eſt effectus, *cap.*
4 *cùm contingat 36. de offic. & poteſtate judic. delegat.* † Si verò de impotentiâ coëundi non conſtet, debent conjuges à tempore celebrati conjugii per triennium cohabitare: quô elapsô ſi probetur, quòd operam dederint carnali copulæ, & non potuerint conjungi, ſeparantur, *d. cap. laudabilem 5. can. quod autem 1. cauſa 33. q. 1. & Nov. de nuptiis 22. cap. Per occaſionem 6.* Probatio autem per juſtum judicium fit jurejurando utriusque conjugis, & cognatorum, vel cognatis deficientibus, vicinorum ſeptem, *d. cap. laudabilem 5. cap. ult. h. n. t. & can. requiſiſti 2. cauſa 33. q. 1.* Si autem quis accepit uxorem, & habuit eam aliquo tempore, & ipſa fœmina dicit, quòd nunquam coiſſet cum eâ: & ille vir dicit quod ſic fecit, in veritate viri conſiſtat, quia vir caput eſt mulieris, *can. ſi*
5 *quis 3. d. cauſa* [illegible] *& cap. 1. verſ. Illa autem &c. h. n. t.* † Deinde qui impotens eſt ad copulam, eſt etiam impotens ad matrimonium, ſive ſit impedimentum ætatis ſive naturæ *cap. quod ſedem 2. eod. tit.* Licèt enim matrimonium non faciat coitus *l. cum hic ſtatus 32. §. ſi mulier 13. de donat. inter virum & uxor. & l. nuptias 30. d. R. N.* tamen finis matrimonii eſt ſobolis procreatio, *can. omne itaque 10. cauſa 27. q. 2. cauſa 32. q. 2. in princ.* Unde ſequitur Spadonem, qui caret ambobus teſticulis, matrimonium contrahere non poſſe *l. ſi ſerva 39. § ſi ſpadoni 1. d. jure dot. Abb. ad d. cap. quod ſedem 2.* [illegible]*ſ.* ubi addit, qui ſemen emittere non poteſt, licèt virgam habeat erectam, quòd tamen matrimonium contrahere non poſſit. Et dicit ita ſentire *Dd. comm.*; Quamvis alii ſint
6 in contrariâ opinione. † Præterea qui contrahit ſcienter matrimonium cum impotente, non ſeparatur, ſed tenetur cum eâ caſtè morari, tanquàm cum ſorore, *cap. conſultationi 4. & cap.*
7 *laudabilem 5. verſ. quod ſi ambo &c. h. n. t.* † His quartò addendum eſt, quod matrimonium ſit reſcindendum, quando mulier ita arcta eſt, ut absque periculo corporali habilis reddi non poſſit. *cap. Fraternitatis 6. eod. tit.* Ratio eſt, quia talis arctatio cenſetur perpetuum impedimentum ad coeundum, quod reddit matri-

trimonium nullum *cap. 1. eod. tit.* Si tamen mulier iſta poſtea ab alio cognoſcitur, volunt Dd. communiter, quod primo viro ſit reſtituenda, quia ex hoc apparet, impedimentum illud non fuiſſe perpetuum *d. cap. Fraternitatis 6. verſ. quamvis igitur ſemiplenè &c.* Alii verò quos *Abbas ad d. cap. Fraternitatis n. 19.* allegat, priorem ſententiam admittunt, cùm nulla eſt inter utrumque virum & uxorem differentia; Nam ſi vir adeò eſt carnoſus, quòd nunquam poſſet deflorare mulierem ſine periculo mortis, ſecundus verò vir magis gracilis, qui potuit eam cognoſcere, putant mulieri iſtam priori viro non eſſe reſtituendam, licet per frequentem uſum cum ſecundo ſit reddita apta primo. Verùm hæc ratio potius probat communem opinionem. Nam ſi ſolus vir eam aptam reddidit primo, nulla causa eſt, cur ei non debeat reſtitui. † Quin imò 8
interdum mulieres, quæ impotentiam prætendunt, juſſu Magiſtratus inſpici ſolent, *d. cap. Fraternitatis 6. & cap. ult. h. n. t.* Ex quibus textibus apparet, à talibus debere iſtam inſpectionem fieri, quæ ſunt matronæ bonæ opinionis, providæ & honeſtæ, fide dignæ, atque expertæ in opere nuptiali. Non tamen ex aſpectu & jactu τῆς ὑμένης virginitas deprehendi poteſt, quia teſtimonio Medicorum nulla eſt hymen in puellis, nullaque membrana. Quâ in ſententiâ etiam eſt *Cujac. ad cap. pen. h. t. n. & Alberic. Gentil. lib. 7. d. nupt. c. 9.* qui ſunt legendi. Et ſcribit *Daniel Sennertus lib. 4. practica medicinæ d. mulierum & infantium morbis part. 2. ſectione 3. cap. 1. q. 3.* quod etiam vulvæ adſtrictio non ſit virginitatis ſignum; ubi refert, ancillam quandam ſponſam procul dubio, ut ſponſo virgo, quæ non erat, appareret, balneo, in quo radices conſolidæ majoris decoctæ erant, uſam fuiſſe, in quod, cùm poſtea hera inſcia conſediſſet, ei ita orificium pudendi coarctatum fuit, ut maritus uxorem clauſtrum virginale recepiſſe teſtaretur. † De- 9
nique ſufficit allegari viri impotentiam, etiamſi non ſpecificetur qualitas impotentiæ *d. cap. ult. & ibi Abb. n. 4. h. t.* ubi allegat *Hoſtienſ. & Joan. Andrea*, & dicit quod hoc omnes communiter ſequantur.

De Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.
Titulus XVI.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Propter prohibitionem perpetuam, non verò temporalem Eccleſiæ, conjuges ſeparantur. 2.
Quæ juſtæ prohibendi cauſa? rem. 3.

1 IN *h. t.* proponit compilator Decretalium ultimum matrimonii impedimentum, quod concernit interdictionem matrimonii ab Eccleſiâ, qualibet ex juſtâ causâ factam. † Ubi videndum
2 eſt, utrùm prohibitio Eccleſiæ ſit temporalis, an verò perpetua; ſi cauſa prohibitionis eſt temporalis, puta tempus, in quo matrimonium prohibetur contrahi propter reverentiam dierum, vel conſenſus de futuro cum alio, tunc contrahentes non debent ſeparari, ſed pœnitentia debet eis imponi, quia hoc fecerunt contra interdictum Eccleſiæ vel judicis. Si verò perpetua eſt prohibitio, ſeparantur contrahentes à cohabitatione, quòusque cognoſcatur de impedimento, quò probatô, ſeparantur ex toto, latâ ſententẽtiâ divortii inter eos. *cap. 1. & cap. 2. h. n. 1. Gloſſa ad cap. tua 4. in verbis: poteris irritare d. ſponsâ duorum Abb. ad d. cap. 1. n. 1.* † Quæ au-
3 tem ſit juſta cauſa, ob quam impediat matrimonium judex Eccleſiaſticus exponit *Henricus Caniſius ad h. t. & ibi Henricus Zæſius, qui ſunt legendi.*

Qui filii ſint legitimi.
Titulus XVII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Filiorum alii legitimi, illegitimi alii. 2.

Expl.

Expl. c. 2. h. t. 3.
Quid in dubio? 4.
Qui filii illegitimi? 5.
Legitimantur per ſubſeq. matrimonium. 6. *Ejus requiſita.* 7. *& vis.* 8.
Quæſtiones, remiſſivè. 9.

HActenus actum eſt de variis matrimonii impedimentis, quià verò ſæpè naſcuntur filii ex matrimonio contracto contra impedimentum Eccleſiæ, & dubitari poteſt, an & quando filii ſint legitimi, ideò ſequitur nunc *rubrica: Qui filii ſint legitimi.* † Filii ſunt multiplices ſecundùm *gloſſam ad cap. Tanta 6. h. t. n. voce repellendus.* Alii autem ſunt legitimi, & alii illegitimi. Legitimi filii dicuntur, qui ex juſtis nuptiis ſunt procreati *l. item 3. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt.* † Huc etiam pertinet *cap. cùm inter 2, h. n. t.* ubi talis facti ſpecies proponitur: Quidam in facie Eccleſiæ matrimonium contraxerunt, & filiis ſuſceptis recuſatum fuit de conſanguinitate matrimonium, lataque ſententia divortii. Quæſitum eſt, an filii nati ante ſententiam, aut tantùm concepti, ſint habendi pro legitimis? Quod affirmat Pontifex in *d. cap. 2.* & quòd in bona paterna jure ſuccedant, deque parentum facultatibus nutriantur. Quod in favorem prolis videtur conſtitutum *cap. ex tenore 14. h. n. t.* † Videntur etiam in dubio nati ex conjuge quæ alteri interim ſe miſcuit *arg. cap. Eſtote 2. J. d. R. J. Henric. Zoeſ. ad h. n. t. n. 2.* Quomodo autem probari poſſit, aliquem eſſe filium legitimum conſtat ex *cap. per tuas literas 12. h. n. t.* † Filii verò illegitimi ſunt, quos viro vivente uxor ex adulterio concepit, ſive cum adultero ſive cum viro moretur *cap. cauſam 4. eod. Tit.* ſic etiam nati ex matrimonio, quod contractum eſt contra publicæ honeſtatis juſtitiam, illegitimi ſunt, & propterea ab hereditate parentum excluduntur, *cap. referente 10. eod. tit.* Ex numero illegitimorum liberorum etiam ſunt naturales, qui nati ſunt ex concubina. † Hi legitimati per ſubſequens parentum conjugium, legitimi habentur *cap. tanta eſt 6. h. t.* quod *capit.* appellat clavem

1 (line 1), 2 (line 4), 3 (line 8), 4 (line 16), 5 (line 18), 6 (line 24)

totius

Digitized by Google

totius tituli *Sebaſtianus Brant. in expoſitione titulorum Decretalium.* Ratio autem hujus textus à *Dd.* hæc ſolet afferri, quòd matrimonium ſubſequens purget præcedentis concubitûs vitium *Gloſſ. in d. cap. 6. voce: Legitimi* quæ *l. 2. C. de his, quæ vi metuve cauſa geſta ſunt, & l. ſi turpem pen. d. condit. ob turpem cauſam* affert. † Quia
7 verò vis legitimandi in allegato capitulo adſcribitur matrimonio, quod ad ſuam eſſentiam non requirit inſtrumenta dotalia, ideò ſine iis poteſt fieri legitimatio *Abbas ad d. cap. Tutela eſt 6. n. 2.* nam in legitimatione per ſubſequens matrimonium dotalia requiruntur inſtrumenta ad probationem matrimonii, ſi de illo dubitetur. Unde etiam vocantur dotalia inſtrumenta atque documenta, *Novell. 74. in pr. §. 1. & cap. 2. Novell. 89. cap. 8.* quia nulla dos eſt ſine matrimonio *l. 3. de jure dot. vid. Donell. lib. 2. comm. c. 21. Franc. Sarmientus lib. 1. ſelectar. interpretat. c. 5. n. 8. Hotom. ad §. ult. J. de nupt. & Facbin. lib. 3. controverſ. cap. 51.* Quibus conſequens eſt ad legitimationem non requiri adſenſum liberorum, & matrimonium intermedium non impedire legitimationem *Abbas d. l. n. 4.* qui allegat *Joan. Andrea ad cap. fine culpâ 23. de R. J. in 6.* †
8 Qui autem per ſubſequens matrimonium legitimati ſunt, per omnia & in omnibus jure cum legitimè natis utuntur *Nov. 89. cap. 8.* adeò ut etiam ſecundum Dd. comm. ſint verè non autem fictè legitimi *à Gail. lib. 2. pract. obſ. 141. n. 1. cum ſeqq. & Valent. Förſter.*
9 *lib. 6. de ſucceſſion. ab inteſtat. c. 29. n. 1. & 2.* † Hinc quæritur num legitimatus per ſubſequens matrimonium conſequatur jus primogenituræ? Item an ordines & honores etiam conſequatur? & denique, an ſuccedat in feudis? De primâ quæſtione videatur *Didac. Covarruv. part. 2. c. 8. §. 2. n. 36.* qui legitimatum præfert legitimo filio, quem ſequitur *Henricus Caniſius in explicatione d. cap. Tanta 6. pag. 354.* De alterâ *Gloſſa ad d. cap. voce: legitimi.* Et de tertiâ quæſtione videatur *Exercit. Juſtin. 9. q. 6. in Neg.* ubi latè examinavimus iſtam quæſtionem.

Notabilia.

1. Plus eſt quod in veritate agitur, quàm quod ſimulatè concipitur *cap. per tuas 12. verſ. nos autem.*

2. Quod

2. Quod in majori conceditur, licitum eſſe videtur & in minori *cap. per venerabilem 13. verſ. Quia cùm major in ſpiritualibꝰ &c.*

3. Quando aliquis ad apicem Epiſcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patriâ poteſtate *d. cap. 13. verſ. Perſimile quoque.*

4. Monſtroſum videtur, ut qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones, circa ſeculares actus illegitimus remaneret *d. cap. 13. verſ. videretur &c.*

5. Papa alieno juri non vult præjudicare *d. cap. 13. verſ. rationibus &c.*

Error.

Papa eſt vicarius Chriſti. *d. c. 13. verſ. ejus vicarius.*

Qui matrimonium accuſare poſſunt vel contra illud teſtificari.

Titulus XVIII.

Summaria.

Cont. & arg. tit. 1.

Repelluntur ab accuſatione matrimonii, qui bannorum tempore tacuerunt. 2. *& per literas accuſant.* 3. *& propter quæſtum.* 4.

Qui teſtes idonei? 5.

Alii ſunt modi nuptias conſtituendi, alii impediendi, & alii eadem rurſus diſſolvendi. De conſtituendi & impediendi modis egit hactenùs compilator Decretalium, ſequuntur nunc modi, quibus nuptiæ rurſus diſſolvuntur. Ubi occurrunt præparatoria diſſolvendi matrimonii, de quibus agitur in *h. titulo*, cujus duæ ſunt partes, una de accuſatoribus, qui matrimonium nullum eſſe arguunt, aut non legitimum: altera pars eſt de Teſtibus, qui contra matrimonium producuntur. † Oportet autem tàm accuſatores, quàm teſtes eſſe idoneos atque legitimos *cap. 1. h. n. t.* Legitimi non ſunt, & ideò repelluntur ab accuſatione matrimonii, qui denunciationis tempore tacuerunt. Conſtat ex *cap. cum inhibitio 3. de clandeſtinâ deſponſatione*, & *cap cum in tua 37. de ſponſalibus & matrimonii* ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem

1 (margin, beside first line of paragraph); 2 (margin, beside "trimonium producuntur")

eſſe, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſiis per presbyteros publicè proponantur, competenti termino præfinito, ut intra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Qui igitur tacuerunt tempore denunciationis in Eccleſiâ publicè factæ ſeu quando banna, ſecundùm conſuetudinem in Eccleſiis edita ſunt, repelluntur ab accuſatione matrimonii, *cap. ult. & ibi gloſſ. h. n. t.* Ratio eſt, quia notitiam quis habere præſumitur de his, quæ palam fiunt in civitate. Unde tanquam ſuſpectus de calumniâ ab accuſatione eſt repellendus *d. cap. ult. verſ. alioquin cùm rationabiliter &c.* Si tamen denunciationem probabiliter ignoraverit vel juret, ſe de novo impedimentum matrimonii didiciſſe, & quod non objicit illud malitiosè, huic claudi non de-
3 bet aditus accuſandi *d. cap. ult. in fin.* † Non etiam ſunt idonei accuſatores, qui non voce propriâ, ſed per literas accuſant, *cap. à nobis 2. h. t. can. per ſcriptum 5. cauſa 2. q. 8. & can. teſtes. 15. cauſa 3. q. 9.* Ratio deſumi poteſt ex *l. de minore 10. §. plurimum 5. de quæſtionibus*, cujus hæc ſunt verba: *Plurimum quoque in excutiendâ veritate etiam vox ipſa & cognationis ſubtilis diligentia affert. Nam & ex ſermone, & ex eo, quâ quis conſtantiâ, quâ trepidatione quid diceret, vel cujus exiſtimationis quiſque in civitate ſua eſt, quadam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt.* †
4 Prætereà repellitur, qui accuſat matrimonium propter quæſtum, *cap. ſignificante 5. h. n. t. & can. prohibentur 14. cauſa 2. q. 1.* Qui enim propter quæſtum accuſant, ſunt falſi accuſatores, & ideò non debent admitti *l. qui accuſare 8. circa fin. d. accuſat. & inſcription.*
5 † Denique ſuper conſanguinitate & affinitate conſanguinei & parentes in causâ matrimonii conjungendi vel diſſolvendi teſtificari poſſunt. *cap. videtur nobis 3. h. n. t. & can. videtur 2. cauſa 35. q. 6.* ubi etiam ratio affertur.

NOTABILIA.

1. Unusquisque ſuam genealogiam cum teſtibus & chartis, tùm etiam ex recitatione majorum ſcire laborat. *cap. videtur 3. verſ. Ideò enim.*

2. Conjugium eſt res favorabilis *d. cap. 3. in f.*

3. La-

3. Legitimus conſenſus in nuptiis in duodecimo anno ſpectatur. *cap. Inſuper 4.*

4. Non eſt malitiis hominum indulgendum *cap. ſignificante 5.*

De Divortiis.

Titulus XIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Divortium unde, & à repudio quî differat, & quid? 2.
Divortiorum apud Romanos forma. 3.
Hodiè quando fiant? 4. 5. 6.
Plura, remiſſivè. 7.

POſt præparatoria diſſolvendi matrimonii, de quibus in præce- 1
dentibus actum eſt, ſequitur in *hoc Titulo* ipſa diſſolutio matri-
monii, quæ dicitur divortium. † *Divortium à diverſitate* 2
mentium dictum, vel quia in diverſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium. *l. divortium 2. pr. d. divortiis & repudiis.* Differt à repudio, quòd ſponſæ convenit *l. inter ſtuprum 101. & l. inter 191. d. V. S.* Uſurpatur tamen aliquando repudium etiam pro divortio *d. l. inter 101. verſ. divortium.* ubi ponitur genus pro ſpecie. Repudiū enim eſt vox generalior divortiô, & interdū in ſpecie, interdum in genere accipitur. Uſurpatur quidem divortium pro repudio in *l. quod Servius 8. d. condict. cauſa datâ causâ non ſecut.* Verùm illud fit valdè impropriè & abuſivè. Divortium autem jure civili id tantùm dicitur, quô dirimitur vinculum conjugale *l. conſenſu 8. §. ſi qua 2. C. de repudiis & judicio de moribus ſublato.* Jure verò canonico etiam divortium appellatur, quando ſalvô manente conjugiô agitur tantùm ad ſeparationem thori & menſæ *Joan. Paul. Lancelott. lib. 2. Inſtit. jur. canon. tit. de divortiis 16. in princ. Cujac. hic ad cap. 1. & Menoch. lib. 2. de arbitrar. judic. cent. 3. caſ. 287. n. 21.* Hujus rei aliquot proponuntur in noſtro titulo

3 exempla, de quibus agit, qui poteſt videri, *Cujac, hic.* † Divortia autem olim apud Romanos intra privatos fiebant parietes. *Theodor. Bez. tr. de repud. & divort. pag. 245.* ideò certa divortii adhibebatur forma, quæ conſiſtit in teſtibus & certis verbis: Nullum enim divortium fiebat, niſi ſeptem civibus Romanis puberibus teſtibus adhibitis, *l. nullum 9. d. divort. & repudiis.* In renunciatione autem comprobata ſunt hæc verba: *Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito d. l. divortium 2. §. 1. Apulejus lib. 5. de aſino aureo. Plaut. in Amphitruone act. 3. ſcena 2. & in Trinummo act. 2. ſcena 1.* quæ verba profecta videntur ex LL. XII. Tab. in quibus ita ſcriptum erat: *Si vir ab uxore divortit, uxori res ſuas ſibi habere jubeto, eique claves adimito.* Quæ verba Germanicè ita reddi poſſunt, Nim das deine / und gehe deiner Wege / *Beuſt. part. 2. d. matrimon. c. 8.* In ſponſalibus verò diſcutiendis hæc verba erant uſitata: *Conditione tua non utor, d. l. 2. §. in ſponſalibus 2.* Quæ verba adhibebantur, ut conſtaret de animo repudiandi deliberato, quod verum ſit divortium, non jurgium *l. quod ſi 33. de jure dot.* vel fribuſculū, h. e. diſſentiuncula conjugū non diuturna *l. cum hic 32. §. quod ſi 12. de don. inter vir. & ux.* de quâ voce videatur *Math. Martinius in Lexico philologico.* In quibusdam autem libris legitur *friviculum*, quam lectionem etiam retinet *Petrus ab Areâ Baudoza in corpore Gloſſato.* †

4 Hodiè verò divortium non fit, niſi juſta cauſa adſit, nec conjugibus mutuo conſenſu ſeparatio permittitur, Et quamvis ſtatutum ſit in *Novell. ut lice. matri & aviæ 117. cap. Quia verò 10.* quòd non liceat mutuo conſenſu matrimonium dirimere, niſi fortè quidam caſtitatis concupiſcentiâ hoc fecerint, tamen hoc jus novum iterum ab Imperatore eſt ſublatum, & vetus approbatum. *Nov. ut conſenſu matrimonium ſolvi poſſit 140.* †

5 Per juſtam autem cauſam intelligimus adulterium, quô vinculum matrimonii planè diſſolvitur *Matth. cap. 5. & cap. 16. Luth. in lib.* von Eheſachen *part. 2. Theodor. Bez. d. divortiis pag. 157. Joachim. à Beuſt. de matrimoniis cap. 16. Conrad. Mauſer. ad §. fin. J. d. nupt. pag. mihi 390. Paul. Cypr. de jure connubior. part. 2. de matrimon. cap. 11. n. 1. Winoldus Molradus tr. de matrimonio ad §. ſi uxor I. de nupt. pag. 94. in fine,* quod fit demum poſt caſſationem & annihilatio-

tionem factam à judice, ut latè oſtendit *Erneſtus Cothm. vol. 1. reſponſor. 10. n. 213. & ſeqq.* † Juſta etiam cauſa videtur finiendi matrimonii malitioſa deſertio, propter *text. in 1. ad Corinth. 7. cap. verſ. 15. vid. Beuſt. d. loc. cap. 26. & Baſil. Monnerus de matrimon. part. 5. cap. 7. n. 1. & ſeqq.* An & ſævitia nimia & inſidiæ conjugis à conjuge ſtructæ huc pertineant, dubitari ſolet. Quod quidem ſtatuit *Monnerus d. part. 5. cap. 13. n. 3. & 4.* propter *Novell. Ut liceat matri & aviæ &c. 117. cap. quia verò 8. verſ. Si quolibet modo &c. & cap. cauſa 9. verſ. ſi quolibet modo*; Sed crebrius contra Jus civile obtinuit ſolùm adimi iſtis cauſis communicationem thori, non etiam ſolvi matrimonii vinculum, *Schneid. ad tit. Inſtit. de nupt. part. 9. n. 19. & Molmdus d. loc. pag. 116.* † Plura de hôc *Titulo* videantur apud *Abbat. Lancelottum ad d. tit. 16. M. Anton. Cucbum lib. 3. Inſt. jur. Canonic. tit. de divortiis 11. Cujac. & Henric. Caniſ. ad h. t.* 6 7

Notabile.

Non debet quis jure ſuo ſine culpâ privari *cap. quanto 7. verſ. Nec obſtat &c.*

De Donationibus inter virum & uxorem, & de dote poſt divortium reſtituendâ.

Titulus XX.

Summaria.

Continuatio. 1.
Quæ donationes inter conjuges firmitatem habeant? 2.
Quidſi donantis obitu ſint confirmatæ? 3. *vel revocatæ?* 4 5.
Dos quando poſſit & non poſſit repeti? 6. 7.

IN *Titulo præced.* actum eſt de divortiis: ſed quia divortio facto contenditur plerumque de donatione factâ conſtante matrimo- 1

nio, & dos repeti ſolet, ideò compilator Decretalium rectè ſubjecit hunc titulum, in quo agitur partim de donatione inter virum & uxoré, partim de dote. † De donatione hoc dicitur in *cap. ult. h. n. t.* quòd firmitatem non habeat, cùm alter ex iſtâ donatione efficitur locupletior, & alter pauperior; Quæ ratio eſt deſumta ex *l. hac ratio 3. l. ſi ſponſus 5. §. conceſſa 8. & l. ſed et ſi 25. de donat. inter vir. & uxor.* eòque reſpicit, ne mutuato amore conjuges invicem ſpoliarentur, donationibus non temperantes, ſed profuſâ ergà ſe facilitate *l. 1. d. t.* neve venalicia eſſent matrimonia, & concordia pretio conciliari videretur *l. nec eſſet 2. & l. ſeq. 3. pr. d. t.* Nihil tamen intereſt, directa & expreſſa ſit hæc donatio, an verò donationis cauſa aliud negotium fuerit celebratum; ſic venditio donationis cauſa inter virum & uxorem facta, nullius eſt momenti *d. l. ſi ſponſus 5. §. circa 5. l. ſi non 15. & l. creditor. 20. C. d. t. Paul. lib. 2. recept. ſent. tit. 23. ſententia, inter virum:* ut & ſocietas *l. cum hic ſtatus 32. §. ſi inter. 24. d. Donat. inter vir. & uxor.* promiſſio *d. l. ſi ſponſus 5. §. ſi debitor 3. cum §. ſeq.* & locatio *l. ſi vir 52. pr. d. t.* † Et hæc
3 eſt regula, à qua excipitur caſus ſi donatio hæc donatoris obitu ſit confirmata, tunc enim valet *d. cap. ult. d. l. cum hic ſtatus 32. §. ſi mulier 13. & l. ſi quis 39. d. donat. inter vir. & uxor.* Nihil autem intereſt, quomodo donator mortem obierit, naturâ an pœnâ *l. res uxoris 24. C. d. t.* & an donator priùs deceſſerit, an verò ſimul cum donatario *d. l. 32. §. ſi ambo 14. & l. ſi inter 8. d. reb. dub.* modò mors non contingat ei, cui donatum eſt, quia tunc nullius momenti eſt donatio *d. cap. ult. ibi: vel qui donatum accepit, prius debitum naturæ perſolvat d. l. cum hic ſtatus 32. §. ſi ambo 14. l. etiam 6. l. à marito 18. & d. l. creditor. 20. C. de donat. inter vir. & uxor. & Paul. lib. 2. ſent. d. tit. ſententia, ſi inter.* † Si autem fuerit dona-
4 tio revocata à donatore tacitè vel expreſsè, penitus evaneſcit *d. cap. ult.* Revocatur autem pœnitentiâ *d. l. cum hic ſtatus 32. §. ait oratio 2.* ubi pœnitentiam accipere debemus ſupremam, proinde ſi uxori donavit maritus, deinde eum pœnituit, mox deſiit pœnitere, donatio valet. Eſt enim ambulatoria voluntas donatoris usque ad vitæ ſupremum exitum *d. l. 32. § pœnitentiam 3. l. quod ſi 4. d. adim. vel transfer. leg.* Pœnitentiæ autem & mutatæ voluntatis argumentum eſt

eſt quævis alienatio *d. l. 32. §. ſi maritus 5. & l. ſi maritus 12. C. de donat. inter vir. & uxor.* & divortium, quod interceſſit poſt donationem *l. & ideo 62. §. 1. d. t. l. uxori 3. de aur. & arg. legat. & d. l. à marito 18. C. d. Donat. inter vir & uxor.* Vid. *Gloſſ. ad d. cap. ult. in verbis: tacitè vel expreſsè.* † Si tamen in obſcuro ſit, utrum donator voluit revocare donationem proclivior debet eſſe judex ad comprobandam donationem *d. l. 32. §. ſed ubi 4.* quæ à pœnitentia, non præſumitur, ſed probari debet *l. fideicommiſſa 11. §. ſi rem 12. d. legat. & fideicomm. 3.* † De dote verò ſcribitur in *h. t.* quòd debeat reſtitui, quando licitè ſeparatum eſt matrimonium *cap. ſignificavit 2. & d. cap. ult. h. n. t. l. ſoluto 2. pr. ſol. matrim.* Conſtante enim matrimonio dos non poteſt repeti, quia ideò data eſt, ut perpetuò ſit apud maritum pro oneribus matrimonii *l. 1. de jure dot.* Locus tamen eſt repetitioni, ſi bona mariti confiſcentur *l. ob maritum 2. C. ne uxor pro mar. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 86.* vel marit9 ad inopiã vergat *l. ubi 29. C. de jure dot. l. ſi conſtante 24. in pr. ſol. matrimon. Gail. d. lib. 2. obſ. 83. n. 1. & 2.* Vir autem agens pro dote non omnino excluditur ex eo, quòd vergat ad inopiam, nec præcisè cogitur ſatisdare ultrà facultatem propriam, ſed dos ſibi adſignatur ſub cautione, quam præſtare poterit; Et ſi per cautionem iſtam non eſſet ſufficienter proviſum conſumtioni dotis, deponi debet dos apud mercatorem, ut de honeſto lucro vir ſuſtineat onera matrimonii. *c. 7. h. t.* † Interdum tamen dos ſoluto matrimonio à marito repeti non poteſt 1. ſi ita convenerit *l. ſi pater 12. pr. d. pact. dotal.* niſi tamen vir uxorem ſuam occiderit. Tunc enim non æquum eſt, virum ob facinus ſuum dotem lucrifacere *l. ſi ab hoſtibus 10. §. 1. ſol. matrimon.* 2. ſi ſine dolo & culpâ viri res dotalis evicta eſt *l. mævia 49 §. 1. ſol. matrim.* 3. ſi culpa uxoris diſtractum fuit matrimonium, ubi per culpam intelligimus adulterium uxoris cui lenocinium mariti cauſam non præbuit *cap. plerumque 4. h. n. t. l. Lucius Titius 38. cum l. ſeq. l. cum mulier 47. ſolut. matrim. l. miles 11. §. ſocer 3. ad L. Jul. de adult. l. conſenſu 8. §. hæc niſi 4. C. de repud. & judicio de morib. ſubl.*

NOTA-

Notabilia.

1. Non debet ad commodum cedi, quod in pœnam potius retorquendum eſt *cap. Etſi neceſſe ſit. 5.*

2. Eccleſia dotes protegere tenetur viduarum *cap. nuper 6.*

3. Regulariter nullus plus juris transferre poteſt, quàm eum conſtet habere *d. cap. nuper. 6. verſ. nos autem &c.*

4. Eccleſia in cauſis viduarum ſe favorabilem debet exhibere *d. cap. nuper 6. verſ. quod autem &c.*

5. Contra juſtitiam non eſt viduis favor Eccleſiaſticus concedendus *d. cap. nuper 6. d. verſ.*

6. Cui creditum eſt corpus uxoris, ei quoque ſatis poteſt modicum credi dotis *cap. per veſtras 7. verſ. cùm ergò &c.*

De Secundis Nuptiis. Titulus XXI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Nuptiæ ſecundæ an licitæ? 2.
Quænam illæ? 3.
Non debent benedici. 4.
Dubitans de morte conjugis contrahere non debet. 5.
Mulier intrà annum luctûs nubens infamis non fit. 6.
Plura, remiſſivè. 7.

1 Diximus ſupra *in princip. hujus lib. 4. Decretal.* nuptias eſſe vel primas vel ſecundas. De primis nuptiis hactenûs egit compilator Decretalium, ſequuntur nunc nuptiæ ſecundæ in *h. t.* Aliam
2 continuationem affert *Gloſſ. & Abbas ad h. rubr.* † Sunt autem nuptiæ ſecundæ licitæ, quia dicuntur permiſſæ in utroque teſtamento *can. Deus maſculum 12. cauſa 31. q. 1.* Unde *Hieronymus in Epiſtola 11. ad Ageruchiam viduam de Monogamiâ* inquit: *quid igitur? damnamus ſecunda matrimonia? minimè, ſed prima laudamus.*

Digitized by Google

mus. Abjicimus de Eccleſiâ bigamos? Abſit; ſed monogamos ad continentiam provocamus. Hactenùs Hieronymus. Secundæ quidem nuptiæ dicuntur fornicatio honeſta, in *can. hac ratione 9. d. cauſa & q.* Verùm hic canon videtur eſſe ſuppoſititius, quia *Joh. Chryſoſtomus*, cui adſcribitur in *Epiſtola ad viduam juniorem de non iterando conjugio*, negat ſecundum matrimonium eſſe fornicationem. † Et dicuntur nuptiæ ſecundæ omnes ulteriores poſt 3
primas. Unde non ſolùm bigamus & trigamus, verùm etiam octoganius quis effici poteſt *can. aperiant 11. d. cauſa & q. 1.* Et ſcribit *Hieronymus in d. Epiſt. 11.* ſe tempore Damaſi Romanæ urbis Epiſcopi vidiſſe duo inter ſe paria viliſſimorum è plebe hominum comparata, unum qui viginti ſepeliſſet uxores: alteram quæ viceſimũ ſecundum habuiſſet maritũ, extremo ſibi, ut ipſi putabãt, matrimonio copulatos. Summa omnium expectatio, virorum pariter ac fœminarum poſt tantas rudes quis quem prius efferret. Vicit maritus, & totius urbis populo confluente, coronatus & palmam tenens, ad eamque per ſingulos ſibi acclamantes uxoris multinubæ feretrum præcedebat. † Tria autem afferuntur in noſtro 4
Titulo de ſecundis nuptiis, quorum 1, eſt, ſecundas nuptias non benedici, & benedicentem puniendum eſſe *cap. 1. & cap. vir autem 3. h. t.* Rationem reddit *Joan. Baptiſta Vivianus in rat. juris Pontificii ad d. c. 1.* † Alterum eſt, quòd dubitans de morte con- 5
jugis, niſi priùs certificetur, contrahere non debeat, & ſi contraxerit reddere & non exigere debitum, & poſtmodum ſi ſciat primam vivere, dimittere ſecundam & redire ad primam jubetur *cap. Dominus 2. ibique gloſſ. & Canon. h. t.* † Ultimum eſt, quòd mu- 6
lier nubens intra annum lugubrem, infamiam non incurrat, *cap. pen. & ult. d. t.* ubi etiam ratio affertur. † Plura de *hoc Ti-* 7
tulo videantur apud *Gloſſ. Abbat. Cujac. Joan. Baptiſtam Vivian. in ration. jur. Pontif. Henric. Caniſ. & reliquos Dd.* qui *titulum de ſecundis nuptiis in Cod.* explicârunt.

NOTABILE.

In nuptiis ſeculares leges non dedignantur ſacros canones imitari *cap. ult.*

Error.

Secundæ nuptiæ non debent benedici *cap. 1. &c. vir autem 3.*

Finis Libri IV. Decretalium.

DECRETALIUM EPISTOLARUM GREGORII PAPÆ IX.

LIBER V.

De Accuſationibus, inquiſitionibus & denunciationibus.

Titulus I.

Summaria.

Continuatio. 1.

Quot modis res in judicium deducatur, & quid accuſatio? 2. 3.

Judex competens quis? 4.

Accuſator qui legitimus. 5.

Arceantur fœminæ. 6. pupilli. 7. (an etiam minores? 8.) milites & magiſtratus majores. 9. 10. infames. 11. & alii propter turpem quæſtum. 12. reverentiam & pietatem. 13. calumniam commiſſam. 14. paupertatem. 15. inimicitiam. 16. 17. & juramentum. 18.

Ex-

Digitized by Google

Except. 19.

Qui accuſari poſſint? 20. *& ſuper quibus delictis?* 21. *& quâ formâ?* 22. *ubi de inſcriptionis libello.*

Inquiſitio quid? 23. *Eſt vel generalis, vel ſpecialis.* 24. *Hæc contra indiffamatum non habet locum.* 25.

Denunciatio eſt vel judicialis, vel Canonica, vel Evangelica. 26. 27. 28. *Per hanc qui denunciare poſſint?* 29. 30. 31. *& quos?* 32. *debet eam admonitio præcedere.* 33. *& de eâ cognoſci de plano.* 34. *Ejus effectus.* 35.

RES quæ ſolent deduci in judicium aliæ ſunt civiles, & aliæ cri- 1
minales. De civilibus rebus actum fuit partim in *libro 3.* & partim in *libro 4. Decretalium:* Sequuntur nunc res criminales, quæ explicantur in *h. lib. 5. Decretalium.* † Deducuntur au- 2
tem iſtæ res triplici modo in judicium; per accuſationem, per inquiſitionem & per denunciationem, ut apparet ex *rubric. cap. ſuper his 16. & cap. qualiter 24. h. n. t.* † Accuſationem autem 3
definit *Fr. Duar. ad t. ff. de accuſ. & inſcript. c. 1. & 1. diſp. ann. 38.* quòd ſit maleficii alicujus apud judicem delatio ad vindictam publicam ſolenniter facta. Ubi conſideranda eſt 1. Perſona, quæ eſt vel judicis vel accuſatoris, vel accuſati. † Perſona judi- 4
cis debet eſſe competens. Accuſatio enim coram incompetenti judice inſtituta, eſt nulla, *t. t. C. ſi non à competenti judice judicatum eſſe dicatur.* Is autem dicitur judex competens, in cujus territorio delictum fuit commiſſum, *l. ſi cui 7. §. idem Imperator 4. de accuſat. & inſcriptionib.* aut ubi delinquentes reperiuntur *l. 1. C. ubi de criminib. agi oporteat.* † Accuſator verò debet eſſe le- 5
gitimus. Si enim legitimus non fuerit, non debet fatigari accuſatus *cap. 1. h. n. t.* Qui verò ſint legitimi accuſatores, intelligemus, ſi ſcierimus, qui non ſint, *l. qui accuſare 8. d. accuſat. & inſcription.*

Sunt autem multi nôn legitimi accuſatores, ſeu qui accuſare pro-
hibentur, ut conſtat ex *d. l. qui accuſare 8. & legibus tribus ſeqq.* ex
quibus deſumtus eſt *can. probibentur 14. cauſa 2. q. 1.* † Primò
6 autem propter ſexum ab accuſatione arcentur mulieres *l. 1. & l. 2.
h. n. t. d. l. qui accuſare 8. & d. can. probibentur.* Ratio eſt imbe-
cillitas ſexus & temeritas *l. 1. §. ſecundo loco 5. verſ. ſexum, de poſtu-
lando.* Unde & Procuratores eſſe nequeunt, *l. quia 4. C. de Procu-
ratorib.* quia illud officium eſt civile & virile *l. alienam 18. C. eod.*
7 *tit.* à quo fœminæ ſunt remotæ *l. fœmina 2. d. R. J.* † Dein-
de propter ætatem prohibentur accuſare pupilli, repellit enim eos
ab accuſando imbecillitas conſilii, *Farinac. tractat. criminal. 2. q.*
8 *12. n. 15.* † De minore 25. annis dubitant Dd., Majorem 20.
annis ab accuſatione non repelli, minorem verò, non niſi in exce-
ptis criminibus, ut eſt crimen majeſtatis, hæreſeos, ſimoniæ, frau-
datæ annonæ, admitti cum curatoris autoritate, putat *Farinac. d. n.
15.* eamque opinionem communiter receptam teſtatur *Tib. Decia-
nus 3. tract. criminal. 12.* cùm aliquot opiniones à *n. 11. uſque ad n.
18.* recitâſſet, tandem ſtatuit, omnem minorem ab anno ætatis ſta-
tim 14. ſi ſuam ſuorumque injuriam perſequatur, accuſare poſſe,
interveniente tutoris autoritate, atque ita omnes tenere ait: Di-
verſum eſſe, ſi ſuam injuriam non ulciſcatur. Alii verò exiſtimant
rectiùs, majorem 17. annis accuſare non prohiberi. 1. Quia ſo-
lus pupillus in *d. l. certis ex cauſis 2. §. pupillis 1. & d. l. qui accuſa-
re 8. d. accuſat. & inſcript.* excipitur. Et in *l. qui cum major 14. §. 1.
d. Bonis libertor.* minor licitè libertum accuſat. Et in *l. ſi maritus
15. §. L. Julia 6. ad l. Jul. d. adult.* minor. 25. annis ſpecialiter veta-
tur adulterii accuſationem inſtituere, niſi ſui violati thori agat.
In reliquis igitur criminibus admittetur. Denique quia Paulus ait
in *l. popularis 4. de popularib. actionib.* popularem actionem inte-
græ perſonæ permitti, h. e. cui per edictum poſtulare licet. At
majori 17. annis per edictum poſtulare eſt permiſſum, *l. 1. §. initi-
um 3. d. poſtulando.* ubi ipſe JCtus ait, prætorem ratum fuiſſe, mode-
ratam hanc eſſe ætatem procedendi in publicum, ſeu tractare ea,
9 quæ ad populum ſpectant. † Tertiò prohibentur accuſare pro-
pter ſacramentum milites, qui ſtipendia merent *d. l. qui accuſare*

8. d.

8. d. accuſat. & inſcriptionib. Ratio eſt, quia jurant ſe ab ordini-
bus & ſignis ſuis non receſſuros *l. milites 15. C. de re militar.* †
His annumerantur quartò in *d. l. 8.* magiſtratus majores. Ideò e- 10
nim in *h. l.* Macer addit illa verba: *poteſtatemve in qua agentes &c.*
ut innuat ſe intelligere eum magiſtratum, qui eſt cum poteſtate,
ſive imperio, probaturque expreſsè per *l. pars literarum 48. de ju-
dic. & ubi quiſque ager. vel conveniri deb.* Magiſtratus igitur mino-
res, ut ſunt municipales & judices ordinarii, non prohibentur ac-
cuſare *l. quemadmodum 29. §. magiſtratus 7. ad L. Aquil. & l. de or-
dinario 4. C. d. officio præfecti prætoriorum orientis & Illyrici.* †
5. Qui infamiâ ob proprium delictum ſunt notati *d. l. 8. d. can. Pro-* 11
hibentur 14. cauſa 2. q. 1. & can. definimus 1. cauſa 4. q. 1. Ratio eſt,
quia cùm ſemel famam amiſerint, non eſt veriſimile, eos magni fa-
cturos pœnam calumniæ, ad quam ſe per ſubſcriptionem in crimen
obligant. † 6. Prohibentur alii accuſare propter turpem 12
quæſtum, cujusmodi ſunt, qui duo judicia adverſus duos reos ſub-
ſcripta habent, nummosvè ob accuſandum vel non accuſandum
acceperint *d. l. 8. & d. can. prohibentur 14.* † 7. Prohiben- 13
tur alii accuſare eas perſonas, quibus reverentia eſt præſtanda *l. ge-
neraliter 13. d. In jus vocand.* quasque pietatis ratio nobis conjun-
git. Sic libertinus prohibetur accuſare patronum, *d. l. 8. in fin.* fi-
lius parentes, *Novell. ut cum de appellatione cognoſcitur &c. 115. cap.
aliud quoque 3. §. ſi eos 3.* & parens liberos *l. propter inſidias 14. C.
de his, qui accuſare non poſſunt.* Ratio conſiſtit in naturali paren-
tum erga liberos affectione, horumque erga illos debitâ reveren-
tiâ & pietate. Nec frater fratrem accuſare poteſt, *l. ſi magnum 13.
C. d. t.* nec vaſallus ſeniorem, *cap. ſciendum eſt, ver. ſimiliter 3. d.
conſuetudine recti feudi 2. Feud. 33.* id quod etiam ad novercam,
ſocerum, generum, & ſimiles perſonas *Dd. ad l. venia 2. C. d. in
jus vocand.* extendunt. † 8. Prohibentur quidam accuſare 14
propter calumniam commiſſam, *l. is qui 4. & l. alii 9. d. accuſat.
& inſcript.* Ratio eſt, quia qui ſemel ſuam fidem præſtituit, præſer-
tim perjurio accedente, de eo nihil boni eſt preſumendum. Hu-
jus generis ſunt illi, qui ſubornati falſum teſtimonium dixerunt
d. l. alii 9. † 9. Prohibentur alii accuſare propter pauperta- 15

 tem,

tem, in quo numero eſt, qui minus 50. aureis in bonis habet, *l. nonnulli 10. d. tit.* Hic autem ideò repellitur ab accuſatione, quia pauper facilè corrumpitur. Et paupertas nimia omnibus ſuſpecta fuit. Nam & *Ariſtoteles 2. Polit. 7.* Rempublicam, in qua pauperes magiſtratus gerunt, improbat, & apud Romanos ne quidem pedanei officio quis fungi poterat, niſi qui ex cen-
16 ſu lectus eſſet *Gell. lib. 14. Noct. Attic. cap. 2.* † 10. Repellitur ab accuſatione laicus vel inimicus, qui accuſare vult Clericos *cap. 10. h. t. n.* quia laici & inimici præſumuntur ex odio & calumnioſè clericos accuſare, cum eis oppidò ſint infeſti *can. laicos*
17 *5. & can. laici 14. cauſa 2. q. 7.* † 11. Repelluntur ab accuſatione cohabitantes inimicis, quià infeſtationes, blaſphemiæ, affectio ſolet amicitiæ incitare, *cap. repellantur 7. h. n. t.* Quorum verborum ſenſus eſt, inimici, & inimicorum amici conſueverunt inimicos infamare & blaſphemare, *Gloſſ. in d. cap. 7. in verbis: quia in-*
18 *feſtationes.* † 12. Ad accuſandum non admittitur, qui juravit ſe non accuſaturum *cap. veniens 15. circa fin. h. t. n.* Ratio eſt, quia non tutum quemlibet contrà juramentum ſuum venire, niſi tale ſit, quod ſervatum vergat in interitum ſalutis æternæ *cap. ſi ve-*
19 *rò 8. d. jurejurando.* † Et hæ ſunt perſonæ quæ accuſare non poſſunt, quæ tamen admittuntur ſi ſuam ſuorumque injuriam exe-
20 quuntur, *l. hi tamen 11. de public. judic.* † Præterea accuſatorum perſonæ ſunt regulariter omnes delinquentes, quia intereſt reipubl. delicta nota eſſe debere, ut puniri poſſint, *l. ita vulneratus 51. circa fin. ad l. aquiliam & l. Stichum. 95. §. 1. de ſolut. & liberat.* Diximus, *regulariter*, quia quædam perſonæ quæ accuſari prohibentur, excipiuntur, de quibus agitur in *l. hoc accuſare 12. de accuſat. & inſcript. apud Petr. Gregor. Tholoſan. in partitionib. jur. canon. lib. 5. tit. 9. cap. 5. Henric. Caniſium in ſumm. jur. canon. lib. 4. tit. 19. Matthaum Weſenbec. ad Tit. Pand. d. accuſat. n. 10. Petrum*
21 *Theodoricum in ſuo collegio criminali diſſ. 4. th. 5.* † Per delictá autem intelligimus 1. quæ animadverſionem, vindictamque publicam merentur, de quibus videatur *Duaren. ad d. Tit. de accuſat. & inſcript. cap. 2.* De his autem criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poteſt accuſatio replicari *cap. de his 6. h. n. t.*

niſi

niſi ex colluſione accuſatoris primi, ſecundus doceat perperam abſolutum *P. Gregor. Tholoſ. de tit. 9. c. 2. tit. C. 2.* quæ non ſunt notoria, quæ enim notoria ſunt, non indigent accuſatione *cap. evidentia 9. h. n. t.* ubi ſcribitur, quòd evidentia patrati ſceleris non indigeat clamore accuſatoris. Ratio eſt, quia accuſator requiritur, ut crimen manifeſtetur, & in judicio publicetur per probationem *can. quiſquis 3. cauſa 2. q. 8* Sed hunc finem habemus per evidentiam facti. Fruſtrà igitur requiritur accuſator. Judicis igitur hoc caſu nullæ ſunt partes, niſi in ſententionando, *l. qui ſententiam 16. C. de pœn.* † Conſideranda etiam eſt forma accuſationis, 22 quæ conſiſtit in inſcriptione, quam indicant ultima verba in definitione accuſationis: *ſolenniter facta.* Nam abſque libello inſcriptionis regulariter nemo admittitur ad accuſandum *l. libellorum 3. d. accuſ. & inſcript. c. licet 14. & c. ſuper his. 16. h. t. aliiſque ſimilib. text.* Ideò autem inducta eſt inſcriptio, ut temeritati calumniantis, frenum injiceretur, ne quis temerè ſanguinē & vitam alterius peteret, cùm per inſcriptionē ſe pœnæ calumniæ tacitâ ſponſione accuſator devinciat, ut eandem pœnam, quæ reo convicto ſubeunda fuiſſet, ipſe ſubeat *l. ult. C. d. accuſ. & inſcr.* Diximus autem *regulariter*, quia ab inſcriptionis neceſſitate excuſantur 1. maritus, qui jure mariti uxorem ſuam adulterii accuſat *l. quamvis 30. C. ad l. Jul. d. adult.* Ratio eſt, quia maritum excuſat juſtus dolor, quō inconſulto ductus ad accuſationem proſiluerat. 2. Mulier in caſu, quô ſuam ſuorumque injuriam perſequitur *l. 2. d. calumn. l. 12. C. de his, qui acc. non poſſ.* 3. Tutores, quia hoc officium excuſat, utpotè cum ſuo periculo res pupillorum vel minorum adminiſtrent *l. 2. C. d. t.* Denique quilibet extraneus, qui juſſu teſtatoris veneficii accuſationem exequitur *l. 2. verſ. ſed extraneus C. de calumn.* ubi illa ratio adfertur, quòd inter voluntariam accuſationem & officii neceſſitatem heredis multum interſit. Et tantum de accuſatione; † Sequitur inquiſitio, ad quam ideo deveniendum erit, ne accuſatore 23 non extante, delicta maneant impunita, contra *l. ita vulneratus 51. circa fin. ad l. Aquil.* Hæc fit, cùm judex non ad inſtantiam partis, quod fieri ſolet in accuſatione, ſed ex officio procedit. Unde etiam definiri ſolet legitima judicis, ex officio procedentis ſuper delicto infor-

informatio. Ubi per delictum non leve intelligimus, ſed magnum, quod inquiſitione dignum eſt *l. levia 6. d. accuſat. & inſcription. & cap. Inquiſitionis 21. h. n. t.* veluti majeſtatis, homicidii, ſodomiæ, adulterii &c. *Jodoc. Dambouder. in praxi rerum criminal. c. 8. n.*
24 *6. & 7.* † Eſt autem alia inquiſitio generalis, & alia ſpecialis. Ibi inquirit judex generaliter, an delictum ſit reverà commiſſum, & à quo ſit commiſſum. *Jul. Clar. lib. 5. ſententiar. §. fin. q. 5. n. 6.* ubi ſcribit, judicem ſtatim ex officio inquirere debere generaliter, interrogando teſtes, quos putat de negotio informatos, in genere an ſciant, quis delictum commiſerit, neminem nominando. Hic verò inquirit judex in delicti modum, & perſonam certam. †
25 Antequàm autem judex ad hanc ſpecialem perveniat inquiſitionem, animadvertere debet, utrùm adverſus perſonam contra quam inquirit, fama publica ſit, & ſuſpicionibus gravata. Contra enim indiffamatam inquiſitio locum non habet *cap. cum oporteat 19. & d. cap. Inquiſitionis 21. verſ. Tertiæ dubitationis articulus h. n. t.* Fama autem iſta debet ortum habere, non à malevolis, criminoſis, inimicis, aut ſuſpectis, ſed ab honeſtis & fide dignis *d. cap. cum oporteat 19. Dambouderius d. cap. 8. n. 10.* de reliquis ad inquiſitionem pertinentibus videatur *Dn. Petrus Theodoricus in colleg. ſuo*
26 *criminal. diſp. 4. th. 8. & 9.* † Denique denunciatio teſte *Speculatore ad rub. de denunciatione cap. quid ſit denunciatio in princ.* nihil eſt aliud, quam alicujus criminis ad præſentiam dilatio. Et dividitur à canoniſtis in judicialem canonicam & Evangelicam. Denunciatio judicialis fit in judicio per miniſtrum publicum, qui ad hos conſtitutus eſt, ut delicta denunciet magiſtratui, atque eorum autores prodat, in quos deinde fit inquiſitio *l. ea quidem 7. & l. ſinguli 14. C. d. accuſat. & inquiſit.* Unde etiam dici ſolet, denunciationem aperire viam judici ad inquirendum *Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. q. 7. n. 1* Ideò autem introducta eſt à jure civili hæc denunciatio, quia publicè intereſt, ut delicta ad magiſtratûs notitiam perveniant, ne impunita maneant, *l. ita vulneratus 51. verſ. quod ſi quis ad l. aquil. & l. Stichum 95. §. quod ſi 1. d. ſol. & liberat.* Plu-
27 ra de hâc denunciatione habet *Clar. d. q. 7. n. 11. & ſeqq.* † Deinde canonica denunciatio, quæ à jure canonico eſt introducta, fit

fit contra prælatos Eccleſiarum & monaſteriorum, quos ſubditi cle-
rici vel monachi delinquentes, ſi monitioni non acquievetint, de-
ferre poſſunt ad ſuperiorem ſuum, cùm eorum interſit habere bo-
num prælatum *cap. ſi quis 2. cap. Illa præpoſitorum 3. & cap. cùm di-
lectus 20. b. n. t. cap. 1. de officio cuſtodis, aliisque ſimilibus textibus.
Maranta part. 6. tit. de Denunciatione n. 7. & Henricus Caniſius in
ſumm. jur. canon. lib. 4. b. n. t.* quæ denunciatio etiam locum habet
in matrimonio, ne illud contrahatur, cùm ſubeſt juſtum impedi-
mentum *cap. ad diſſolvendum 13. de Deſponſat. Impuberum.* † De- 28
nique Evangelica denunciatio, ideò dicta, quia Evangelium eam
introduxit, eſt dum quis crimen defert ad Eccleſiam, ab eâque pe-
tit ut peccatorem, quia ſpretis admonitionibus, quæ juxtà do-
ctrinam & regulam Evangelicam factæ ſunt, emendare ſe noluit, ad
pœnitentiam cogat *cap. novit ille 13. de judic. Br. in conſtit. Extra-
vaganti, voce: denunciationem n. 5. Quomodo in læſa majeſtatis cri-
mine procedatur.* Ubi agendum eſt primò de perſonis, tam quæ de-
nunciant, quam quæ denunciantur. † Denunciare regulari- 29
ter omnes poſſunt, etiam qui jurârunt ſe nolle denunciare, quia
tale juramentum eſt illicitum *cap. quemadmodum 25. §. ult. de jure-
jurand. Gloſſ ad cap ad noſtrum 21. in verbo: repetunt eod. tit. Anton.
d. Butrio ad d. cap. novit. ille 13. verſ. an quilibet & Felin. ad d. cap.
ad noſtram, verſ. juramentum de non denunciando &c.* Diximus au-
tem *regulariter,* quia à denunciatione repelluntur, qui in peccato
exiſtunt, quales ſunt concubinarii *d. cap. cum dilectus 20.* nam qui
non corrigunt crimina ſua, ſed in iis perſeverant, credendum eſt
eos non bono, ſed malo zelo denunciare *Gloſſ. in can. ſi peccavit 19.
& ibi Archidiacon. n. 7. & cauſa 2. q. 1. Abbas ad d. cap. novit ille
13. n. 40. & Specul. d. loc. n. 8.* Quibus addi poteſt *Felinus ad cap. 13.
verſ. utrū quilibet &c.* ubi ad eorum rationes reſpondet, qui & per-
ſeverantem in crimine, ad denunciationem admittendum eſſe exi-
ſtimant. † Ob eandem rationem ad denunciandum etiam 30
non admittuntur, qui in Excommunicatione perſeverant, *d. cap.
cùm dilectus 20. & can. definiamus 1. cauſa 4. q. 1.* Quibus annume-
rari debent Conſpiratores, & qui ſunt denunciati inimici mani-
feſti, & cum ejus hoſtibus converſantur, quia hi typo malitiæ poſſ-

us, quàm fraternæ charitatis zelo ducti denunciant *d. cap cum dile-*
31 *ctus 20. & cap. cum oporteat 19. h. n. t.* † Denique à denun-
ciatione repellitur, qui non præmonuit *d. cap. cum dilectus 20.* quia
correctio fraterna eſt præcepta *d. cap. novit. ille 13. verſ. ſed cum Do-*
32 *minus dicat.* †Poteſt autē quilibet denunciari peccator *d. cap. novit.*
ille voc. frater. Fratris enim appellatione intelligitur omnis Chri-
ſtianus *can ad menſam 24. cauſa 11. q. 3.* Nec excuſat quem dignitas, ut
conſtat ex *d. cap. novit ille 13. verſ. ſed forſan dicetur, & ibi Ant. de Bu-*
trio verſ. venio ad perſonam denunciatam. Et tantum de perſonis.
33 † Deinde non ſtatim deveniendum erit ad hanc denunciationem,
quia debet eam admonitio præcedere *cap. ſi quis 2. d. cap. dilectus*
20. cap. qualiter 24. verſ. contra quos h. n. t. can. indigne 21. cauſa
12. q. 2. & can. quidam monachi 17. cauſa 16. q. 1. Specul. d. loc. n. 3.
Nam cùm denunciatio hunc potiſſimum in finem fiat, ut is, cujus
crimen defertur, deinceps, ab eo crimine ſe contineat, æquum eſt,
ut priùs amicè, & blandis verbis, moxque etiam, ſi oportuerit, ama-
ris objurgationibus caſtigetur, ut ultro ſeipſum corrigere, & à vi-
tio velit continere, quæ ſi nihil prodeſſe conſtiterit, quo minus in
delicto pertinaciter perſeveret, tunc demum denunciandus erit
M. Anton. Cucbus lib. 4. Inſt. jur. canon. tit. 1. Admonitio autem
hæc atque correctio, quæ charitativa appellatur in *d. cap. qualiter.*
d. cap. ſi quis & cap. ſi licet 3. de ſimoniâ, & ne aliquid pro ſpiritua-
libus exigatur vel promittatur Speculator d. loc. n. 5. bis debet ante
denunciatiationem fieri. Et primò quidem corripiendus eſt in
ſecreto, qui clam & ſecretò in fratrem peccat. Ita enim ait *Chri-*
ſtus Matth. 18. v. 15. & ſeqq. Si peccaverit in te frater tuus, vade &
corripe eum inter te, & ipſum ſolum: Si te audierit, lucratus eris fra-
trem tuum. Quæ verba etiam recitantur à Pontifice Romano in
princ. d. cap. novit ille 13. can. ſi peccaverit 19. cauſa 2. q. 1. & cap.
in omni 4. d. teſtib. & atteſtat. Hinc ſcribit *Auguſtin. ſermon. 16. de*
verbis Domini, Quid eſt, in te peccavit? Tu ſcis, quia peccavit. Quia
enim ſecretum fuit, quando in te peccavit, ſecretum quare, cum cor-
rigis, quod in te peccavit. Nam ſi ſolus nôſti, quia peccavit in te, &
eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, ſed proditor. At-
tende, quemadmodum vir juſtus Joſeph tanto flagitio, quod de uxo-
re fue-

re fuerat ſuſpicatus, tantâ benignitate pepercit: antequam ſciret unde illa conceperat, quam gravidam ſenſerat, & ſe ad illam non acceſſiſſe noverat. Reſtabat itaque certa adulterii ſuſpicio & tamen quia ipſe ſolus ſenſerat, ipſe ſolus ſciebat, quid de illo ait Evangelium? Joſeph autem cum eſſet vir juſtus, nollet eam divulgare. Mariti dolor non vindictam quæſivit: voluit prodeſſe peccanti, non punire peccantem. Cum inquit, nollet eam divulgare, voluit eam occultè dimittere. Hactenus Auguſtinus. Si verò correctio hæc in ſecreto facta, ſpernitur, debet deinde peccator ab eo, in quem peccavit, in præſentiâ unius atque alterius juxta Chriſti mandatum, corripi, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum: Quodſi ſe non correxerit, denunciandum hoc erit Eccleſiæ *d. cap. 18. Matth. v. 16. & 17. d. cap. novit ille 13. & cap. cum ex injuncto 12. verſ. Nec quisquam ſuæ præſumtionis, de hæretic.* † Præterea de hâc denunciatio- 34
ne cognoſci debet de plano *d. cap. novit ille 13. verſ. Ne ergò tantum diſcordiam, in verbis: de plano recognoſcant*, h. e. ſine ſtrepitu & figurâ judicii, neque judice pro tribunali ſedente *cap. olim 26. h. t. Clem. ſæpè contingit 2. d. V. S. & l. utile tempus 2. §. dies 1. quis ordo in poſſeſſionibus ſervetur.* Huic enim locutioni, *de plano* opponitur locutio, *pro tribunali l. 1. §. abolitio 8. ad SC. Turpillian. & de abolitionibus criminum l. unius 19. §. ult. d. quæſtionib. & aliis ſimilibus textibus.* Et ita etiam hæc verba, *de plano* in *d. cap. novit ille 13.* explicant *Gloſſa, Anton. de Butrio §. forma autem procedendi Felinus §. in Gloſſa, Abb. n. 45. in fin. & plerique Canoniſtæ*, à quibus recedit *Br. allegato loco n. 7.* qui putat ſuper hâc denunciatione offerendum eſſe libellum, litem conteſtandam & ſententiam in ſcriptis ferendam.* Quam *Br.* opinionem *Innoc. & Hoſtienſis in d. cap. novit ille 13. verſ. quidam tamen dicunt &c.* tutiorem eſſe ſcribunt, quando quis per denunciationem ſuum intereſſe debet conſequi. † Denique effectus hujus Evangelicæ denuncia- 35
tionis eſt, ut denunciatus pœniteat; non verò ut officio vel beneficio privetur, niſi pœnitere nolit *cap. ult. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandor. Joan. Andreæ ad d. cap. novit ille 13. verſ. Effectus iſtius eſt. Anton. d. Butrio verſ. Quæro circa effectum & Henricus Boich. ibid. n. 4.*

NOTABILIA.

1. Monachi proprium non habent *cap. Ex parte 11.*

2. Pontifex libentius intendit ad ſolvendum, quàm ad condemnandum vel ligandum, etſi ſint nonnullæ culpæ, in quibus eſt culpa relaxare vindictam *cap. licet 14. verſ. Apoſtolorum in fin.*

3. Non debent inde naſci injuriæ, unde jura naſcuntur *cap. qualiter 17.*

4. Ex his, quæ inordinatè ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi. *d. cap. qualiter 17.*

5. Prælati non poſſunt omnibus complacere, cùm ex officio teneantur non ſolùm arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam verò excommunicatione ligare, unde etiam frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur *d. cap. qualiter 17. verſ. Et quia non poſſunt &c. & cap. qualiter 24.*

6. Prælati ſunt columnæ Eccleſiæ *d. cap. qualiter 17. verſ. Et ideò ſancti Patres, & d. cap. qualiter 24.*

7. Accuſatio & punitio non debet ex odii fomite, ſed ex charitatis procedere affectu *d. c. 17. circa fin.*

8. Secundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus, pœnam poterit judicantis diſcretio moderari. *cap. inquiſitionis 21. princ.*

9. Debita pœna tranſgreſſoribus eſt infligenda *cap. ſicut olim 25.*

De *Calumniatoribus.*

Titulus II.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Calumniator quis? 2. *à prævaricatore & tergiverſante qui differat?* 3.
Quæ ejus pœna? 4.
Plura, remiſſ. 5.

In

IN *Tit. præced. I.* dictum eſt de accuſatoribus & delatoribus cri- 1
minum, quia verò iſti quandoque calumniantur, ideò compila-
tor decretalium ſubjicit *hanc rubricam de calumniatoribus.*
† Calumniator eſt, qui falſa crimina intendit *l. 1. §. calumniari* 2
1. ad SCtum Turpilian. & de abolitionib. criminum, Sed non utique,
qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur.
Nam ejus rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur, qui reo
abſoluto, de accuſatoris incipit conſilio quærere, quâ mente ductus
ad accuſationem proceſſit. Et ſiquidem juſtum ejus errorem repe-
rerit, abſolvit eum; ſi verò in evidenti calumniâ eum deprehenderit
legitimam pœnam ei irrogat. *d. l. 1. §. ſed non utique 3. d. t.* †
Hic differt à prævaricatore ut & eo, qui tergiverſatur. Prævarica- 3
tor enim eſt quaſi variator, qui diverſam partem adjuvat proditâ
causâ ſuâ *l. 1. pr. de prævaricatione. Cujac. lib. 9. obſ. c. ult.* Tergiver-
ſari verò dicitur, qui in univerſum ab accuſatione deſiſtit *l. 1. §. ca-
lumniari 1.* Et hic punitur in quinque libris auri *l. prævaricationis
3. §. ult. de prævaricatione.* † Prævaricator verò punitur ar- 4
bitrio judicis *l. 1. & l. 2. d. t.* Calumniatoribus autem ex lege Rem-
mia, cujus mentio fit in *l. quæſitum 13. d. teſtib. & l. 1. §. calumnia-
toribus 2. ad SCtum Turpilian. & apud Antonium Auguſtinum in libro
de legibus & Senatusconſultis in Remmiâ lege, pag. mihi 130.* pœna ir-
rogatur, & fronti eorum inſcribebatur *lit. K. aut C. ut Plinius* teſta-
tur in *Panegyrico*, *Boetius de conſolatione, & Seneca de ira, Cujac.
lib. 7. obſ. c. 13. & Joan. Roſinus lib. 9. antiquit. Romanar. c. 25.* quod
ſublatum eſt per *l. ſi quis 17. C. de pœn.* Poſtea vigore inſcriptionis
tenebatur calumniator ad pœnam talionis *l. non prius 7. & l. ult. C.
de calumniatorib. & l. ult. C. de accuſat. & inſcript. Cujac. in para-
titl. C. de calumniatorib.* quæ pœna hodie minus frequentatur,
quia arbitraria facta eſt *Menoch. lib 2. d. arbit. jud. caſ. 322. & caſu
360. & Weſenb. ad h. t. Pand. n. ult.* Quomodo autem de jure cano-
nico puniatur calumniator conſtat ex *cap. 1. h. n. t.* ubi ſubdiaco-
nus calumnioſè accuſans diaconum, ſubdiaconatu privatur, & pu-
blicè verberibus caſtigatur, & in exiliũ mittitur. Idẽ habetur in *can.
quia juxta canonicos 3. cauſa 5. q. 6.* Ratio autem hujus pœnæ eſt, quia
fortius ſunt punienda crimina quæ inſontibus, maximè ſacratis

hominibus, inferuntur *d. cap. 1.* Sic etiam ab officio & beneficio ſuſpenditur denunciator, qui deficit in probatione criminum, quia infamare aliquem, eſt grave delictum *can. Ex merito 13. & can. deteriores 15. cauſa 6. q. 1.* Unde etiam meritò punitur, ſi in probatione defecerit, ut cæteri ſimili pœnâ præteriti, ad infamiam ſuorum non proſiliant prælatorum *cap. ult. h. n. t.* & ita pœna unius ſit metus alterius *can. qua propter 47. cauſa 2. q. 7. cap. Irrefragabili 13. verſ. cæterum d. offic. judic. ordinar. & l. capitalium 28. § famoſos pen. de pœn.* Si tamen canonicè probaverit ſuam innocentiam quod non calumniandi animo ad hujuſmodi crimina proponenda præceſſerit, non habebitur pro calumniatore & ceſſat dicta pœna *d. cap. ult. & ibi Gloſſ. voc. calumniandi.*
5 † Plura de calumniatoribus habet *Abbas ad h. n. t. & Weſenb. ad tit. Pand. d. calumniat.*

De Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.

Titulus III.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Simonia unde & quid? 2.
Eſt vel mentalis vel conventionalis. 3.
Quomodo contrahatur. 4. *& qui ob eam teneantur?* 5.
Criminis magnitudo. 6. *& pœna.* 7.

1 IN *Titulo 1. & 2.* viſum eſt de accuſatoribus & calumniatoribus, nunc ſequuntur crimina propter quæ quis poteſt accuſari, & quia inter cætera crimina Simonia primum obtinet locum, cum omnia crimina ad comparationem Simoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputantur. *can. ult. cauſa 1. q. 7 & cap. Per tuas literas 32. verſ. Nos verò h. n. t.* Ideò tractaturus Compilator Decretalium de criminibus, præmiſit de ſimoniâ.
Digitized by Google

niâ. † Dicitur autem ſimonia à Simone Mago, improbo 2
impoſtore qui vixit tempore Apoſtolorum Petri & Pauli,
quia ille primus fuit, qui in lege gratiæ hoc crimen admiſit,
dum voluit Spiritum Sanctum emere, non propter ipſum, quo
indignus erat, ſed ut dona ejus haberet venalia, & ex eorum
venditione per ſigna quæ fierent multiplicatam corrade-
ret pecuniam. *can. Salvator 8. cauſa 1. q. 3.* Quod vitium per
Apoſtolos in Simone iſto primo fuit damnatum *Act. c. 8.* Et de-
finitur ſimonia, quod ſit ſtudioſa voluntas, ſive cupiditas e-
mendi vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali anne-
xum. *Abbas ad rubr. hujus Tituli. Joannes Paul. Lancelottus
lib. 3. Inſt. jur. can. tit. de ſimoniâ 3. princip. Henric. Caniſ. in
ſumm. jur. Canonici lib. 3. tit 14. & Canoniſtæ comm.* quam defini-
tionem explicant *Joan. Wiringus in comm. ad h. t. n. 2. & ſeqq.
& Henric. Zœſius ad h. t. n. 3. & 4.* qui ſunt legendi. † Eſt
autem ſimonia alia interior, quæ & mentalis dicitur, & alia 3
exterior, quæ appellatur conventionalis. Mentalis ſimonia
eſt quæ ita in animo deliteſcit, ut actu exteriori ſe nō prodat,
ſeu cum nullum quidem interceſſit factum, ſed ſola prava
dantis & recipientis mens & intentio concurrit, & propterea
rudi ſed congruenti vocabulo mentalis appellatur *cap. tua nos
duxit 34. h. n. t.* Et hæc ſimonia nulla pœna punitur quia co-
gitationis pœnam nemo patitur *can. cogitationis 20. d. pœniten-
tiis diſt. 1. & l. cogitationis 18. d. pœn.* Expiari autem illa debet
per pœnitentiam coram DEO *cap. ult. h. n. t.* Conventionalis
dicitur quando pactum fit, ſeu conventio, ut unus det tempo-
rale, alter verò ſpirituale præſtet *cap. cum eſſent 12. eod tit. Lan-
celottus d. t. §. ſimoniæ duplex eſt ſpecies.* † Tribus autem 4
modis contrahitur ſimonia; ab obſequio, à manu vel à linguâ.
Ab obſequio contrahitur ſimonia per ſervitutem, indebitè
impenſam; manu per pecuniam; & linguâ per favorem. *can.
ſunt nonnulli 114. cauſa 1. q. 1.* † Omnes autem propter 5
gravitatem hujus criminis tenentur etiam Cardinales & Re-
ges, *cap. de hoc 11. h. t. n.* An autem & in Pontificem Simonia
cadere poſſit, diſputant Canoniſtæ; de quâ quæſtione videa-
tur

6 tur *Henric. Zœſ. ad h. t. n. n. 126.* † Sicut autem ſimoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos vincit; ita ſine dilatione mox, ut ejus ſigna per aliquam perſonam claruerint, de Eccleſiâ debet eliminari atque repelli *cap. ſicut 6. h. n. t.* Quilibet etiam Catholicus admittitur ad accuſandum de crimine ſimoniæ. *cap. ſi Dominus 3. eod. tit.* tantaque eſt labes hujus criminis quod etiam ſervo adverſus Dominos, & quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem, etiam meretrices. *cap. tanta eſt 7. d. t.* modo non typo malitiæ præſumantur accuſare, ſed Zelo Juſtitiæ *cap. licet Heli 31. in fin. & cap. ſeq. d. t.* †
7 Denique ſimoniacis quadruplex pœna imponitur, quandoque enim excommunicatio, quandoque in monaſterium detruſio, quandoque ſpoliatio omnium bonorum, quandoque depoſitio *Gloſ. in can. quidam habens cauſa 1. q. 1. vide. Wiringum ad d. tit. de ſimoniâ n. 18. & H. Zœſ. ad h. t. n. 86. & ſeqq.*

NOTABILIA.

1. Diuturnitas temporis, non diminuit peccata ſed auget. *cap. non ſatis 8. in fin.*

2. Horribile nimis eſt, quod in quibusdam Eccleſiis pro ſepulturis & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu aliis ſacramentis aliquid requiratur *cap. cum in Eccleſia 9. cap. ſuam nobis 29. & cap. ad Apoſtolicam 42.*

3. Tanto graviora ſunt crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam *d. cap 9.*

4. Ad corrigendos ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet prælatus adſurgere, quanto damnabilius eorum offenſus deſereret incorrectas *cap. licet Heli 31. in princ.*

5. Longè diverſum eſt, non præbere conſenſum & expreſſum aliquid prohibere *cap. ſicut tuis 33. verſ. quamvis autem.*

6. Nemo debet de fraude ſuâ commodum reportare. *d. cap. ſicut. tuis 33. circa fin.*

7. Eccleſia non judicat de occultis *d. cap. 33. in fin.*

8. Precium arguit venditionem *cap. in tantum 36.*

9. Alio-

9. Aliorum culpa alius non debet imputari ad pœnam. *d. cap. in tantum 36. circa fin.*

10. Conſuetudo quæ eſt contra jus, magis dicenda eſt corruptela *cap. ſicut pro certo 39.*

Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant.

Titulus IV.

Summaria.

Cont. & pœna ejus Prælati, qui vices ſuas ſub annuo cenſu concedit.

IN *Titulo præcedenti 3.* egit Compilator Decretalium de ſimoniâ in genere, nunc tractat de certa ſimoniæ ſpecie, qua laborabant prælati, qui adſumtis quibusdam ſubſtitutis, quos Decanos vocabant, vices ſuas committebant ſub annuo cenſu. Hoc prohibet Pontifex in *præſenti titulo*, & ſtatuit, ut qui de cætero hoc præſumſerit, officio ſuo privetur, & Epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat *cap. 1. & duobus ſeqq. h. t.* Ratio prohibitionis eſt, quia quando pro ſpirituali jurisdictione aliquid datur, vel accipitur temporale, eſt ſimonia. *Thom. d. Aquinate in II. II. q. 100. art. 1.* Alias rationes etiam affert *Vivianus ad d. cap. 1.* Quia verò fructus ſunt quid temporale *cap. veſtra 2. d. locat. & conduct.* ideò fructus Eccleſiarum ſub annuo cenſu concedi poſſunt *cap. ult. h. n. t.*

De *Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentiâ docendi.*

Titulus V.

Summaria.

Cont. & pœna eorum, qui pro licentiâ docendi quid exigunt.

EX præcedentibus duobus Titulis, tertiô nimirum, & quartô, apparet, quod ſpiritualia pretio concedi non debeant; nunc agitur in *hoc titulo* de Magiſtris & licentiâ docendi, quæ eſt inſtar ſpiritualium *Gloſſa & Abbas ad h. rubr.* Et ſcribitur in *cap. 1. h. t.* quod pro licentiâ docendi nullus cujusque conſuetudinis obtentu, pretium exigat vel promittat, ſi quid verò exactum eſt reſtituere, promiſſumque remittere debet *cap. prohibeas 2. d. t.* Qui autem contra hoc venire præſumſerit ab Eccleſiaſtico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur, ut & in Eccleſiâ fructum ſui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi ſcientiam, Eccleſiaſticum profectum nititur impedire *d. cap. 1.* Magiſtris autem qui gratis docere debent, pro labore docendi competens aliquod beneficium eſt præbendum *d. cap. 1. & cap. quia nonnullis 4.* ubi etiam conſtituitur, qualis Magiſter, & à quibus eligatur. Plura videantur *ad h. t. lib. 5. Clementin. l. 1.*

NOTABILIA.

1. Rari ſunt magiſtri *cap. ult. h. t.*

2. Ad Theologiæ profeſſionis ſtudiū dociles h. e. habiles ad docendum, debent deputari *d. cap. ult. verſ. ſtatuentes &c.*

3. Docti in Eccleſiâ Dei, velut ſplendor fulgent firmamenti *d. cap. ult. verſ. qui cum docti fuerint &c.*

4. Docti veluti ſtellæ ad juſtitiam debent plurimos erudire *d. cap. ult. ibi: qui velut ſtellæ &c.*

5. Studio Theologico quinque anni ſunt deputati *d. cap. ult. verſ. docentes verò &c.*

De Judæis, Sarracenis, & eorum ſervis.
Titulus VI.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Judæi. 2.

Chriſtianum adſcriptitium, non ſervum habere poſſunt. 3.

Poſſunt

Poſſunt Synagogas reficere, non de novo erigere. 4.
Feneſtras paraſceves die claudant. 5.
Nec Chriſtianas nutrices ſervientesve habeant, 6.
Nec publicis officiis præficiantur. 7.
Utantur habitu eos à Chriſtianis ſecernente. 8.
Quid ſi percutiant clericum? 9.
De Sarracenis. 10.
Et Judæorum ſervis. 11.

CRimina, de quibus agitur in libr. 5. Decretal. vel in Eccleſiam vel rempubl. fiunt. Contra Eccleſiam fiunt, cum vel circa ejus bona delinquatur, vel circa doctrinam cœleſtem. Quomodo contra bona Eccleſiæ delinquatur conſtat ex *Titulo 3, 4. & 5. hujus libri.* Nunc videndum erit, quomodo delinquatur contra doctrinam cœleſtem. Illud autem fit cum doctrina iſta impugnatur vel à Judæis & Sarracenis, vel aliis hæreticis aut ſchiſmaticis &c. De Judæis & Sarracenis agitur in *h. titulo* de reliquis *in ſeqq. titulis.* † Judæi 1
ſunt qui ceremoniis in veteri Teſtamento inſtitutis etiamnum utuntur, non credentes Meſſiam in carnem veniſſe, ſed eundem etiamnum expectantes, atq; adeo novum Teſtamentum reſpuentes. *Herman. Vult. lib. 7. Jurispr. Rom. cap. 11. pag. 57. lit. F.* † De his dicitur 1. quod Chriſtianum in ſer- 2
vum habere non poſſint, in adſcriptitium verò poſſint. *cap. Judæis. & rub. & l. 1. C. ne Chriſtianum mancipium hæreticus &c. cap. multorum, 2. h. n. t.* ubi etiam ratio adſignatur, quod adſcriptitii ſint liberi, & quidem legum diſtrictione. Quam rationem alii in dubium vocant, putantes adſcriptitios de jure civili non eſſe liberos, ſed ſervos; quod etiam hoc argumento oſtendi poteſt: Is dicitur verè & propriè ſervus, qui in Domini eſt poteſtate *§. ſervitus 2. J. d. Jur. perſonar. & l. manumiſſiones 4. d. Juſt. & jur.* ſed adſcriptitii ſunt in Domini poteſtate *l. ne diutius 21. in verbis: Cum uterque Domini ſui poſitus ſit in poteſtate C. d. Agricol. & Cenſit. lib. 11.* Ergò adſcriptitii verè 3
&

& propriè ſunt ſervi. *Vid. Caſp. Schifordegher lib. 3. Tract. 26. q. 6. & 7. & Anton. Fab. in Juriſpr. Papian. lib. 1. tit. de Libertin. 5.*
4 *in princ. illat. 7.* † 2. Quod antiquas Synagogas, quæ corruerunt, vel ruinam minantur, fulcire & reædificare poſſint, novas verò erigere non poſſint *C. Judæi 3. & cap. conſuluit 7. h. n. t. & l. hâc valiturâ 18. §. 1. C. de Judæis & cælicol.* Quid autem ſit Synagoga explicat *Marquard. de Suſanis tr. de Judæis & uſur.*
5 *part. 1. c. 3.* qui *num. 2. & 4.* dicit, locum in quo congregantur Judæi, dici ſynagogam. † 3. Quod Judæi oſtia vel feneſtras in die paraſceves apertas non debeant habere, ſed clauſas totâ die *cap. quia ſuper his 4. h. t. & ibi Vivianus*, qui ratio-
6 nem allegat. † 4. Quod Judæi nutrices vel ſervientes Chriſtianos habere non debeant, contra facientibus interdicitur Chriſtianorum commercium *cap. etſi Judæos 13. h. n. t.*
7 ubi etiam affertur ratio. † 5. Scribitur in *cap. pen. h. t.* quòd Judæi publicis officiis præficiendi non ſint. Nimis
8 enim abſurdum eſt, ut blaſphemus Chriſti in Chriſtianos vim poteſtatis exerceat *cap. cum ſit 16. eod. tit.* † 6. Conſtituitur quod Judæi utriusque ſexus debeant in terris Chriſtianorum publicè uti habitu, per quem à Chriſtianis diſcernuntur *cap. in nonnullis 15. eod. tit.* Non ergò ſatisfactum eſt huic conſtitutioni, inquit *Abbas ibi n. 1.* ſi Judæi portant aliquod ſignum ſub mantello, vel implicaturâ mantelli, ſicut à
9 multis fieri vidi. † 7. Denique dicitur in *d. cap. Poſtulaſti 14. h. n. t.* quòd Judæus, qui percusſit Clericum, temporaliter puniri debeat, & ſi de facto puniri non poteſt, debet ei interdici commercium Chriſtianorum, donec ſatisfecerit inju-
10 riam paſſo. † Sarraceni verò ſunt, qui impia Mahometi dogmata ſectantur. De his ita ſcribitur in *Clement. unic. quæ incipit, cedit quidem &c. de Judæis & Sarracenis. Cedit quidem in offenſam divini nominis, & opprobrium fidei Chriſtianæ, quòd in quibusdam mundi partibus principibus Chriſtianis ſubjectis, in quibus interdum ſeorſum, interdum verò per mixtim cum Chriſtianis habitant Sarraceni, ſacerdotes eorum Zaba Zala vulgariter nuncupati, in templis ſeu meſquitis ſuis ad quæ iidem Sarraceni conve-*

niunt,

niunt, ut ibidem adorent perfidum Mahometum, diebus ſingulis, certis horis, in loco aliquo eminenti ejuſdem Mahometi nomen (Chriſtianis & Sarracenis audientibus) altâ voce invocant & extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publicè profitentur &c. videatur *Gloß. ad d. Clementin. & Marquard. d. Suſanis d. c. 3.* De hiſce Sarracenis agitur in *h. t. c. Judæi 5. cap. Ita quorundam 6. cap. quod olim 12. cap. In nonnullis 15. & cap. ad liberandum 17.* qui textus omnes indigent tantum lectione. † Denique de Judæorum ſervis agitur in *cap. 1. h. t.* ubi ſcribitur, quòd ſervus à judice emptus, qui fieri deſiderat Chriſtianus, poſſit duodecim ſolidis redimi, etiamſi multo cariori pretio ſit emtus. Idem habetur *in cap. ult. eod. tit.* quod in odium Judaiſmi eſt conſtitutum. *Joan. Wiringius ad h. n. t. n. 4.* n

NOTABILIA.

1. Neſas eſt quem Chriſtus redemit, blaſphemum Chriſti in ſervitutis vinculis detinere *cap. 1. inf.*

2. Melioris conditionis ad fidem converſos eſſe oportet, quam antequam fidem ſuſceperint, habebantur *cap. Judæi. 5.*

3. Judæi hoc pro magno debent habere, quod in veteribus Synagogis & ſuis obſervantiis tolerantur *cap. conſuluit 7.*

4. Judæorum mores & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob continuam converſionem, & aſſiduam familiaritatem ad ſuam ſuperſtitionem & perfidiam ſimplicium animos inclinarent *cap. ad hæc. 8.*

5. Chriſti fidem habere non creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſmum non ſpontaneus, ſed invitus cogitur pervenire *cap. ſicut. 9.*

6. Judæos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſervituti *cap. Etſi 13. princ.*

7. Mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu malam retributionem ſolent exhibere ſuis hoſpitibus *d. cap. Etſi 13.*

8. Illius diſſimulare non debemus opprobria, qui probra noſtra delevit *c. In nonnullis 15.*

9. Judæi Chriſtianis plurimum ſunt infeſti *cap. cum ſit juris 16.*

 10. Of-

10. Officium cum pudore eſt dimittendum, quod quis irreverenter adſumſit *d. cap. 16. in fin.*

De Hæreticis.
Titulus VII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Hæreticus unde & quid? 2.
Hæreticorum varietas. 3.
Hæreticorum, & fautorum receptatorumque &c. eorum, pœna. 4.

1 IN Titulo præcedenti ſexto actum fuit de Judæis & Sarracenis, à quibus impugnari ſolet cœleſtis doctrina: nunc tractat compilator Decretalium de *Hæreticis*, qui etiam impugnant eandem doctrinam. † Hæretici dicuntur ab hæreſi, h. e. electione, quod
2 ſcilicet eam ſibi unusquisque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem *can. hæreſis 27. cauſa 24. q. 3.* Et definitur hæreticus ab *Auguſtino*, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusque ſui gratiâ falſas ac novas opiniones vel gignit vel ſequitur *can. hæreticus 28. d. cauſa & q.* Seu qui reſiſtit contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare non vult, ſed defenſare perſiſtit *can. qui in Eccleſia 31. d. cauſa & quæſt. Vid. Matth. Weſenb. ad tit. C. de Hæreticis & Manichæis & Samaritanis n. 1. & 2.* † Hæreticorum varia ſunt genera, quæ recenſentur
3 in *can. quidam autem 29. d. cauſa & q. cap. Excommunicamus 15. h. n. t. & in l. Arriani 5. C. d. Hæretic. & Manich. &c.* Ideò autem divina providentia multos diverſi erroris hæreticos eſſe permittit, ut, cùm inſultant nobis, & interrogant nos ea, quæ neſcimus, vel ſic excutiamus pigritiam, & divinas Scripturas noſſe cupiamus, *can. ult. d. cauſa. 24. q. 3.* † Hæretici autem variis pœnis affici
4 ſolent, de quibus agitur in *h. Titulo.* Et eſt iſta pœna vel æterna

vel

vel temporalis. De æternâ pœnâ hæreticorum agitur in *in cap. firmiſſimè 3. h. n. t.* cujus hæc ſunt verba: *Firmiſſimè tene & nullatenus dubites, omnem hæreticum vel ſchiſmaticum cum Diabolo & Angelis ejus æterni ignis incendio participandum, niſi ante finem vitæ catholicæ fuit incorporatus & redintegratus Eccleſiæ.* Temporalis verò hæreticorum pœna conſiſtit 1. in Excommunicatione *cap. Excommunicamus 13. & cap. Excommunicamus 15. h. n. t.* Non ſolùm autem hæretici, verùm etiam eorum receptatores & fautores excommunicati ſunt, & decedentes in hoc peccato, in cœmiterio Eccleſiæ ſepeliri non debent, nec pro eis orari *cap. ſicut ait 8. eod. tit.* Quam excommunicationem etiam incurrit ſepeliens ſcienter hæreticos, vel eorum receptatores, defenſores vel fautores, nec abſolvitur niſi exhumet eorum corpora: Locus verò privatur ſepulturâ *cap. quicunque 2. h. t. in 6.* 2. In confiſcatione bonorum hæreticorum. In terris autem Eccleſiæ applicantur iſta bona fiſco Eccleſiæ, in terris verò imperii judicis ſecularis fiſco. *cap. vergentis 10. h. n. t. & d. cap. quicunque 2. pr.* Fit autem confiſcatio iſta ipſo jure, non tamen confiſcationis ipſius executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri debet per principes aut alios dominos temporales, antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eo crimine fuerit promulgata *cap. cum ſecundum 19. verſ. Bona hæreticorum h. t. in 6.*

NOTABILIA.

1. Dubius in fide, infidelis eſt *cap. 1.*

2. Qui alios cum poteſt, ab errore non revocat, ſe ipſum errare demonſtrat *cap. qui alios 2.*

3. Damnato autore damnantur ejus ſcripturæ & libri, & opera *cap. Fraternitatis 4.*

4. Temporalis ſaltim pœna corripiat, quem ſpiritualis non corripit diſciplina *cap. vergentis. 10.*

5. Longè eſt gravius æternam, quam temporalem lædere majeſtatem *d. c. 10.*

6. In multis caſibus etiam ſecundum divinum judicium filii pro patribus temporaliter puniuntur *d. c. 10.*

7. Jux-

7. Juxta canonicas ſanctiones quandoque fertur ultio non ſolum in auctores ſcelerum ſed etiam in progeniem damnatorum *d. c. 10.*

8. In ſimilibus idem obſervatur *d. c. 10. inf. & cap. excommunicamus 13. verſ. ſi fuerit advocatus &c.*

9. In quo major eſt culpa, gravior exercetur vindicta *d. c. 10. in fin.*

10. Plus timeri ſolet, quod ſpecialiter injungitur, quàm quod generaliter imperatur *cap. ſi adverſus 11.*

11. Deſiderium intelligendi divinas ſcripturas & ſecundum eas ſtudium adhortandi reprehendendum non eſt, ſed potius commendandum *cap. cum ex injuncto 12. pr.*

12. Scientia eſt valdè neceſſaria ſacerdotibus ad doctrinam *d. cap. 12. verſ. licet autem &c.*

13. Sacerdotes propter excellentiam ordinis & officii dignitatem, Deorum nomine nuncupantur *d. cap. 12. verſ. licèt autem &c.*

14. Tanta eſt divinæ ſcripturæ profunditas ut non ſolùm ſimplices & illiterati, ſed etiam prudentes & docti non plenè ſufficiant ad illius intelligentiam indagandam *d. cap. 12. verſ. Tanta eſt enim &c.*

15. In quo major eſt culpa, gravior exerceatur vindicta *d. cap. 12. verſ. ſi verò clericus fuerit &c.*

16. Vitia non debent ſub ſpecie virtutum ſubintrare *cap. ſicut 14.*

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis.
Titulus VIII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Schiſmatici qui? 2. *& quæ eorum pœna?* 3.
De ordinatis per ſchiſmaticum. 4.

1 POſt hæreticos tractat compilator Decretalium de ſchiſmaticis & ordinatis ab eis, quia adjacet hæreſi ſchiſma, & hæreſis cauſa ſchiſma,

ſchiſmatis eſt, *Math. Weſenb. ad Tit. C. de Hæret. & Man. & Samarit. n. 7. & 8.* Et nullum ſchiſma eſt quod ſibi aliquam tandem hæreſin non confingat, ut ab Eccleſiâ rectè receſſiſſe videatur, inquit *Joan. Paulus Lancelottus in inſtit. juris Canonici lib. 4. Tit. d. Hæreticis & ſchiſmaticis & apoſtatis 4. in princ.* Habet autem hæc rubrica duas partes, una eſt de ſchiſmaticis, altera de ordinatis ab eis, ut probat *noſtra rubr.* † Schiſmatici dicuntur, qui fundamen- 2
tum ſanæ doctrinæ retinentes, in appellatione vel rebus indifferentibus errant, eoque ſeſe ab Eccleſiæ communione ſejungunt *Vult. in juriſpr. Rom lib. 1. c. 11.* † Quia verò ſchiſma crimen eſt 3
immaniſſimum, per quod ab unitate Eccleſiæ quis recedit *can. ſchiſma 34. cauſa 24. q. 1.* ideò illud atrociſſimis pœnis Eccleſiaſtica diſciplina perſequitur. Nam ſchiſmaticos excommunicationis ſententia canones inſectantur *cap. ad ſuccidendos un. d. ſchiſmaticis in 6.* Et ſi nec ſic reſipuerint, ab omni miniſterio Eccleſiaſtico deponuntur, adhibito etiã, ſi neceſſe fuerit, brachii ſecularis auxilio ad illorum inſolentiam coërcendam, cum omnium etiam bonorum confiſcatione *Lancellot. d. loc. verſ. utrumque verò, & Mar. Anton. Cucchus ad h. t. in fin.* † Altera autem hujus rubricæ pars eſt 4
de ordinatis à ſchiſmaticis. Et ſcribitur in *cap. 2. h. n. t.* quòd ordinatus à ſchiſmatico ab officio debet repelli, niſi legitimè probaverit ſecum fuiſſe miſericorditer diſpenſatum, & ab eâ perſonâ, quæ ſuper hoc habuerit poteſtatem diſpenſandi. Ideò autem repelli debet ab officio, quia Schiſmaticus non habet ordinis executionem *can. ordinationes 5. cauſa 9. q. 1.* Et nemo dat, quod non habet *cap. quod autem 5. inf. de jure Patronat.* Deinde irritæ ſunt ordinationes, beneficiorum collationes, & Eccleſiaſticarum rerum alienationes per ſchiſmaticos factæ, & à dignitate atque ordine ſuſpenduntur, qui ſchiſma tenere jurant *cap. quod à prædeceſſore 1. h. n. t.*

De Apoſtatis & reiterantibus Baptiſma. Titulus IX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Apoſtaſia quid & quotuplex? 2.
Baptiſmus quare non iterandus? 3.
Quid ſi non conſtet de baptiſmo? 4.
Quæ iterati baptiſmatis pœna? 5.

1 HActenùs actum eſt de iis, à quibus impugnari ſolet doctrina cœleſtis, quales ſunt Judæi, Sarraceni, hæretici, & ſchiſmatici atque ab his ordinati, nunc ſequuntur apoſtatæ, ut qui etiam impugnãt prædictam doctrinam. Quibus adduntur qui iterant baptiſmum, quia & hi apoſtaſiam committunt, dum recedunt à priore baptiſmate, *Gloſſ. & Abb. ad h. rubr.* Sunt igitur duæ partes hujus Tituli, in priore parte agitur de apoſtatis, in poſteriore de reiterantibus baptiſma. De illis agitur etiam in *Tit. C. 7. lib. 1.* de his verò in *Tit. 6. d. lib. 1.* † Apoſtatæ ſunt, qui à ſtatu fidei, obedientiæ vel religionis, quam ſe tenere profeſſi ſunt, temerariè recedunt.
2 Et eſt triplex ſecundùm *Gloſſ. in cap. 1. h. t. voc. apoſtaſia.* Perfidiæ, inobedientiæ & irregularitatis. Perfidiæ apoſtaſia eſt à Chriſtianâ fide defectio *l. apoſtatarum 4. C. de apoſtat.* Et hæc eſt propria & princeps apoſtaſia, de qua ſolâ etiam in *h. tit.* agitur, quæ illis pœnis plectitur, quæ adverſus hæreticos ſunt ſtatutæ, de quibus egimus ſupra in *Tit. d. hæreticis 7.* Quænam autem apoſtaſia dicatur inobedientiæ, & quænam irregularitatis explicat *Gloſſ. d. loc. & Lancelottus lib. 4. inſt. jur. canon. Tit. 4. §. ult.* † In altera hujus
3 Tituli parte conſideranda eſt iterati baptiſmatis prohibitio, & eorum, qui reiterant baptiſmum, pœna. In prohibitione videndum eſt de cauſis ob quas non eſt repetendus baptiſmus. Afferunt autem Theologi cauſas ſequentes. Prima eſt, quia reiterati baptiſmi nullum in ſacrâ ſcripturâ reperitur exemplum. Secunda ratio eſt, quia per baptiſmum peccatis morimur & morti Chriſti inſerimur. Chriſtus autem ſemel peccato eſt mortuus. *Rom. 6. cap. v. 10.* Tertia ratio eſt, quia baptiſmus circumciſioni ſucceſſit, quæ nunquam repetita eſt. Ergò neque baptiſmus repeti debet. Quarta ratio eſt, quia baptiſmus eſt lavacrum regenerationis; ſicut igitur ex carne ſemel naſcimur; ita ex aqua & Spiritu ſemel renaſcimur. Quibus rationibus non adverſatur, quòd non ſemel tantùm in vitâ, ſed ſæpè debeamus uti cœnâ Dominicâ. Quia reſpondemus hoc ideò fieri, quia

quia cœnam Dominicam Chriſtus multoties ſumendam eſſe docet, cum inquit: *Hoc facite, quotieſcunque feceritis, in mei commemorationem.* Nec quicquam movemur, quod poſt baptiſmum ſæpius rurſum peccamus; Quia reſpondent Theologi illud Baptiſmi reiterationem non exigere, cùm Deus, qui in baptiſmo gratiæ fœdus nobiſcum iniit, in ſua voluntate & promiſſionibus ſit immutabilis, & ſuâ ex parte fœdus ſemel initũ, perpetuò conſervare cupiat, modo nos per pœnitentiam ad eum revertamur. † Et hæc vera ſunt 4
de eo, quem conſtat fuiſſe baptizatum. Si tamen de aliquo ambigatur, an ſit baptizatus nec ne, poterit ei baptiſmus hujusmodi verbis conferri: *Si baptizatus es, te non rebaptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo &c. cap. de quibus 2. ſupra de baptiſmo & ejus effectu.* † Pœna alia eſt à jure canonico ſancta, alia à ju- 5
re civili, propter iteratum baptiſma jure canonico incurrit quis irregularitatem *can. qui in aliquo 5. diſt. 51. can. qui in qualibet 10. cauſa 1. q. 7.* Eſt autem irregularitas impedimentum canonicum, quo quis prohibetur ordinem Eccleſiaſticum ſuſcipere, aut in ſuſcepto miniſtrare. *Didac. Covarruv. ad Clem. unic. ſi furioſus in pr. d. Homicidion.* Pœna juris civilis eſt ultimum ſupplicium *l. ſi quis 2. C. ne ſanctum baptiſma iteretur;* per quod intelligitur mors ſola *l. ultimum 21. d. pœn. Matth. Weſenbec. d. t. n. 4.* verò deportationem intelligit.

NOTABILIA.

1. Minor ætas, & intentio fraternæ ſalutis excuſare videtur. *cap. Ex litterarum 2.*

2. Minus malum eſt, viam Domini non agnoſcere, quam poſt agnitam retroire *cap. Quidam 4. in f.*

De
His, qui Filios occiderunt.
Titulus X.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Quæ parricidarum pœna de J. Civili & Canonico? 2. 3.

1 IN Titulis quatuor præcedentibus egit Compilator Decre-
talium de illis, qui doctrinam cœleſtem impugnant; nunc
tractat de criminibus, quæ fiunt contra Rempublicam, cùm
vel cives offenduntur, vel Clerici luxuriantur. Cives offen-
duntur rurſus vel in perſonis, vel in bonis. In perſonis, ſi
vel tollitur vita hominis, vel pudicitia læditur. Vita homi-
nis tollitur ſi quis vel filium ſuum occidat, vel infantes expo-
nat, vel extraneum quemque occidat, ſive in torneamentis id
fiat, ſive in duello, ſive Sagittatiorum exercitio. De illis, qui
2 filios ſuos occidunt, agitur in *h. tit. 10.* † Quia autem
parentes, dum filios occidunt, crimen aſperrimum commit-
tunt, idcirco etiam acerrima pœnâ puniuntur. Nam inſuti
culeo, cum gallo gallinaceo & cane & viperâ, & ſimiâ, & inter
eas ferales anguſtias comprehenſi (ſecundùm quod regionis
qualitas tulerit,) vel in vicinum mare vel in amnem projician-
tur, ut omnium elementorum uſu vivi carere incipiant, & eis
cœlum ſuperſtitibus, & terra mortuis auferatur. §. *alia deinde.
J. d. pub. Judic. 6. l. pœna 9. pr. d. Lege Pompeja d. parricidiis l.
unic. C. de his, qui parentes vel liberos occiderunt.* Cur autem
beſtiæ hæ quatuor, una cum parricidâ culeo inſuantur, ratio
adſignatur à *Gloß. lib. 2.* Land-Recht *artic. 14. verſ.* Nun magſtu
ſagen *&c. Ludovico Lavatero in cap. 20. Proverb. Salom. n. 212. Co-
varruv. in Clem. furioſus de Homicid. part. 2. n. 12. Cœlio Rhodigino
lib. 6. lection. antiquar. c. 13. Conſtantio Laudo in libello Exercita-
tionum ſparſim contentarum ad Tit. C. de his qui parentes vel libe-
ros occiderunt, Joan. Baptiſta Viviano in Ration. juris Pontificii ad
cap. 1. h. t. Bened. Carpzov. part. 1. rer. crimin. q. 8. n. 9. & aliis.*
† Quia verò canones non imponunt pœnam ſanguinis vel
3 mortis *cap. Clericis 5. & cap. ſententiam 9. ne Clerici vel Monachi
ſecularibus negotiis ſe immiſceant, cap. ex literis 10. d. Exceſſib. Præ-
latorum & ſubditorum* ideò de jure canonico non imponi-
tur parentibus, qui filios occiderunt, pœna mortis, ſed mitior,
videlicet detruſio in monaſteriũ in quo peccata ſua perpetuâ
pœnitentiâ deplorare debent *cap. 1. h. n. t.* Parentibus au-
tem, circa quos pueri reperiuntur oppreſſi, imponenda eſt

pœni-

pœnitentia major vel minor, juxta eorum culpam, *cap. ult. eod. tit.* videatur *Henric. Caniſius lib. 3. in ſumm. jur. canonici tit. de Homicidio voluntario vel caſuali 17.* §. *ult.* in quo agit de infante in lecto reperto mortuo.

De Infantibus & languidis expoſitis.
Titulus XI.
Summaria.

Continuatio. 1.
Explic. c. 1. h. t. 2.
Pœna exponentium. 3.

POſt *Titulum de his qui filios occiderunt*, rectè ſequitur *hic Titulus*, quia qui infantes & languidos exponunt, videntur eos necare. Necare enim videtur non tantum is, qui partum præfocat, ſed & is, qui abjicit, & qui alimonia denegat, & is qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet. *l. necare 4. d. agnoſcendis & alendis liberis &c.* ubi verbū *exponit*, accipitur apud latinos autores pro *abjicit. Conſtantius Landus in libello Exercitationum ſparſim contentarum ad d. l. necare 4.* qui etiam vocem miſcericordiæ per pietatem declarat. 1
† De hiſce ſcribit in *cap. 1. h. t.* Pontifex Romanus, quod hoc ipſo à poteſtate patriâ fuerint liberati. Nec tamen propterea, qui expoſitos ſuſcepit, aliquod in eis jus vindicare poterit *l. nemini 24. C de Epiſcopali audientiâ*, Quo caſu & in ingenuitatem libertus, & ſervus in libertatem eripitur, quod & de cujuſcunque ætatis languidis, ſi expoſiti fuerint, vel ſi alicui eorum alimenta impiè negari contigerit, eſt dicendum. 2
† De pœnis autem exponentium tradunt. *Dd.* tres caſus, ex quibus apparet, quomodo exponentes ſint puniendi, de quibus caſibus videndus eſt *Benedict. Carpzov. part. 1. rer. criminal. quæſt. 10. n. 5. & ſeqq.* Cui addi poſſunt ea, quæ ſcribit *Henricus Bocerus tract. de omnis generis homicidio lib. 1. c. 3. n. 173. & ſeqq.* 3

De
Homicidio voluntario vel caſuali.
Titulus XII.

SUMMARIA.

Cont. & arg. tit. 1.
Homicidium unde, quid, & quotuplex ? 2.
Mulier an homo ? 3.
De αὐτοχειρία. 4.
Quodnam homicidium, & quomodo puniatur ? 5.

1 IN *Titulis duobus præcedentib. decimo & undecimo* egit Compilator Decretalium de Homicidio in ſpecie, nunc tractat de Homicidio in genere. *Gloſſ. & Abb. ad h. rubr.* Sunt autem tria de quibus agitur in *h. tit.* quorum 1. eſt de Homicidio. 2. de
2 Homicidio voluntario, & 3. de Homicidio caſuali. † Homicidium à *cædendo homine & cæde* dictum *l. ita vulneratus 51. verſ. Occidiſſe dicitur, ad L. aquil. & can. ſi homicidium 41. cauſa 23. q. 5.* nihil aliud eſt, quàm cædes hominis, quæ fit vel cum voluntate, vel citra voluntatem. Illa eſt doloſa hominis cædes *l. in lege Cornelia 7. & l. qui cædem 16. ad L. Cornel. de Sicar.* modo non ſit facta ex neceſſitate aut ſuperioris juſſu. Ex neceſſitate fit, dum quis ſe defendendo aliter mortem evadere non poteſt, niſi aggreſſorem ſuum interficiat. *Clem. unica de homicid. voluntar. vel caſuali.* De ſuperioris juſſu tractat *Petr. Gregor. Tholoſan. in partitionib. jur. canon. lib. 4. tit. de Homicidio*
3 *13. cap. 3.* † Nulla igitur differentia eſt inter ſexum, nam & fœmina propriè loquendo homo eſt, *l. hominis 152. d. V. S.* Unde etiam propriè in muliere committitur homicidium. Videtur tamen contrarium probari poſſe ex *l. ſi quis 38. §. qui abortionis 5. d. pœn.* in quo textu mulier opponitur homini. Unde colligit *Cujac. lib. 6. obſerv. 21. Weſenb. ad Tit. Pand. ad l. Cornel. d. ſicariis n. 5. & Scip. Gentil. lib. 1. παρεργ. c. 3.* Jcto Paulo mulierem in *d. §. 5.* non eſſe hominem. Verùm horum opi-
4 nionem refutavimus in *Exercitat. Juſtin. 16. q. 12. in N.* † An autem

autem qui ſeipſum necat, dicatur cædem doloſam committere, quæri ſolet? quod dicendum videtur propter *l. liber homo 13. pr. ad l. Aquil.* ubi dicitur, quòd nemo ſit Dominus membrorum ſuorum. Quæ ratio nihil probat, quia *αὐτοχειρία* non dependet à dominio membrorum; ſed à poteſtate in ſeipſum, *Balth. Gomez d. Ameſcua tr. de poteſtat. in ſeipſ. lib. 1. c. 3.* Quod autem *αὐτόχειρ* non committat cædem hominis doloſam probatur, ex *l. ſed ſi 9. §. ſi ipſe 7. de Pecul.* ex quo textu conſtat, propricidium jure civili eſſe licitum. Verùm quamvis hoc procedat de jure civili, tamen aliùd vult jus canonicum. *can. diſplicet 38. cauſa 23. q 4. can. ſi non licet 9. can. non eſt noſtrum 11. d. cauſa 23. q. 5. can. nihil 38. de pœnitent. diſt. 3. & can. ſi quis 4. & diſt. 55.* † Hujus autem cædis doloſæ pœna eſt ulti- 5
mum ſupplicium, nec diſtinguitur cujus conditionis homo fuerit interemtus *l. 1. §. & qui hominem 2. & l. qui cædem 16. ad l. Cornel. de Sicar.* Cædes verò citra voluntatem facta, meretur veniam, ſi facta ſit caſu, & non ex propoſito, ſed aliunde *l. in lege 7. d. t. cap. dilectus 13. & cap. ſeq. h. n. t.* quem culpa non præceſſit. *d. d. Textibus cap. lator 19. h. t.* Percutiens igitur quem citra animum occidendi in culpa duntaxat eſt, & propterea de dolo puniri nequit *d. l. 1. §. Divus Hadrianus 3.* Si vero quis occidere volens Titium, ſi Mævium fortè interficiat, non erit caſuale homicidium, cum dolum interficiendi hominem in genere habuerit, & ideò merito ultimô ſuppliciô afficiendus 1
erit *l. eum qui 18. §. ſi injuria 3. d. Injuriis & famoſ. libell. Anton. Teſſaur. deciſ. 482. Thoming. deciſ. 38. & Andr. Fachin. lib. 1. controv. cap. 37.* Meretur etiam cædes iſta veniam cum mentis 2
inopiâ eſt facta, utpote ab infantibus & furioſis. Ab utriusque autem voluntas & dolus abeſt *l. impuberem 23. d. Furt. infans 12. ad L. Cornel. d. Sicar. & l. Furioſi 49. d R. J.*

Notabilia.

1. In exceſſibus ſingulorum non ſolùm quantitas & qualitas delicti, ſed ætas, ſcientia, ſexus atque conditio delinquentibus ſunt attendanda *cap. ſicut dignum 6.*

2. Item

ret, licet ibi caſu fortuito obierit, corpus tamen ejus Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi debet. *cap. 1. & 2. h. n. t.* quia caſus fortuitus nemini debet imputari *l. contractus 23. de R. J. & l. quæ fortuitò 6. C. de pignorat. action.*

De
Clericis pugnantibus in duello.
Titulus XIV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Duella prohibita. 2. *Clericis.* 3.

POſt *Titulum de Torneamentis* rectè ſubjicitur *hic Titulus de clericis pugnantibus in duello*, quia quemadmodum in torneamentis 1
mortes hominum & animarum pericula ſæpè proveniunt, & incurrit quis irregularitatem, ſi mors ſequatur, ita etiam hoc fit in duello *cap. 1. h. n. t.* † Ob varias autem cauſas prohibita ſunt 2
duella, quas recenſent *Canoniſtæ ad h. n. tit. Joan. Baptiſta Vivian. in rationali juris pontificii*, qui ſeptem affert rationes contra duella. Nec excuſare poteſt duella conſuetudo contraria, quia talis conſuetudo prava appellatur in *cap. 2. h. t.* Prava autem ſeu irrationabilis conſuetudo non eſt attendenda, ſed meritò rejicienda *cap. ad noſtram 3. cap. cum venerabilis 7. d. conſuetudine.* † Quia ve- 3
rò pugnare clericis omnino eſt interdictum, *cap. ex multa 9. §. fin. d. voto & voti redemtione*, ideò ſi clericus alicui ſponte duellum obtulerit, vel oblatum ſuſceperit, ſive victor, ſive victus fuerit, de rigore juris eſt meritò deponendus *cap. 1. h. t.* quod etiam verum eſt, licèt ipſe per ſe non interfecerit, ſed alius qui pro eo in duello pugnavit. *d. cap. Henricus 2. h. t. n.*

De
Sagittariis.
Titulus XV.

QUomodo *hic Titulus* cum præcedentibus cohæreat intelligi poteſt ex iis, quæ ibi ſunt dicta: Sunt autem ſagittarii & bali-

adulterium commiſiſſe convincatur, conjugem de adulterio impetere non poteſt *cap. Intelleximus 6. h. n. t.* ubi redditur ratio, quòd paria delicta mutuâ compenſatione tollantur, & *l. ſi ambo 19. §. quotiens 2. d. compenſat.* Unde etiam dicitur in *cap. ult. h. n. t.* quod non debeat ſeparari matrimonium quoad thorum, propter adulterium, quando ambo conjuges fuerant adulterati. †
Secundùm maritum vel ſponſum ceſſantem, admittitur mulieris 4
pater & cognati, pòſt extranei, cùm adulterium ſit crimen publicum, & cuivis de populo accuſatio pateat *l. ſi maritus 4. l. ſi maritus 15. d. t. ad L. Jul. d. adult.* † Non autem ſatis eſt, arguere 5
adulterium, niſi probetur, liquidisque rerum documentis oſtendatur, ubi & conjecturas minimè dubias admittunt *Dd.* veluti ſi nudus cum nudâ, aliis etiam circumſtantiis conſpirantibus, deprehendatur, *cap. literis 12. d. præſumtion.* † Agitur præterea in hoc 6
crimine adulterii ad pœnam capitis, quæ cœpit ſub Octavio Cæſare Auguſto. Hic enim tulit legem Juliam de adulteriis coërcendis *l. 1. ad l. Jul. de adulter.* quod etiam confirmat *Suetonius in ejus vitâ*, ubi *cap. 34.* ita ſcribit: *Leges retractavit, & quaſdam ex integro ſanxit, ut ſumtuariam, & de adulteriis & de pudicitiâ, de ambitu, de maritandis ordinibus.* Temeratores autem alienarum nuptiarum prædictâ lege fuerunt puniti gladio *§. item l. Julia 4. Inſt. d. public. judic. Menoch. de arbitr. judicum quæſtionib. caſu 290. n. 3. Balduin. ad §. item lex Julia 4. & Marcus Lyckl. à Nyebolt. lib. 2. membran. Eclog. 9.* Plura de hac pœnâ diximus in *Exercit. Juſtin. 16. q. 11.* ubi ad *Dd.* rationes, qui diſſentiunt, reſponſum eſt. † Alte- 7
ra pars hujus Tituli eſt de ſtupro, quod Pontifex *in d. can. lex eſt 2. verſ. ſtuprum autem*, deſinit, virginum illicitam deflorationem. In lege autem Julia latiùs patet ſtupri appellatio, quia comprehendit etiam viduam honeſtè viventem. *§. item lex Julia 4. I. de public. judic.* ubi ſcribitur, quòd eâdem lege Juliâ etiam ſtupri flagitium puniatur, cùm quis ſine vi vel virginem, vel viduam honeſtè viventem ſtupraverit; conſentit *l. inter liberos 6. §. lex ſtuprum 1. ad L. Jul. de adulter. coercend.* † Pœnam autem prædicta Lex Ju- 8
lia irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſint, publicationem partis dimidiæ bonorum; ſi humiles, corporis coërcitionem cum relega-

tione *d. §. Item lex Julia 4.* Divina verò lex præcipit, ut corrupta virgo dotetur, & in matrimonio habeatur. *Deuteron. 22. cap. v. 18. & ſeqq. & Exodi 22. cap. 16. & 17.* Idem traditur in *cap. 1. h. t.* cujus hæc ſunt verba: *Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritq; cum eâ, dotabit eam & habebit uxorem. Si verò pater virginis dare noluerit; reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt.* In *cap.* autem *2. h. t.* legis civilis duritiem molliens diſponit Pontifex, ut aut quam ſtupravit, uxorem habeat: aut ſi renuendam putaverit, corporaliter caſtigatus, excommunicatusque in monaſterio, in quo agat pœnitentiam, detrudatur, de quo nulla ſit egrediendi ſine præceptione licentia.

9 † Plura de ſtupro ejusque pœna videantur apud *Weſ. ad tit. Pandect. ad l. Jul. de adult. n. 21. Petrum Theodoricum in Collegio criminal. diſp. 6. th. 4. lit. H. & Bened. Carpzov. in praxi rerum criminal. part. 2. quæſt. 68. & 69.*

De Raptoribus, incendiariis & violatoribus Eccleſiarum.

Titulus XVII.

Summaria.

Continuatio. 1.
Raptor quis? 2. *Ejus pœna.* 3.
De incendiariis & violatoribus Eccleſiarum. 4.

1 CUm violentiâ læditur pudicitia per raptum, ſeu à raptoribus. Quia verò in raptu frequenter fiunt incendia, & violantur Eccleſiæ, idcircò non ſolùm in *h. t.* agitur de raptoribus, ſed etiam de
2 incendiariis atque violatoribus Eccleſiarum. † Raptor dicitur, qui mulierem honeſtè viventem, ſive virgo ſit, ſive vidua, libidinis causâ invitam abduxit, *Rubr. & t. t. C. de raptu virginum ſeu viduarum &c.* Addidimus, *honeſtè viventem*, quia in meretricem non committitur raptus, quia *l. unic. C. d. t.* loquitur de muliere honeſtâ raptâ, qualis non eſt meretrix; ſi tamen à meretriciâ

vitâ

vitâ abſtinuerit, & honeſtè vivere cæperit, ultima conſuetudo debet attendi *l. Imperialis 23. pr. C. de nupt. Petr. Theodoric. d. colleg. crimin. diſp. 6. th. 8. lit. C.* qui allegat *Hyppolit. de Marſil. & Henric. Zaſ. ad h. t. n. n. 6.* Abductio autem debet fieri *libidinis cauſa*, quia in dubio ſemper præſumitur rapta propter libidinem, niſi vetula ſit, vel turpis, vel inepta ad venerem, *Carer. Maſcard. & Farinac.* quos *Dd.* allegat & ſequitur *Theodoric. cit. loc. lit. E.* Debet autem mulier *invita* abduci, nam ſi conſentit in abductionem, raptus committitur quidem de jure civili, ſed non de jure canonico, ſecundùm quod raptor dici non debet, qui habuit mulieris conſenſum *cap. cum cauſa pen. h. n. t.* Hinc etiam rapta puella legitimè dicitur contrahere matrimonium cum raptore, ſi prior diſſenſio tranſeat poſt modum in conſenſum, & quod ante diſplicuit, tandem incipiat complacere, dummodo ad contrahendum legiti-
mæ ſint perſonæ *cap. ult. h. n. t.* † Pœna raptus eſt capitalis 3
d. l. unic. C. de rapt. virgin. Clar. lib. 5. ſentent. §. raptus n. 2. quæ non videtur locum habere, ſi copula carnalis non ſit ſecuta *Anton. Teſſaur. deciſ. 217. n. 1.* Hâc autem pœnâ afficitur non ſolùm raptor, ſed etiã receptator, ut & cæteri omnes, qui conſcii & miniſtri fuerunt, *d. l. unic.* Jure verò canonico Clerici à gradu ſuo dejiciuntur, & laici excommunicantur unà cum adjutoribus ſuis *can. eos 1. & canon. de puellis 4. cauſa 36. q. 2.* Et tantùm de raptoribus. †
Quod verò attinet incendiarios & violatores Eccleſiarum, illi ex- 4
communicantur, *cap. conqueſti ſunt 22. & ibi gloſ. in verbis: Excommunicatos nuncietis d. ſentent. excommun. & ſepulturâ Eccleſiaſticâ. can. peſſimam 32. q. 8.* ubi *Innocentius II.* generaliter conſtituit dicens: *Peſſimam ſiquidem & depopulatricem, & horrendam incendiorum malitiam, autoritate Dei omninò deteſtamur & interdicimus. Si quis ergò poſt hujus noſtræ prohibitionis promulgationem malo ſtudio ſive pro odio, ſive pro vindictâ ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur: & ſi mortuus fuerit incendiarius, Chriſtianorum careat ſepulturâ. Nec abſolvatur, niſi prius damno, cui intulit, ſecundum facultatem ſuam reſarcito, juret, ſe ulterius ignem non appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, ut Hieroſolymis aut in*

morte, illud non videtur adversari *cap. in archiepiscopatu 4. tit. præced.* & aliis textibus, in quibus dicitur, quòd de jure canonico non imponitur pœna ſanguinis. Quia mors iſta non deſcendit ex inſtitutione juris canonici, ſed ex jure divino, ut arguit *d. cap. 1.* in ſcriptio. † Deinde in *cap. 2.* ſcribitur *h. t.* quòd pro furibus
& latronibus, ſi in furando & deprædando obeunt, non ſit orandum, quia hi tanquam indigni propter mortale peccatum, in quo exiſtunt, ad ſacramenta Eccleſiaſtica non admittuntur *can. placuit 11. cauſa 23. q. 5.* ſi tamen eos in morte pœnituit, communio eis & ſepultura non eſt deneganda *d. cap. 2.* nam Eccleſia nulli claudit gremium redeunti *cap. ſuper eo 4. d. Hæretic. in 6.* † Præterea 4
ſubjicitur in *cap. ſi quis 3. h. t.* ſi quis propter neceſſitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria, veſtem vel pecus, quod debeat pœnitere hebdomadas tres, & ſi reddiderit, non cogatur jejunare.
† Cui textui videtur adverſari, quòd nulla huic furi pœnitentia 5
debuit injungi, cùm in neceſſitatibus omnia ſint communia *can. ſicut ii 8. diſt. 47. & can. diſcipulos 26. d. conſecratione diſt. 5.* Verùm diſtinguendum eſt inter neceſſitatem urgentem & levem. De hâc neceſſitate loquitur *d. cap. ſi quis 3.* de illâ verò reliqui textus *Thom. in 2. 2. q. 66. art. 7. & Joan. Boniface. tr. d. furt. §. animo lucrifaciendi n. 18.* † Ulterius ſcribitur in *cap. 4. h. n. t.* qui cum fure 6
partitur (in quibuſdam libris non rectè legitur, *patitur*) occidit animam ſuam. Non fur ſolùm, ſed ille reus tenetur, qui furti conſcius, quærente poſſeſſore non indicat. Ubi *verſ. Non fur ſolùm, usque ad finem* continet verba *Hieronymi* exponentis præcedentia verba Salomonis, quorum ſenſus eſt, quòd tam fur, quàm is qui partitur, reus ſit. Partitur autem quis cum fure per conſenſum, etiam accipiendo vel occultando *§. interdum quoque n. 7. d. obligat. quæ ex delict. naſc. Gloſſ. ad d. cap. 4. in verbo: partitur.* † Circà hoc 7
cap. 4. quæri ſolet, utrum quis teneatur furem indicare? quod videtur velle iſte textus in *verbis: Non fur ſolùm, ſed ille reus tenetur, qui furti conſcius, quærente poſſeſſore, non indicat.* Vult igitur *hoc capitulum* quòd quis teneatur furem indicare quærente poſſeſſore h. e. domino vel quocunque cujus intereſt *l. interdum 78. d. V. S. Abb. ad d. cap. 4. n. 4.* Aliud autem videtur diſpoſitum in *l. ſolent 15.*

d. præ-

d. praſcript. verb. & in fact. actionib. ubi non peccat, qui aliquid accipit, ut furem indicet. *Gloſſa ad d. cap. 4. in verbis: non indicat* diſtinguit inter jus civile & canonicum. De jure civili, inquit, quis non tenetur furem indicare, ſed de jure canonico. Et hanc diſtinctionem multi approbant *Dd.* quos allegat & ſequitur *Joan. Boni-*
8 *fac. de tract. d. Furt. ad eſt §. enim 72.* † Denique conſtituit Pontifex in *cap. ult. h. n. t.* quòd fur occultus poſt reſtitutionem & pœnitentiam modo idoneus ſit & ſuper hoc notâ vel infamiâ manifeſtâ nō reſperſus ad ſacros ordines poſſit promoveri. Loquitur autem Pontifex de fure occulto, quia de occultis non judicat Eccleſia *c. erubeſcant 11. diſt. 32.* Et de ſponte confeſſo, quia mitiùs agitur cum ſponte confeſſo, quàm cum convicto *can. presbyterum 3. diſt. 30. & can. Non dicatis 11. cauſa 12. q. 1.* atque de eo, qui non eſt ſuper hoc reſperſus manifeſtâ infamia. Nam infamia facti gravat opinionem *l. bonori 2. pr. d. Obſeq. parentib. & patron. praſtand.* & repellit à promotione *can. Tantis 3. diſt. 81.*

De Uſuris.
Titulus XIX.

Summaria.

Continuatio. 1.
Uſura unde? 2. *& quid?* 3.
Alia lucratoria, penſatoria, punitoria. 4.
An ſit J. Nat. Gent. & civili licita? 5. 6.
Ex quonam pacto debeatur? 7. *& ob quam moram?* 8.
De modo uſurarum. 9.
Quâ actione petendæ. 10.
Pœna eorum, qui contrà legitimum modum uſuras exigunt. 11.
Quomodo uſuræ deberi deſinant? 12.

Et ita

ET ita offenduntur cives in bonis per bonorum ablatio- 1
nem: nunc videndum eſt; quomodo offendantur per bo-
norum diminutionem. Hoc autem fit per exactionem uſu-
rarum. Unde *hic Titulus 19. de uſuris.* nunc ſequitur. † U- 2
ſura latinis dicitur ab uſu, teſte *Varrone lib. 4. d. Linguâ latinâ,*
quia propter uſum pecuniæ præſtatur *l. ſocietatem 60. pr. ibi:*
cum eâ pecuniâ ipſe uſus ſit, uſuras quoque eum præſtare debere La-
beo ait, pro Socio l. Tutor. 7. § pecuniæ 9. in verbis: pecuniæ, quam
in uſus ſuos convertunt, tutores legitimas uſuras præſtant. d. admi-
niſtr. & pericul. tutor. & l. deductâ 58. §. cum autem 6. ibi: uſuræ
propter uſum medii temporis perceptæ, ad SCt. Trebellian. Aliæ
derivationes videantur apud *Joan. Parlador. lib. 2. rer. quoti-*
dianar. c. 2. n. 6. Hebræis autem appellatur *tharbith* & *mar*
bith, quæ voces denotant incrementum, & multiplicationem.
Deſcendunt enim à radice *rab*, quæ multum, & *rabba*, quæ
multiplicari ſignificat. Aliquando etiam vocatur *Neſcheeh*,
quod ſignificat morſum, ſeu corroſionem, quia deſcendit à
Naſchich quod eſt mordere, & arrodere *Ludov. Lavater. in Pro-*
verb. Salomon. c. 28. v. 18. & Petr. Heig. part. 2. quæſtion. jur. q. 1.
n. 106. & Chriſtophor. von Hagen *in tr. d. uſu uſurar. &c. c. 1. n. 3.*
† Definitur uſura variè. *Matth. Weſenb. ad Tit. π. de uſur.* 3
&c. n. 4. uſuram propriè dicit eſſe lucrum ſupra ſortem ex
mutuo exactum. Quæ definitio videtur anguſtior ſuo defi-
nito. Non enim omnis uſura lucrum continet, ut ipſe quo-
que *Weſ. n. 5.* fatetur. Et conſtat ex *l. cum quidam 17. §. ex lo-*
cato 4. l. mora 32. § in bona 2. de Uſur. l. Titia 87. §. uſuras 1. de Le-
gat. & fid. 2. 1. tit. C. de Uſur. & l. uſuræ 2. C. depoſ. vel contra quòd
uſuræ non ſolùm ex mutuo, verum etiam ex omnibus aliis
contractibus deberi poſſint. *Duaren. ad Tit. Pand. d. uſur. c. 1.*
uſuram definit acceſſionem ſortis, quam propter uſum pecu-
niæ à debitore Creditor exigit. Aliam definitionem pro-
ponit *Cujac. in π. ff. de uſur.* quòd ſit ad ſortem ſive quantita-
tem, quæ debetur quacunque ex causâ, acceſſio ex conven-
tione vel officio judicis. Quæ definitiones non videntur
malæ eſſe; A nobis verò definitur uſura, quòd ſit legitima

pecuniæ ſupra ſortem propter ejus uſum acceſſio. Dicitur 1. acceſſio *l. frumenti 12. C. de uſur. l. ſi filiusfam. 3. C. ad SCt. Macedon. l. 1. in pr. de Pollicitationibus l. ædiles 25. §. præterea 9. & l. debet autem 27. d. ædil. edict.* quô verbô continetur, quicquid accedit rei principali, ſive ſit uſura, ſive fructus, ſive partus ſive res alia *l. ſi in emptione 34. pr. d. Contrah. empt. Cujac. in tr. ff. ad uſur. Duar. ad Tit. de nautico fœnor. cap. de acceſſione, & Borcholten de uſur. c. 1. n. 25.* Deinde uſura eſt acceſſio non quævis ſed *legitima* quemadmodum colligitur ex *l. pecuniæ 9. & l. placuit 29. de Uſur.* Præterea addidimus vocem *pecuniæ*, quâ ſignificatur quantitas ſeu res, quæ conſtat pondere, numero, & menſurâ. *l. mutuum 2. §. creditum 3. de reb. credit.* Uſura enim non tantum conſiſtit in nummis, verum etiam in aliis quantitatibus *d. l. frumenti 12. & l. in fideicommiſſi d. Uſur.* Ulterius diximus in definitione : *ſupra ſortem*, quia uſura non eſt ipſa ſors, ſed exigitur & datur ſupra ſortem. Sors verò appellatur illa pecunia, quæ principaliter debetur & cujus nomine acceſſio penditur *l. lecta 40. d. reb. credit.* Denique adjecta ſunt iſta verba : *propter ejus uſum*; quia propter uſum uſura præſtari ſolet, uti ſupra probavimus. Abutimur autem voce uſûs, quia propriè uſus pecuniæ non eſt, uſu enim conſumitur, & aſſiduâ permutatione quodammodo extin-
4 guitur §. *conſtituitur 2. J. de Uſufr.* † Dividitur autem uſura à Dd. in lucratoriam, compenſatoriam, & punitoriam. lucratoriam dicunt, quæ propter ipſum mutuationis officium tantùm ſine alia juſtâ causâ contra naturam contractûs exigitur. Deinde compenſatoria eſt, quæ ultrà ſortem accipitur in mutuo non propter officium mutuandi, ſed propter aliam juſtam cauſam, puta propter indemnitatem mutuantis. Denique punitoria uſura appellatur, quæ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſolventium, ut pœna infligitur. *Vid. Carol. Molinæus tract. commerciorum, contractuum & uſurarum n. 8.* Quam ultimam ſpeciem, ideò rejicit *Giſan. in Comment. d. Diviſionib. jur. th. 93.* quòd pœna differat ab uſurâ. Quia tamen uſura hæc pœna expreſsè dicitur

citur in *l. lecta 40. d. Reb. credit.* non malè punitoria appellari
poterit. Plura *d. diviſione uſurarum* videantur apud *Giſan.
d. loc. Borcholten d. uſur. c. 2. n. 4. & ſeqq. Conrad. Rittershuſ. part.
3. Novellar. c. 9. n. 2. Hieronym. Treutl. vol. 2. Selectar. diſp. 3. th. 1.
lit. F, & G. & ibi Bachov, th. 2. lit. A.* † Eſt autem uſura- 5
rum cauſa efficiens alia remota, & alia propinqua. Remota
eſt jus, per quod intelligimus 1 jus naturale cum *Joan. Bor-
cholten d. uſur. c. 1. n. 6. & ſeqq.* Chriſtoff von Hagen. *Tract. de
uſu uſurarum c. 3. n. 28. usq. ad n. 137. & cap. 6. n. 130. cum multis
ſeqq.* qui etiam ad *Didaci Covarruv. lib. 3. variar. reſolut. c. 1. n. 5.*
& aliorum argumenta & rationes, uſuras jure naturali prohi-
bitas eſſe contendentium, reſpondent. 2. Jus gentium. vid.
Chriſtoff von Hagen *d. c. 3. n. 138. & ſeqq.* 3. Jus civile *t. t. D. &
C. de uſur.* Non adverſatur *l. improbum 20. C. Ex quibus cauſis in-
fam. irrogat.* ubi fœnus dicitur improbum, & fœneratores no-
tantur infamiâ; Quia reſpondetur in hâc lege non dici omne
fœnus improbum, ſed quod exercentes fœnus improbum h.
e. uſuras jure prohibitas exigentes, infamiâ ſint notandi.
Gravius videtur obſtare ſequens argumentum: Juſtinianus
in *l. cum velimus 7. §. per omnia 4. C. d. ſumm. Trinit. & Novell.
d. Eccleſiaſticis titulis &c: 131. cap. ſancimus 1.* obſervari præcipit
decreta Concilii Nicæni. In iſto autem Concilio uſuræ ſunt
prohibitæ *Can. quoniam 2. diſt. 47. & Can. quoniam 8. cauſa 14. q.
4.* Ergò etiam jure civili uſuræ ſunt prohibitæ. Quidam
reſpondent, Imperatorem Concilium Nicænum approbaſſe
ad conſervandum & propugnandum articulos fidei & doctri-
næ Chriſtianæ, contra errores Neſtorii, Eutychis & ſimilium
hæreticorum, in quatuor illis ſynodis, nimirum Nicænâ,
Conſtantinopolitanâ, Epheſinâ, Chalcedonenſi condemna-
torum; non autem ut leges contractuum pro conſervando
ſtatu politico, multis vigiliis excogitatas per hoc evertat vel
labefactet. Volunt igitur Imperatorem Nicænum Conci-
lium, quoad uſuras, non approbâſſe. *Bl. ad l. 1. n. 3. C. de Summ.
Trinit. Covarruv. d. c. 1. n. 6. & Borcholt. d. cap. 1. n. 19.* Sed
huic reſponſioni videtur adverſari *d. l. cum velimus 7. §. per*

omnia 4. ubi dicitur, quòd Juſtinianus per omnia ſequatur ſancta quatuor illa concilia. Qui autem dicit omne, nihil excludit *l. à procuratore 13. C. mand. vel contra*, aliisque ſimilib. textibus. Unde rectiùs alii reſpondent, Nicæno Concilio non omnino tolli uſuras, ſed eas Clericis tantùm interdici. *Alciat lib. 6. παρεργ. c. 10. & Chriſtoff von Hagen d. cap. 6. n. 166.* aut prohibitas tantùm fuiſſe uſuras turpes, quales ſunt centeſimæ, & centeſimâ graviores. *Carol. Molin. d. tr. n. 84. & n.*
6 *515.* † An autem jus civile per jus canonicum correctum ſit, quæri ſolet. Ita volunt *Dd. comm.* propter *cap. quoniam 2. cap. quia in omnibus 3. d. n. tit. cap. quanquam 2. Eod. Tit. in 6. can. ſi quis 4. cum can. ſeq. cauſa 14. q. 4.* à quibus recedit *Molinæus d. n. 515.* ubi, *fremant*, inquit, *omnes licet, ego ſolius veritatis, quæ ſuper omnia vincit fiduciâ fretus, dico ſententiam juris civilis de uſuris, non eſſe correctam, nec reprobatam per Canones.* Idem ſentit Chriſtoff von Hagen *d. tr. c. 4.* qui omnes textus ex jure canonico allatos, loqui exiſtimat de uſuris mordacibus, & dilectionem proximi offendentibus, immoderatis, illegitimis, & improbis, turpibus & nocivis. Sed hæc opinio difficulter poteſt defendi propter *cap. conſuluit. 10. h. n. t.* ubi omnis uſura prohibetur, & qui eam exigit, dicitur malè agere.
7 † Propinqua verò cauſa efficiens uſurarum eſt duplex: conventio & mora. *l. cum quidam 17. §. ex locato 4. l. mora 32. §. in bonæ 2 h. n. t. & l. quamvis 3. cum l. ſeq. C. de Uſur.* Per conventionem intelligimus pactum & ſtipulationem. Pactum adjicitur contractui in continenti, qui eſt vel bonæ fidei, vel ſtricti juris. Ex pacto quod in continenti bonæ fidei contractui eſt adjectum, debentur uſuræ *l. Lucius Titius 24. in fin. l. Publia Mævia 26 §. 1. Depoſ. vel contra & l. initio 5. C. de pact. inter emptor. & vendit. compoſ.* Diximus *in continenti*: quia ex intervallo adjectum pactum non prodeſt ad petendas uſuras *d. l. initio 5. verſ. nam ſi initio & l. juris gentium 7. §. quin imo 5. d. Pact.* Ex pacto autem ſtricti juris contractui in continenti adjecto non debentur uſuræ *d. l. quamvis, 3. l. ſi ex pretio 6. C.*

ſi

ſi cert. petat. & *l. Titius 24. d. Præſcript. verb.* Ex ſtipulatione
autem debentur uſuræ *l. 1. d. l. quamvis 3. C. de uſur. l. idemque
10. §. ſi quis 4. mand. vel contra* modò uſurarum quantitas ſtipu-
latione ſit expreſſa *l. quod in ſtipulatione 31.* & *l. tutor 41. §. ult. de
uſur.* † Ob moram etiam debentur uſuræ in bonæ fidei 8
judiciis *d. l. mora 32. §. in bonæ 2.* & *l. præſes 17. C. d. loc.* & *conduct.*
à quibus differunt ſtricti juris judicia. Nam in his non de-
bentur uſuræ à tempore moræ, ne quidem poſt litem conte-
ſtatam *l. quamvis 3. C. de uſur. l. quoties 4. C. de Condict. ob turp.
cauſam* & *l. 1. C de Condict. indebit. Donell. in tr. de Uſur. c. 3. Dua-
ren. ad h. t. c. 2 Borcho. de uſur. c. 3. n. 51.* & *ſeqq.* & *Hieronym.
Treutl. ſelect. diſp. vol. 2. diſp. 3. th. 3. lit. C.* † Forma uſu- 9
rarum conſiſtit in modo earum, qui non ſemper unus idem-
que fuit. Nam primò erat modus uſurarum unciarius h. e.
una uncia ſolvebatur teſte *Tacito lib. 5. Annal.* deinde ad ſe-
munciam redacta eſt uſura. Poſtremò planè fuit vetita uſu-
ra, *Tacit. d. loc.* Mox reſtauratus eſt modus uſurarum, & ad cen-
teſimam auctus, ut colligitur ex *l. ſi pro mutua 8. C. ſi cert. pet.*
qui modus duravit usque ad tempora Juſtiniani Imp. Hic
enim ſublato iſto modo, illuſtribus trientem, argentariis &
mercatoribus beſſem, cæteris verò ſemiſſem conceſſit *l. eos 26.
§. ſuper 1. C. de Uſur.* Deinde ad modum uſurarum refertur,
quod neque uſuras uſurarum *l. placuit 29. de uſur.* & *l. ut nullo
28. C. de uſur.* neque etiam uſuras ultra duplum liceat ſtipulari
vel exigere *l. ſi non ſortem 26. §. 1. d. Condict. indeb.* Denique
forma uſurarum etiam in eo conſiſtit, quod debeat certus mo-
dus adjici uſurarum. Si enim ſimpliciter promittuntur, nul-
lius momenti eſt conventio *l. quod in ſtipulatione 31.* & *l. Tutor.
41 §. ult. d. Uſur. Donell. ad d. l. quamvis 3. n. 2.* & *3. C. de uſur.*
† Effectus autem uſurarum conſiſtit in actione, quâ uſuræ
petuntur, & in pœnis, quæ infligi ſolent iis, qui ſupra legiti- 10
mum modum uſuras exegerunt. Solent autem uſuræ actio-
ne ex contractu deſcendente peti, ſi ex pacto in continenti
bonæ fidei contractui adjecto vel ex morâ debeantur *l. in bonæ
13. C. de uſur. l. ſi depoſiti 3. cum l. ſeq. C. Depoſit. vel contra* & *l. in-*

rigentium 7. §. quin imo 5. de Pactis. Si igitur Creditor de ſorte egerit & fortè condemnatio uſurarum nulla facta eſt, nec provocatio ſecuta, ultra de uſuris non poterit experiri, quia non duæ ſunt actiones, alia ſortis, alia uſurarum, ſed una quæ judicis ſententia ſublata eſt *l. ſi depoſita 4. C. depoſ. vel contra.* Deinde peti poſſunt uſuræ condictione certi *princ. Tit. J. d. V. O. & l. certi condictio 9. pr. de Reb. credit.* ſi ſtipulatione ſunt promiſſæ, quia uſuris ſemper certa quantitas adjici debet *l. quod ſi 31. l. Tutor 41. §. ult. in f. d. uſur.* Denique condictio ex lege datur ex nudis pactis, ex quibus debentur uſuræ. Illa enim pacta ſunt legitima, quæ producunt actiones *l. legitima 6.*
21 *d. pactis.* † Pœnæ verò, quibus afficiuntur, qui ſupra legitimum modum uſuras exigunt, ſunt variæ 1. eſt, quod pactum uſurarium, contractui licitè adjectum, eum irritum non faciat, cùm utile per inutile non vitietur *l. 1. §. ſed ſimili 5. d. V. O. & cap. utile 37. d. R. J. in 6.* tamen uſuræ quatenus illicitæ ſunt, annullantur *l. uſuras 20. l. placuit 29. de uſur. l. cùm allegas 25. & l. conſtitutionibus 20. C. eod. tit. l. ſi legatum 3. §. ult. d. annuis legat. & fideicom. & l. ſolutum 11. §. ſi in ſortem 3. in f. d. pign. action.* Unde etiam Creditor eas in ſortem imputare, aut reſtituere tenetur *l. ſi non ſortem 26. pr. de condict. indebit.* 2. Notantur infamiâ *l. improbum 20. C. Ex quibus cauſis infam. irrogat,* & quidem ipſo jure propter *can. infames 2. verſ. aliquando ipſo genere facti, cauſa 3. q. 7.* 3. Jure noviſſimo quartam partem ſortis principalis amittit uſurarius, quæ ordinario magiſtratuî cedit, propter *ordinationem Imperii de Anno 1539. & Anno 1548. promulgatam Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 4. n. 1.* 4. Uſuræ uſurarum adeo ſunt prohibitæ, ut etiam in ſortem redactæ repeti poſſint, *d. l. ſi non ſortem 26. §. 1. d. Condict. indeb.* Si tamen Tutor vel Curator uſuras exactas uſibus ſuis retinuerint, earum uſuras cognoſcere eos oportet, quia parvi refert, utrùm ſortem pupillarem an uſuras in ſuos uſus converterint, *l. Tutor. 7. §. ſi uſuras 12. & l. qui negotiationem 58. §. Ex duobus 1. d. adminiſtrat. & pericul. Tut. Tiber. Decian. lib. 2. reſponſor. 59. n. 50. & Erneſt. Cothm. lib. 5. conſil. 24.* 5. Manifeſtus uſurarius ad communionem

nem altaris non debet admitti *cap. quia 3. h. t.* neque in cæme-
terio ſepeliri *cap. quanquam 2. h. t. in 6. Clement. 1. d. ſepultur. &*
cap. cum tu 3. h. n. tit. Sepultus autem debet exhumari, mo-
dò ſine ſcandalo id fieri posſit. *Abb. in cap. ſuper 4. n. 2. de ſta-
tu monachorum & canonicorum regularium.* Denique uſurarii
manifeſti neque teſtari poſſunt, niſi de uſuris ſatisfecerint,
vel ſatisfaciendo pro ſuarum viribus facultatum præſtiterint
idoneam cautionem *d. cap. quanquam 2. verſ. nullus Jul. Clar. lib.
3. ſent. §. Teſtamentum q. 26. n. 1.* Neque etiam poſſunt mortis
cauſa donare, aliàs facilè eludi poſſet diſpoſitio *d. cap. quan-
quam 2.* Et hæc eſt magis communis opinio *Dd.* teſte *Claro
lib. 4. ſentent. §. donatio q. 7.* † Superſunt contraria uſu- 12
rarum. Deſinunt autem deberi uſuræ vel legis beneficio,
vel facto hominis. Legis beneficio ſi uſuræ ſortem æquave-
rint. *l. ſi non ſortem 26. §. 1. de Condict. indeb. & l. pen. §. 1. C. d. uſur.*
Facto verò hominis uſuræ deberi deſinunt ſeqq. modis: Pri-
mus eſt, ſi manente ſortis obligatione Creditor uſuras remi-
ſerit, vel expreſſa conventione, quia pacta ſunt ſervanda *l. 1.
pr. de pact.* Unde remittentibus actiones ſuas non datur re-
greſſus *l. quæritur 14. §. ſi venditor 9. de ædil. edict.* vel etiam taci-
tâ *l. cum quidam 17. §. divus 1. d. uſur. Donell. de uſur. c. 5.* Secun-
dus modus eſt ſi tota ſors ſit ſoluta creditori *l. qui per colluſio-
nem 49. §. 1. d. actionib. Empt. & vendit. l. Tutor 41. §. Lucius Ti-
tius 1. de uſur.* nam tunc tollitur de ſorte actio, quâ ſublatâ nec
acceſſioni locus eſſe poterit *l. ult. de eo quod certo loco dari oport.
& l. ſi depoſitâ 4. C. depoſ. vel contr.* Cùm enim principalis cau-
ſa non ſubſiſtit, ne ea quidem quæ ſequuntur locum habent,
l. cum principalis 178. d. R. J. Ultimus modus eſt, ſi debitor
totam ſortem cum uſuris teſtato obtulerit creditori, & eo
non accipiente, conſignatum in publico depoſuerit *l. 1. §. ult.
in fin. de uſur. l. ſi creditrici 6. l. ſi per te 9. in fin. l. acceptam 19. C. d.
t. & l. obſignatione 9. ibiq. Donell. C. de ſol. & liberat.*

Notabilia.

1. Cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeunt oc-
cultari. *cap. in civitate 6. in fin.*

2. De

2. De dolo & fraude nemo debet commodum reportare *cap. Tuas 13. in f.*

3. Fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem *cap. quia fruſtra 14.*

4. Frequenter dotis fructus non ſufficiunt ad onera matrimonii ſupportanda *cap. ſalubriter 16.*

De
Crimine Falſi.
Titulus XX.
Summaria.

Continuatio. 1.
Falſum quid? 2.
Quod modis committatur? 3. 4. 5. 6. 7.
Quæ ejus requiſita? 8. *& pœna?* 9.

1 Titulum hunc ita continuat *Abbas* cum præcedentibus. Inter cætera præcepta legis divinæ continetur, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, & quia ſuprà viſum eſt de furtis atque uſurâ, quæ eſt ſpecies furti: ideò ſequitur nunc *Titulus de Crimine falſi.* Aliis autem hæc placet continuatio; Civium bona deminuuntur, non ſolùm per exactionem uſurarum, verùm etiam per crimen falſi, ſortilegii, & colluſionem poſteà detectam. De uſurarum exactione egit Compilator Decretalium in *Tit. de uſuris*
2 *19.* nunc tractat in *h. tit.* de falſi crimine. † Falſum definitur à Dd. quòd ſit doloſa veritatis immutatio in alterius præjudicium facta. *Mynſ. ad §. item lex Cornelia 7. n. 15. I. d. publ. judic.* Dicitur etiam falſum veritatis immutatio in *præfat. Novell. d. Inſtrumentorum cautela & c. 73.* quia falſatores ſtudent imitari ea, quæ vera ſunt, ut falſa videantur veriſimilia. De tribus autem eſt agendum hoc in Titulo, quorum primum concernit modos, quibus committitur falſum. Alterum eſt de requiſitis falſi. Ultimum de pœnis falſi.
3 † Variis autem modis committitur falſum, uti ex *hoc & Tit. ad L. Corneliam de Falſis* conſtat. Primò autem committitur falſum in dicendo; Nam non minus frequenter falſum dicitur, quàm ſcri-

ſcribitur: ut in dicendo teſtimonio. De quo modo committendi
falſum ita ait *Auguſtin. in cap. 1. h. n. t. Falſidicus teſtis tribus perſo-
nis eſt obnoxius: primùm Deo, cujus præſentiam contemnit: inde
judici, quem mentiendo fallit, poſtremò innocenti, quem falſo teſti-
monio lædit. Uterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui men-
dacium dicit: quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.*
De quæſtionibus, quæ circa teſtem moveri ſolent, videndus eſt
Petr. Theodoricus in Collegio Criminal. diſput. 8. th. 2. lit. C. † 4
Deindè committitur falſum inſcribendo, cùm quis teſtamentum
vel aliud inſtrumentum falſum ſcribit, ſignat, recitat, ſubjicit, *§.
item lex Cornelia 7. I. d. public. judic. l. qui teſtamentum 2. d. Lege
Cornel. de Falſis*, & cum legatum in teſtamento quis ſibi adſcribit
l. ſi quis legatum 6. in pr. d. t. † Tertiò aſſeverando falſum 5
nomen aut cognomen *l. falſi 13. pr. eod. tit.* modò fraus aut dolus
intervenerit, aliàs nominis mutatio licita eſt *l. unic. C. d. mutatio-
ne nominis.* † Quartò depravando, ut qui nummos radit, 6
tingit, fingit, *l. quicunque 8. d. Lege Cornel. de falſis*. falſam mone-
tam percutit *l. qui falſam 19. eod. tit.* menſuras publicè probatas
corrumpit, aut pondera falſat *l. pen. §. ſi venditor 2. d. t.* † Huc 7
etiam 5. pertinent, qui falſum circa literas Papæ commiſerunt,
cap. ad falſariorum 7. h. n. t. Quot autem modis falſari poſſint
iſtæ literæ, conſtat ex *cap. licet ad regimen 5. d. t.* Falſæ etiam ſunt
literæ Papales, in quibus Epiſcopus vocatur filius, vel inferior fra-
ter, vel quando Papa uni ſcribit in plurali *cap. quam gravi 6. d. t.*
† Sequuntur Falſi requiſita, in cujus pœnam atque coërcitionem 8
is incidit, qui dolum malum commiſit. *l. 1 pr. l. qui tutelam 2. l.
lege Cornelia 8. §. pœna 3. de Leg. Cornel. d. Falſ.* Nam ſine dolo
malo falſum non committitur *l. nec exemplum 20. C. ad l. Cornel.
de Falſis.* Quid ſit dolus malus, traditur in *l. 1. §. dolum 2. de dolo
malo.* Et quia falſum non committitur, etiamſi dolus adſit, niſi et-
iam veritas mutetur & pervertatur; ideò præcedenti definitione
dictum fuit, quòd falſum ſit *doloſa veritatis immutatio*, & additum
eſt, *in alterius præjudicium facta*; quæ verba ideò rejicit *Petr. Theo-
doricus d. diſp. 8. th. 1. lit. D.* quòd ſæpiſſimè falſitas absque præju-
dicio alterius committatur, nullique noceat. *Sic ſcriptum, in-*

quit, *ob ſubſtantialia & ſolennitates perfectam, ratione vero materiæ nullam falſificans, omninò tenetur pœna falſi, licèt nemini damnum*
9 *intulerit.* † Denique quia crimen falſi magnum eſt, propterea etiam magnis pœnis vindicatur. Et quidem jure civili puniuntur ultimo ſupplicio. *l. quicunque 8. d. Leg. Cornel. d. Falſis.* Liberi verò deportatione *d. § item lex Cornelia 7. in f.* atque omnium bonorum publicatione *l. 1. §. ult. d. Lege Cornel. de Falſis.* Quæ tamen pœnæ amplius non ſunt in uſu, & in locum deportationis ſucceſſit relegatio, aliquando etiam fuſtigatio *Schneidw. ad d. §. Item lex Cornelia n. 10. & Weſ. ad d. t. de lege Cornel. de falſis n. 12.* Et quia pœnæ commenſurandæ ſunt delictis *cap. ſicut 6. de homicid. volunt. vel caſ. cap. ut Clericorum 13. d. vit. & honeſtate Cleric. & l. ſancimus 22. C. de pœn.* Falſarii pro criminis qualitate aliquando remiſſius, & aliquando ſeverius puniuntur *l. falſi 13. §. 1. & l. qui duobus 21. de lege Cornel. de Falſis.* Jure autem Canonico quomodo puniendi ſint, qui circa literas Apoſtolicas falſum commiſerunt, apparet ex *cap. ad falſariorum 7. h. t.* Et Clericus falſans ſigillum principis, deponitur, character ei imprimitur, atque in exilium mittitur *cap. ad audientiam 3. d. t. & cap. cum non ab homine 10. d. jud.*

NOTABILIA.

1. Pontifex Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, fratres: Cæteros autem reges, principes, vel alios cujuscunque ordinis filios in ſuis literis appellat. *cap. quem gravi 6.*

2. Papa ad unum tantùm ſcribens, nunquam ei loquitur in plurali, ut vos ſive veſter *d. cap. 6.*

3. Propter paucarum literarum raſuram in loco non ſuſpecto, reſcriptum non probatur falſum *cap. ult.*

4. Quilibet ad renunciandum juri ſuo, liberam habet facultatem *d. cap. ult.*

De

De Sortilegiis. Titulus XXI.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Sortilegium quid, & quæ ejus pœna? 2.

QUia per ſortilegia quoque civium bona deminuuntur, & ſortilegia in ſe continent falſitatem, propterea quòd ſortilegus ſub nomine fictæ religionis nequitiam ſuam exerceat, *can. ſortilegi unic. cauſa 26. q. 1.* ideò poſt *Titulum de crimine falſi* rectè ſequitur *hic Titulus de ſortilegiis.* † Sortilegium à *ſorte* dictum, quæ quamvis non eſt aliquid mali, ſed res eſt in dubitatione humanâ, divinam indicans voluntatem *can. ſors 1. d. cauſa 26. q. 2.* ex uſu tamen loquendi ſortilegium ſemper in malam partem accipitur pro uſu ſortis illicito ac ſuperſtitioſo, qui vel expreſsè vel ſaltem implicitè operâ & arte Dæmonis committitur *Joan. Wiringus ad h. n. 1. n. 3.* Hinc pro furtis inveniendis, vel divinationibus faciendis prohibita ſunt ſortilegia, & contra facientibus pœna imponitur *cap. 1. h. t.* Presbyter quoque qui per inſpectionem aſtrolabii furta requirit, ad tempus ſuſpenditur ab altaris miniſterio *cap. ex tuarum 2. eod. Tit.* 1 2

De Colluſione detegenda. Titulus XXII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Colluſio. 2. *punitur.* 3.

Explic. c. 3. h. t. 4.

Quid ſi quis per colluſionem fuerit abſolutus à crimine? 5.

HIc *Titulus* ideò ſequitur poſt *Titulum de ſortilegiis & crimine* 1

 falſi,

falſi, quia qui in judiciis colludunt, quoniam aliud agunt, &
2 aliud ſimulant, falſariis & ſortilegiis affines ſunt. † Eſt autem colluſio inter actorem & reum latens & fraudulenta conventio. Unde ſi accuſator ab accuſatione deſiſtat, debet judex inquire-
3 re, an per colluſionem hoc factum ſit. † Colludium enim non debet remanere impunitum *can. ſi quem pœnituerit 8. cauſa 2. q. 3. Gloſs. ad cap. audivimus 3. voc. colluſione h. t. n.* Hinc crimina ſemel audita *Gregorius Pontifex*, indiſcuſſa nullo modo præteribat, etiam ſi accuſatus cum accuſatore in gratiam rediiſſet *cap. crimina 2. eod. Tit.* quia undecunque crimina claruerint, punienda ſint *can. Ecce 18. cauſa 24. q. 3. & can. ſi quid 23. diſt. 86.* Debet autem concordia inter accuſatorem & accuſatum comparata eſſe non ex præmio, ſed ex charitate *cap. 1. h. n. t.* ſi enim ex charitate concordia facta eſſet, accuſatores poſſent tolerari, ſed ex præmio non, *Gloſs. ad d. cap. 1. voc. charitate, & in voce qualitas. Ubi, de amicitia latatur*, inquit, *& non de modo illo, quo in amicitiam convenerunt. Et ideo præcepit inquiri de colluſione. Unde dixit Johannes quidam ſapiens fantaſma: Deus non eſt remunerator nominum ſed adverbiorum h. e. non remunerat Deus bonum quod fit, ſed quod benè fit. Unde non remunerat Judæos, qui crucifixerunt Chriſtum licet mors Chriſti bona fuerit, quia propter hoc de pœnis inferni nos redemit, & ideò non re-*
4 *muneravit eos, quia non benefecerunt.* † Beneficio etiam ſuo privatur qui per colluſionem iſtud conſtituit cenſuale. Talis enim facti ſpecies proponitur in *cap. audivimus 3. h. n. t.* Quidam Clerici ſuper beneficiis, quæ poſſident, ſe permittunt, & ſuſtinent ab aliis moleſtari: & poſtmodùm, ut quæſtioni cedant, & illi quietè poſſideant, quaſi nomine tranſactionis ſolvunt aliis de ipſis beneficiis annuam penſionem, ut poſt mortem eorum in beneficiis illis, ſuper quibus facta eſt colluſio, jus ſibi valeant vindicare. Poſtquàm autem hoc pervenit ad notitiam Papæ, mandat ille Epiſcopo Diœceſano, quatenùs ſi conſtiterit ei, Clericos ſuæ jurisdictionis per colluſionem fraudem hujusmodi commiſiſſe, eos beneficiis illis, ſuper quibus colluſum eſt, non differat ſpoliare, cùm ſatis eſſet indignum, ſi fraus & dolus, quæ in præjudicium ſui juris & aliorum nituntur committere, in eorum commodum & jacturam non re-

dun-

dundarent. † Pæcedentibus addendum eſt, ſi quis per collu- 6
ſionem fuerit abſolutus, & de hujuſmodi colluſione ac corruptio-
ne conſtiterit, quòd iterùm contra illum inquiri poſſit de crimine
cap. In tantum ult. in fin. h. t. quia iſta abſolutio facta eſt fraudu-
lenter *d. can. ſi quem pœnituit 8. cauſa 2. q. 3.*

De Delictis Puerorum.

Titulus XXIII.

SUMMARIA.

Cont. & arg. tit. 1.
Puer quis h. l.? 2.
Pubertas duplex. 3.
Delicta puerorum quæ & quomodo puniantur? 4.

IN *Titulis* aliquot *præcedentibus* viſum eſt de quibuſdam delictis; 1
quia verò dubitatur an talibus delictis puerilis ætas implicetur,
ideò ſequitur *hic titulus, de delictis puerorum*, qui habet duas partes.
In unâ agitur de pueris, in alterâ de puerorum delictis. † Pueri 2
appellatio tres habet ſignificationes: Unam, cùm omnes ſervos pu-
eros appellamus, alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ
dicimus: tertiam, cùm ætatem puerilem demonſtramus *l. pueri 204.
d. V. S.* Et hæc ultima ſignificatio ad hunc Titulum pertinet *cap. in
fin. h. t.* Ætas autem puerilis continetur annis à primo ortu maris,
quatuordecim, à primo ortu fœminæ duodecim *princ. tit. J. quib.
mod. tutela finitur & l. à quâ ætate 5. qui teſtam. facer. poſſ.* &
quemadm. teſtam. fiant nam hac ætate homines ſolent pubeſcere
l. fin. C. quando tutores vel Curatores eſſe deſinant d. cap. 1. h. n. t.
† Pubertas autem eſt vel plena, vel non prorſus plena. Plena pu- 3
bertas in mare eſt anno ineunte decimo octavo, in fœmina anno
decimo quarto §. *minorem autem in fin. J. d. adoptionib. l. arrogato
40. §. 1. eod. tit.* Non plena igitur pubertas eſt intrà annum deci-
mum quartum & decimum octavum in maſculis: in fœminis verò
intra annum duodecimum, & decimum quintum *Herman. Vult.*

4 *lib. 1. J. Rom. c. 4. n. 30.* † Quòd verò attinet delicta puerorum, ſeparat Pontifex in *d. cap. 1.* delicta, quæ membris genitalibus admittuntur, à reliquis delictis. Nam antequam pueri pubeſcere incipiunt, non poſſunt carnis delicta admittere, quia præſumuntur inhabiles ad coitum, & ideò dicitur in *l. ſi minor 36. ad L. Jul. d. adulter.* quod minor duodecim annis non poſſit accuſari de adulterio. Nec adverſatur, quòd puer novem annorum nutricem ſuam reddidit prægnantem, referente *Gloſſâ in ſumma, cauſa 20. q. 1. in verbis: quod intra annos*, quæ citat *Gregorii dialogum*, Quia hæc eſt exceptio à regulâ, quæ proponitur in *hoc Titulo.* Reliquis autem delictis, ut furtis, mendaciis & perjuriis plena eſt puerilis ætas, in quibus tamen mitiùs puniuntur, quàm adulti, quia adulti magis peccant ex malitiâ, & ex habitu, quàm pueri *cap. 1. in fin. & ibi Canoniſtæ h. n. t.*

De
Clerico Venatore.
Titulus XXIV.
Summaria.

Continuatio. 1.
Interdictum Clericis venatione. 2.
Non etiam piſcatione. 3.

1 HActenus egit Compilator Decretalium de criminibus, quæ fiunt contra Rempublicam, cum cives offenduntur; nunc tranſit ad alterum membrum, cùm Clerici in Reipub. perniciem luxuriantur, quod fit quando dediti ſunt venationibus, vel violentis percuſſionibus, vel maledicæ linguæ, vel ſi ſint excommunicati, vel depoſiti, vel nondum ordinati, vel per ſaltum promoti, vel ſi ordinem furtivè ſunt conſecuti. De clericis, qui ſunt dediti venationibus, agitur in *h. t.* de reliquis clericis in *tit. ſeqq.* uſque ad
2 *tit. 30. Wilhelmus Schmuckius in ſynopſi juris canonic.* † In hoc autem Tit. prohibentur venationes clericis. Nam *Concilium Aurelianenſe* omnibus ſervis Dei venationes & ſylvaticas vagationes cum canibus, & accipitres aut falcones habere interdixit, *cap. 2. h.*

2. h. t. n. ita etiam, ut Epiſcopus contrafaciens, tribus menſibus à communione, Presbyter duobus, & Diaconus ab omni officio ſuſpendatur *cap. 1. d. t. can. Epiſcopum 2. & can. omnibus 3. diſt. 34.* Satis enim grave eſt, videre deſtinatum perpetuo Dei ſervitio, vagantem & clamantem feras perſequi. Si victûs gratiâ, de ciborum delectu ſolicitum; Si lucri causâ, pro loculis relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis; Si voluptatis causâ, crudele nimiùm & horrendum, ex facultatibus, quæ Eccleſiæ ad uſum pauperum conferuntur; *can. aurum 70. cauſa 12. q. 2.* canes, aves, & nihili homines venatores nutriri: eum quærere delicias ſeculi, cui dictum ſit à Deo, vade, vende omnia, quæ habes, da pauperibus, tolle crucem tuam quotidiè *Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntagm. juris univerſ. lib. 39. c. 10. n. 14.* † Neque adverſatur, quòd Clericis conceditur piſcatio *can. Eſau 11. diſt. 86.* quia à piſcatione ad venationem non rectè concludimus. Venatio enim fit clamore, piſcatio cum ſilentio, quod Clericos magis decet; Vel quia venationis major eſt voluptas, quæ pias cogitationes impedit; Vel quia venatio majore cum ſumtu fit in canes, & Clericus pauperes potiùs alere debet; Vel denique quia in ſcripturâ non invenimus ſanctum aliquem venatorem, piſcatores autem multos, ut ſcribitur in *d. can. Eſau. Reinaldus Corſus lib. 3. Indagation. cap. 14.* vid. *Georg. Mor. in tract. de jure venandi part. 1. c. 1. n. 45. & ſeqq.* qui præcedentia reſtringit ad venationem, quæ fit cum clamore. 3

De
Clerico percuſſore.
Titulus XXV.

SUMM.

Cont. & Clerici percutientis pœna.

POſt *Titulum de Clerico venatore* ſequitur *Titulus de Clerico percuſſore.* Quemadmodum enim Clericis venatio eſt interdicta, ita etiam percuſſio. Nam ſcribit *Paulus in 1. ad Timoth. c. 3. verſ. 3.* quòd Epiſcopus non debeat eſſe percuſſor; *Non oportet*, inquit *ſumma diſt. 45. Epiſcopum ita eſſe inſcibilem, & perturbari ſenſus, ut per-*

percutiat, qui debet eſſe patiens, ſed ſequatur eum, qui dorſum poſuit ad flagella. Hinc ait *cap. 1. h. n. t.* ſi quis in aliquo gradu ſacro percuſſor extiterit, corripiatur à crimine, & ſi non emendaverit, deponatur. Et in *cap. preterea 2. h. t.* duobus menſibus à miſſarum adminiſtratione ſuſpenditur Epiſcopus, qui crudeliter aliquem fuſtigari facit. Clericus tamen, qui fuit in conflictu, ubi aliqui fuerunt occiſi ſine ejus facto vel conſilio, de jure communi promoveri poteſt *cap. continentia 4. & ibi Abbas d. t.*

De *Maledicis.*
Titulus XXVI.

SUMM.

Continuatio. 1.
Pœna maledicentis Papæ. 2. *& blaſphemantis.* 3.

1 ABbas ita continuat *h. titulum* cum præcedente. In *titulo 25.* actum eſt de percutientientibus manu, meritò nunc ſubjicitur titulus de percutientibus linguâ; nam non ſolùm, qui manu quempiam percutit, injuriam affert, ſed etiam ille, qui lingua, juxta illud ſapientis: *plaga virga inducit livorem, ſed plaga linguæ frangit oſſa.*

2 † Agitur autem in *h. titulo* primò de pœnâ ejus, qui maledicit Papæ, quod fit in *cap. 1.* ubi Clericus, qui verba quædam in depreſſionem officii & beneficii Pontificis Romani protulit, à temeritate ſuâ compeſcendus dicitur, ut pœna illius aliis terrorem incutiat, juxtà *can. quapropter 47. cauſa 2. q. 7.* ne de cætero contra Romanam Eccleſiam in talia verba prorumpant. Quid autem reſpondendum ſit ad *l. unic. C. ſi quis Imp. maledixerit*, in qua inter alia dicitur, quando quis ex levitate Imperatori maledixit, quod hoc ſit contemnendum; apparet ex *Gloſſ. ad d. cap. 1. in verbis: à temeritate.*

3 † Deinde in *cap. 2. h. t.* proponitur pœna blaſphemantis Deum, vel aliquem ſanctum, & maximè beatam virginem Mariam. Cogitur autem blaſphemans agere publicam pœnitentiam ante fores Eccleſiæ de jure canonico. Ratio eſt, quòd Eccleſiam non debeat ingredi, illa, quia, qui peccat in Deum, peccat in ejus Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiam, & e converſo. Unde privatur ejus ingreſſu *can. de viro 17. cauſa 12. q. 2. & can. Frater 10. cauſa 17. q. 4. Gloſſa ad d. cap. 2. voc. Ingreſſurus.* Quæ tamen pœna non habet locum in Clericis, ne propter hujusmodi publicam ſatisfactionem vileſcat clericalis ordinis autoritas. Et ita tenent *Dd. comm. teſte Abbat. in d. cap. 2. n. 8. & Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. blaſphemia n. 3* ubi etiam ſcribit, quod pœna blaſphemiæ de jure divino, & civili ſit pœna mortis.

De Clerico Excommunicato, depoſito, vel interdicto, miniſtrante.

Titulus XXVII.

Summaria.

Continuatio. 1.

De pœna clericorum, contrà interdictum divinis ſeſe ingerentium. 2. 3.

Viſum eſt hactenus de delictis propter quæ interdũ clerici ſuſpẽ- 1
duntur, & interdũ deponuntur, & interdũ excommunicantur.
Quia verò quandoq; clerici depoſiti, excõmunicati, vel ſuſpenſi, mi-
niſtrãt, & ingerunt ſe divinis, dubitariq; poteſt de pœnâ eis inferen-
dâ propter hoc novum delictum: ideò ſubjecta eſt *hæc rubrica.* † In 2
quâ Clerici celebrantes vel divinis ſe ingerentes à beneficiis depo-
nuntur *cap. Fraternitatis 6. cap. poſtulaſtis 7. h. t.* atque excommu-
nicantur *c. 1. h. t.* etiamſi per ſolum rumorem acceperint, ſe à ſupe-
riori fuiſſe excommunicatos *cap. Illud Dominus 5. eod. tit.* Et ſi mo-
niti non deſiſtant per ſecularem poteſtatem ad requiſitionem Ec-
cleſiæ exilio damnantur *cap. ſi quis 2 d. t.* † Propter multi- 3
tudinem tamen pœna ſolet mitigari *cap. Latores 4. & ibi Gloſſ in voce: multitudinem eod. tit.* Et valet collatio beneficii ei facta, qui prius fuit excommunicatus, ſed abſolutus tempore collationis *cap. propoſuit 8. h. t.* Sic etiam, qui probabiliter ignorat ſe ſuſpenſum, & celebrat, non efficitur irregularis *cap. Apoſtolicæ 9. eod tit.* ut nec is, qui minori tantùm excommunicationi eſt obnoxius *cap.*

ult. eod. tit. propter rationem, quam ibi adſignat *Joan. Wiringius n. 2.*

NOTABILIA.

1. Propter multitudinem mitigatur pœna *d. cap. Latores 4.*

2. In dubiis via eligenda eſt tutior *cap. Illud Dominus 5. verſ. Licet autem.*

3. Quis debet puniri in hoc, in quo delinquere præſumſit *cap. poſtulaſti 7. in pr.*

4. Ignorantia probabilis excuſat, non autem craſſa & ſupina aut erronea *cap. Apoſtolica 9.*

De Clerico non ordinato miniſtrante. Titulus XXVIII.

IN præcedentibus viſum eſt de Clericis ordinatis celebrantibus poſt officium interdictum; nunc ſequitur *Titulus de Clerico non ordinato miniſtrante. Abbas hîc.* Et de hoc ſcribitur in *hoc titulo*, quòd ſit deponendus, & ampliùs non ordinandus *cap. 1. h. t. n.*

De Clerico per ſaltum promoto. Titulus XXIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Quis per ſaltum promotus dicatur? 2.

Nemo debet, niſi per gradus ad Sacerdotium pervenire. 3. 4. *ubi de gradibus ad Epiſcopatum.*

Contravenientium pœna. 5.

1 QUia interdum Clerici præpoſterè & per ſaltum promoventur, ideò de his poſt *Titulum de Clerico non ordinato mini-*
2 *ſtrante* ſubjicitur, *Abbas hîc.* † Per ſaltum autem promoveri dicitur Clericus, qui non gradatim ad ordines accedit, ſed præpoſterè

ſtere, aliquibus intermediis omiſſis ordinibus *d. iſtinct. 52. in ſumm. & can. ſolicitudo, unico.* † Sciendum autem eſt neminem 3
poſſe niſi per gradus Eccleſiæ ad ſummum ſacerdotium pervenire. Caſum enim apperit, qui ad ſumma loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum, *can. ult. diſt. 48.* † Sunt 4
autem ordines alii minores & alii majores. Ad minores ordines pertinent oſtiarii, qui præſunt oſtiis templi: Lectores, Exorciſtæ, Acolythi *can. Cleros. 1. verſ. oſtiarii, verſ. Lectores. verſ. Exorciſtæ. & verſ. Acolythi diſtinct. 21.* Ad majores verò ordines referuntur Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri & Epiſcopi. Qui igitur vult eſſe Epiſcopus, debet primùm oſtiarius eſſe, ſeu janitor; deinde lector, poſteà Exorciſta, inde Acolythus, demùm Subdiaconus, deinde Diaconus, poſteà Presbyter, & exinde ſi meretur, Epiſcopus ordinatur *can. illud nos ſtatuentes 1. diſt. 77.* † Quando ergò Cle- 5
ricus ad altiores ordines per ſaltum contendit, & de Subdiacono fit presbyter, poſt pœnitentiam in Diaconum ordinatur, & poſteà poteſt in ſacerdotio cum illo diſpenſari *cap. unic. h. t. n.*

Notabile.

Non intelligitur iteratum, quod factum eſſe neſcitur *d. cap. unic. verſ. mandamus &c.*

De Eo, qui ordinem furtivè ſuſcepit.
Titulus XXX.

Sum.

Quisnam dicatur ordines furtivè ſuſcipere, & ejus pœna. 1.

Et quia interdum reperitur Clericus, qui non tantùm per ſaltum, verùm etiam furtivè ordinem ſuſcipit, ideò de hoc Clerico in *præſenti Titulo* agit Compilator Decretalium † Fur- 1
tivè autem ordines ſuſcipere dicitur, qui ſine ordinatione & licentiâ ſuperioris, & ſine examinatione, ut quia ingerit ſe cum multitudine ordinandorum, ignorante ordinatore ordinatur, *Gloſſ. ad h. rubr.* Qui igitur furtivè ſuſcipit ordinem, ſi contra facientes

Digitized by Google

lata erat excommunicatio ſine diſpenſatione Papæ in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiorem aſcendere non poteſt. Si verò excommunicatio lata non erat, Epiſcopus & Abbas poterunt diſpenſare *cap. 1. & capitulis duobus ſeqq. h. t.*

De
Exceſſibus Prælatorum & ſubditorum.
Titulus XXXI.

Summaria.

Contin. & argum. tit. 1.
Prælati abſtineant à gravaminibus ſubditorum. 2.
Exceſſus ſubditorum qui, & quomodo puniantur? 3.

1 HActenùs actum fuit de variis Clericorum exceſſibus nunc videndum eſt de Exceſſibus prælatorum & ſubditorum. Habet igitur *hic Titulus* duas partes, in unâ agitur de Exceſſibus Prælatorum; in alterâ verò de Exceſſibus ſubdi-
2 torum. † Quia verò Epiſcopi presbyteros & alios Clericos, quaſi filios & fratres benignè ac fraternâ debent charitate fovere, ideò monentur Prælati abſtinere à gravaminibus ſubditorum. *cap. 1. h. t.* Quæ autem ſint iſta gravamina & exceſſus, à quibus prælati debent abſtinere, conſtat ex *d. cap. 1. cap. nimis iniqua 16. cap. nimis prava & aliis ſimilibus capitulis*
3 *eod. Tit.* † Exceſſus verò ſubditorum erga Prælatos committuntur, cum quis contra juramentum negat Prælatum Dominum ſuum, vel coram judice ſeculari de ipſo conqueritur, vel ipſum invadit. *cap. gravem 15. h. t. n.* ubi etiam ſcribitur, quòd talis deponi, & tanquã membrum putridum ab Eccleſiâ perpetuò abſcindi debeat. Plura de hoc Titulo videantur apud *Gloſſam, Abbatem, Johannem Baptiſtam Vivianum in rat. jur. Pontific. & Henric. Zœſ. ad h. t. & alios Canoniſtas.*

Notabilia.

1. Grave crimen eſt, cum Clericus de ſuo crimine publicè gloriatur *cap. quàm ſit grave 9.*

2. Vir debet compelli, ut uxori ſuæ officium exhibeat maritale *d. cap. 9. in fin.*

3. Per-

3. Perſonis vilibus & indignis portæ dignitatis patere non debent *cap. inter dilectos. 11.*

4. Dignum eſt, ut in eo quis puniatur, in quo viſus eſt deliquiſſe *d. cap. inter dilectos 11. verſ. quia verò cantor.*

5. Facti perverſitas non debet tranſire in exemplum. *cap. tanta eſt. 18.*

6. Ubi magis exceditur, ibi eſt ſeverius vindicandum *d. cap 18. verſ. quia vero &c.*

De
Novi operis nunciatione.
Titulus XXXII.

Summaria.

Continuatio. 1.

Ædificium, novi operis nunciatione factâ, extructum debet demoliri. 2.

Intrà quod tempus nuncians injuriam ſibi illatam teneatur probare ? 3.

Viſum eſt in *Tit. præcedente* de Exceſſib. prælatorum, quia 1
verò exceſſus quoque fieri poteſt à prælatis in ædificando, ideò ſubjicitur *hic Titulus de novi operis nunciatione.* Quid ſit novum opus facere; quibus ex cauſis hæc nunciatio fiat; quæ perſonæ nuncient; in quibus locis nunciatio fiat; & quis ſit effectus nunciationis explicatur in Dig. h. t. & iis quæ ibi tradunt *Dd.* † Quamvis autem Epiſcopus & quilibet 2
prælatus conditionem Eccleſiæ poſſit facere meliorem *cap. fraternitatem 2. ſupra de Donationibus in ædificando.* tamen animadvertere debet, ne vicino noceat, puta luminibus ejus officiendo. Nec obſtat, quod ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit *l. ſunt perſonæ 43. in fin. de Religioſ. & ſumtib. fun.* Propterea, quòd nihil æquè ad populi ſalutem pertineat, quàm religionis cauſa & dignitas; Hic tamen religionis favor ad juſtitiæ normam eſt revocandus. Ob quam cauſam etiam, quod operis novi nunciatione factâ ædificium extru-

ctum eſt, ſive jure ſive injuria factum ſit, demoliri debet, & quidem expenſis conſtruentis *cap. 1. & cap. cùm ex injuncto 2. h. n. t.*
3 † Ne tamen temeraria cujusque contradictione opus ſuſpendatur, jubetur denuntians per ſpatium trium menſium injuriam ſibi per novum opus illatum eſſe probare *cap. ſignificantibus 3. cap. ult. eod. Tit. & l. unic. C. h. t. n.*

NOTABILIA.

1. Sicut leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita & ſacrorum ſtatuta canonum, principum conſtitutionibus adjuvantur *cap. 1. h. t.*

2. Nulla Eccleſia in præjudicium eſt alterius conſtruenda *d. c. 1. in fin.*

3. Quando non tenet principale, quicquid ex eo vel ob id ſecutum eſt, imitandum eſt *cap. cum ex injuncto 2.*

4. Opera quæ ſine mortali peccato omitti non poſſunt, non ſunt pro vitando ſcandalo dimittenda: nec ea debent pro ſcandalo vitando committi, quæ ſine mortali peccato committi non poſſunt *d. c. 2.*

De Privilegiis & Exceſſibus privilegiatorum. Titulus XXXIII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Uti debemus privilegio absque læſione alterius. 2.
Contra privilegium Eccleſiæ 30. annorum ſpácio præſcribitur. 3.
De privilegiis non niſi inſpecto eorum tenore judicandum. 4.
De templariis, remiſſivè. 5.
Privilegium non extenditur. 6.
Innovatio privilegiorum jus novum non tribuit. 7.
De exceſſibus privilegiatorum. 8.

Abbas

Digitized by Google

A*bbas* ita rectè continuat *hunc Titulum* cum præcedentibus. 1
ſupra viſum eſt de Exceſſibus Prælatorum: verùm quia quandoque delinquunt ſubditi excedendo terminos privilegiorum ſuorum, & dubitatur etiam de intellectu privilegiorum, ideò ſubjicitur nunc hic Titulus qui conſtat duabus partibus, una eſt de privilegiis, altera de Exceſſibus privilegiatorum. De Privilegiis agitur in *cauſa 25. q. 2. per tot. & capitulis aliquot noſtri Tituli*, quæ breviter explicabimus. † Proponitur autem 1 talis facti 2
ſpecies in *cap. dilecti filii 4.* Fatres hoſpitalis Hieroſolymitani conqueſti ſunt Pontifici Romano, quòd Archiepiſcopi & Epiſcopi eis de ſuis malefactoribus juſtitiam facere nolunt, privilegia ipſorum reſpicere contemnentes. Quibus Pontifex reſcribit, quòd velit privilegia iis conceſſa decurtare, ſi prædictis fratribus juſtitiam facere negligant. Nec poteſt dici, quòd eis hac ratione fiat injuria, quia non ſunt ſua jura ſervanda, qui jus alienum violare nō metuit *can. ubi iſta 7. diſt. 74.* & quod quisque juris in alterum ſtatuerit, uti debet eo. *cap. cum omnes 6. ſupra d. Conſtitutionib.* & ordo Eccleſiaſticus confunditur, ſi cuilibet jus ſuum non ſervetur *can. pervenit ad nos 39 cauſa 11. q. 1. Gloſſ. ad d. cap. dilecti filii 4.* † 2. Ex *cap. ſi de* 3
terrâ 6. h. t. patet, quòd contra privilegium Eccleſiæ 30. annorum ſpacio præſcribatur. Talis enim ibi proponitur caſus: Monachis ordinis Ciſterienſis privilegium eſt conceſſum, de non dandis decimis de laboribus ſuis. Prædicti autem Monachi habent terras in parochiâ Canonicorum de Plautio, de quibus decimas perſolverunt per 30. annos dictis canonicis, quæritur utrum ſint exemti, ratione prædicti privilegii, ad non ſolvendas dictis canonicis de ejusdem terris decimas? ad quam quæſtionem reſpondit Pontifex negativè, quod videlicet monachi iſti per dictum privilegium per ſpatium triginta annorum uſi non ſunt, & ideò ei renunciâſſe tacitè præſumuntur *cap. accedentibus 15. h. t. n.* Imò etiam per contrarium uſum ſeu actionem contrariam, dum videlic. per 30. annos decimas ſolverunt canonicis, privilegium amiſerunt. Ubi tamen requiritur, ut actus ille ſit ipſius privilegii; nam ſi ab alio

lio fuerit, non poſſet dici contrarius privilegio, nec privilegium tolleretur vid. *Henric. Zœſ. ad h. n. t. n. 36.* Hodie verò contra privilegium Eccleſiæ præſcribitur non triginta, ſed 40. annis *d. cap. accedentibus 15. & ibi Gloß. in verb. per quadraginta annos.* † Tertiò ait Pontifex in *cap. porrò 7. & cap. ſeq. h. t.* quòd de privilegiis non ſit judicandum, niſi eorum
4 tenore inſpecto, nam niſi tenor privilegii diligenter inſpicitur, poteſt in eo facilè falſitas committi, quæ ex ſolâ privilegii recitatione non deprehenditur. Unde ei, qui allegat
5 privilegium, non creditur, niſi illud oſtendat. † De templariis, quorum mentio fit in *d. cap. porro 7. cap. potentibus 10. cap. accedentibus 15. cap petiſtis 20. h. t.* & aliis in locis, diximus
6 ſupra in *lib. 2. Decretal. tit. de judiciis 1.* † Quartò dicitur in *cap. ſane 9.* quod privilegium uni conceſſum, ad alium non poſſit extendi propter identitatem rationis *Clement. 1. de cenſibus, exactionibus & procurationibus.* Ratio eſt, quia privilegium eſt jus ſingulare, & ſequitur perſonam privilegiatam, atque cum eâ extinguitur, *cap. privilegium 7. d. R. J. in 6.* Huc etiam pertinet *l quod verò 14. d. L.L. Schwq. Conſult. & long. conſuet.* ubi ſcribitur, quod contra rationem juris receptum eſt,
7 non eſt producendum ad conſequentias. † Denique conſtat ex *cap. ex parte 13. & cap. quia intentionis 29. h. t.* quòd innovatio privilegiorum novum jus non tribuat, ſed antiquum conſervet, quia fortè ex vetuſtate privilegii periclitabatur *cap. cum dilectæ 4. verſ. nos igitur attendentes, de confirmatione utili vel inutili.* Vox igitur *innovationis* non induit vi ſuâ interpretationem novæ conceſſionis privilegii, cum petens renovationem non ſupponat caducitatem ſed potiùs valorem pri-
8 vilegii *Abb. conſil. 67. n. 3.* † Sequuntur privilegiatorum exceſſus h. e. abuſus unde ſcribitur :, Privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate *can. ubi 7. diſt. 24. can. Privilegium 63. cauſa 11. q. 3. cap. tuarum 11. & cap. ut privilegia 24. h. n. t.* Abuſus autem aut exceſſus eſt, quando quis utitur privilegio ultrà ejus limites. Quot modis autem illud fiat explicat *Henric. Zœſius d. loc. n. 38.*

NOTA-

NOTABILIA.

1. Honor ſui numeroſitate viléſcit *cap. 1.*

2. Violentos laicos coërcere, non contra legem eſt agere, ſed legi facere ſubſidium *cap. ſicut 2.*

3. Plantare ſacram religionem, & plantatam fovere modis omnibus debemus *cap. cum & 3.*

4. Nutrire debemus ea, quæ recta ſunt, & corrigere, quæ profectum virtutis impediunt *d. cap. 3.*

5. Liberum eſt unicuique ſuo juri renunciare *cap. ſi. de terrâ 6.*

6. Inſpicienda ſunt Eccleſiarum privilegiâ, & ipſorum tenor eſt diligentius attendendus *cap. recepimus 8.*

7. Delictum perſonæ in damnum Eccleſiæ non debet redundare *cap. cum olim 14. verſ. quod ſi aliàs &c.*

8. Ex ore Rom. Pontificis, rectiſſima debet exire ſententia, quæ contra juſtitiam nulli parcat, ſed reddat unicuique quod ſuum eſt *cap. Ex ore 17. pr.*

9. In beneficiis pleniſſima eſt interpretatio adhibenda *cap. quia circa 22. circa fin.*

10. Una eademque ſubſtantia non debet diverſo jure cenſeri *d. c. 22. in f.*

11. Malitiis hominum non debet indulgeri, ſed potius obviari *cap. Ex parte 27. in fin.*

12. Pariſiis & in locis vicinis jus civile legi non debet *cap. ſuper ſpecula 28.*

13. In his, quæ ad cultum divinum facere dignoſcuntur, non malignâ, ſed benignâ eſt potius interpretatio facienda. *cap. In his 30.*

De Purgatione Canonica. Titulus XXXIV.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

percutiat, qui debet eſſe patiens, ſed ſequatur eum, qui dorſum poſuit ad flagella. Hinc ait *cap. 1. h. n. t.* ſi quis in aliquo gradu ſacro percuſſor extiterit, corripiatur à crimine, & ſi non emendaverit, deponatur. Et in *cap. preterea 2. h. t.* duobus menſibus à miſſarum adminiſtratione ſuſpenditur Epiſcopus, qui crudeliter aliquem fuſtigari facit. Clericus tamen, qui fuit in conflictu, ubi aliqui fuerunt occiſi ſine ejus facto vel conſilio, de jure communi promoveri poteſt *cap. continentia 4. & ibi Abbas d. t.*

De *Maledicis.*
Titulus XXVI.
Summ.

Continuatio. 1.

Pœna maledicentis Papa. 2. *& blaſphemantis.* 3.

1 ABbas ita continuat *h. titulum* cum præcedente. In *titulo 25.* actum eſt de percutientientibus manu, meritò nunc ſubjicitur titulus de percutientibus linguâ; nam non ſolùm, qui manu quempiam percutit, injuriam affert, ſed etiam ille, qui lingua, juxta illud ſapientis: *plaga virga inducit livorem, ſed plaga linguæ frangit oſſa.*

2 † Agitur autem in *h. titulo* primò de pœnâ ejus, qui maledicit Papæ, quod fit in *cap. 1.* ubi Clericus, qui verba quædam in depreſſionem officii & beneficii Pontificis Romani protulit, à temeritate ſuâ compeſcendus dicitur, ut pœna illius aliis terrorem incutiat, juxtà *can. quapropter 47. cauſa 2. q. 7.* ne de cætero contra Romanam Eccleſiam in talia verba prorumpant. Quid autem reſpondendum ſit ad *l. unic. C. ſi quis Imp. maledixerit*, in qua inter alia dicitur, quando quis ex levitate Imperatori maledixit, quod hoc ſit contemnendum; apparet ex *Gloſ. ad d. cap. 1. in verbis: à temeritate.*

3 † Deinde in *cap. 2. h. t.* proponitur pœna blaſphemantis Deum, vel aliquem ſanctum, & maximè beatam virginem Mariam. Cogitur autem blaſphemans agere publicam pœnitentiam ante fores Eccleſiæ de jure canonico. Ratio eſt, quòd Eccleſiam non debeat ingredi, illa, quia, qui peccat in Deum, peccat in ejus Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiam, & e converſo. Unde privatur ejus ingreſſu *can. de viro 17. cauſa 12. q. 2. & can. Frater 10. cauſa 17. q. 4. Gloſſa ad d. cap. 2. voc. Ingreſſurus.* Quæ tamen pœna non habet locum in Clericis, ne propter hujusmodi publicam ſatisfactionem vileſcat clericalis ordinis autoritas. Et ita tenent *Dd. comm. teſte Abbat. in d. cap. 2. n. 8. & Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. blaſphemia n. 3* ubi etiam ſcribit, quod pœna blaſphemiæ de jure divino & civili ſit pœna mortis.

De Clerico Excommunicato, depoſito, vel interdicto, miniſtrante.

Titulus XXVII.

Summaria.

Continuatio. 1.

De pœna clericorum, contrà interdictum divinis ſeſe ingerentium. 2. 3.

Viſum eſt hactenus de delictis propter quæ interdũ clerici ſuſpẽduntur, & interdũ deponuntur, & interdũ excommunicantur. 1
Quia verò quandoq; clerici depoſiti, excõmunicati, vel ſuſpenſi, miniſtrãt, & ingerunt ſe divinis, dubitariq; poteſt de pœnâ eis inferendà propter hoc novum delictum: ideò ſubjecta eſt *hæc rubrica.* † In 2
quà Clerici celebrantes vel divinis ſe ingerentes à beneficiis deponuntur *cap. Fraternitatis 6. cap. poſtulaſtis 7. h. t.* atque excommunicantur *c. 1. h. t.* etiamſi per ſolum rumorem acceperint, ſe à ſuperiori fuiſſe excommunicatos *cap. Illud Dominus 5. eod. tit.* Et ſi moniti non deſiſtant per ſecularem poteſtatem ad requiſitionem Eccleſiæ exilio damnantur *cap. ſi quis 2 d. t.* † Propter multi- 3
tudinem tamen pœna ſolet mitigari *cap. Latores 4. & ibi Gloſſ in voce: multitudinem eod. tit.* Et valet collatio beneficii ei facta, qui prius fuit excommunicatus, ſed abſolutus tempore collationis, *cap. propoſuit 8. h. t.* Sic etiam, qui probabiliter ignorat ſe ſuſpenſum, & celebrat, non efficitur irregularis *cap. Apoſtolicæ 9. eod. tit.* ut nec is, qui minori tantùm excommunicationi eſt obnoxius *cap.*

ult. eod. tit. propter rationem, quam ibi adſignat *Joan. Wiringius n. 2.*

NOTABILIA.

1. Propter multitudinem mitigatur pœna *d. cap. Latores 4.*
2. In dubiis via eligenda eſt tutior *cap. Illud Dominus 5. verſ. Licet autem.*
3. Quis debet puniri in hoc, in quo delinquere præſumſit *cap. poſtulaſti 7. in pr.*
4. Ignorantia probabilis excuſat, non autem craſſa & ſupina aut erronea *cap. Apoſtolica 9.*

De Clerico non ordinato miniſtrante. Titulus XXVIII.

IN præcedentibus viſum eſt de Clericis ordinatis celebrantibus poſt officium interdictum; nunc ſequitur *Titulus de Clerico non ordinato miniſtrante. Abbas hîc.* Et de hoc ſcribitur in *hoc titulo*, quòd ſit deponendus, & ampliùs non ordinandus *cap. 1. h. t. n.*

De Clerico per ſaltum promoto. Titulus XXIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Quis per ſaltum promotus dicatur? 2.
Nemo debet, niſi per gradus ad Sacerdotium pervenire. 3. 4. *ubi de gradibus ad Epiſcopatum.*
Contravenientium pœna. 5.

1 QUia interdum Clerici præpoſterè & per ſaltum promoventur, ideò de his poſt *Titulum de Clerico non ordinato mini-*
2 *ſtrante* ſubjicitur, *Abbas hîc.* † Per ſaltum autem promoveri
dicitur Clericus, qui non gradatim ad ordines accedit, ſed præpoſterè

ſtere, aliquibus intermediis omiſſis ordinibus *diſtinct. 52. in ſumm. & can. ſolicitudo, unico.* † Sciendum autem eſt neminem poſſe niſi per gradus Eccleſiæ ad ſummum ſacerdotium pervenire. 3
Caſum enim apperit, qui ad ſumma loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum, *can. ult. diſt. 48.* † Sunt 4
autem ordines alii minores & alii majores. Ad minores ordines pertinent oſtiarii, qui præſunt oſtiis templi: Lectores, Exorciſtæ, Acolythi *can. Cleros. 1. verſ. oſtiarii, verſ. Lectores. verſ. Exorciſtæ. & verſ. Acolythi diſtinct. 21.* Ad majores verò ordines referuntur Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri & Epiſcopi. Qui igitur vult eſſe Epiſcopus, debet primùm oſtiarius eſſe, ſeu janitor; deinde lector, poſteà Exorciſta, inde Acolythus, demùm Subdiaconus, deinde Diaconus, poſteà Presbyter, & exinde ſi meretur, Epiſcopus ordinatur *can. illud nos ſtatuentes 1. diſt. 77.* † Quando ergò Cle- 5
ricus ad altiores ordines per ſaltum contendit, & de Subdiacono fit presbyter, poſt pœnitentiam in Diaconum ordinatur, & poſteà poteſt in ſacerdotio cum illo diſpenſari *cap. unic. h. t. n.*

Notabile.

Non intelligitur iteratum, quod factum eſſe neſcitur *d. cap. unic. verſ. mandamus &c.*

De
Eo, qui ordinem furtivè ſuſcepit.
Titulus XXX.

Sum.

Quiſnam dicatur ordines furtivè ſuſcipere, & ejus pœna. 1.

Et quia interdum reperitur Clericus, qui non tantùm per ſaltum, verùm etiam furtivè ordinem ſuſcipit, ideò de hoc Clerico in *præſenti Titulo* agit Compilator Decretalium † Fur- 1
tivè autem ordines ſuſcipere dicitur, qui ſine ordinatione & licentiâ ſuperioris, & ſine examinatione, ut quia ingerit ſe cum multitudine ordinandorum, ignorante ordinatore ordinatur, *Gloſſ. ad h. rubr.* Qui igitur furtivè ſuſcipit ordinem, ſi contra facientes

Digitized by Google

lata erat excommunicatio ſine diſpenſatione Papæ in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiorem aſcendere non poteſt. Si verò excommunicatio lata non erat, Epiſcopus & Abbas poterunt diſpenſare *cap. 1. & capitulis duobus ſeqq. h. t.*

De
Exceſſibus Prælatorum & ſubditorum.
Titulus XXXI.

Summaria.

Contin. & argum. tit. 1.
Prælati abſtineant à gravaminibus ſubditorum. 2.
Exceſſus ſubditorum qui, & quomodo puniantur? 3.

1 HActenùs actum fuit de variis Clericorum exceſſibus nunc videndum eſt de Exceſſibus prælatorum & ſubditorum. Habet igitur *hic Titulus* duas partes, in unâ agitur de Exceſſibus Prælatorum; in alterâ verò de Exceſſibus ſubdi-
2 torum. † Quia verò Epiſcopi presbyteros & alios Clericos, quaſi filios & fratres benignè ac fraternâ debent charitate fovere, ideò monentur Prælati abſtinere à gravaminibus ſubditorum. *cap. 1. h. t.* Quæ autem ſint iſta gravamina & exceſſus, à quibus prælati debent abſtinere, conſtat ex *d. cap. 1. cap. nimis iniqua 16. cap. nimis prava & aliis ſimilibus capitulis*
3 *eod. Tit.* † Exceſſus verò ſubditorum erga Prælatos committuntur, cum quis contra juramentum negat Prælatum Dominum ſuum, vel coram judice ſeculari de ipſo conqueritur, vel ipſum invadit. *cap. gravem 15. h. t. n.* ubi etiam ſcribitur, quòd talis deponi, & tanquã membrum putridum ab Eccleſiâ perpetuò abſcindi debeat. Plura de hoc Titulo videantur apud *Gloſſam, Abbatem, Johannem Baptiſtam Ultvianum in rat. jur. Pontific. & Henric. Zoeſ. ad h. t. & alios Canoniſtas.*

Notabilia.

1. Grave crimen eſt, cum Clericus de ſuo crimine publicè gloriatur *cap. quàm ſit grave 9.*

2. Vir debet compelli, ut uxori ſuæ officium exhibeat maritale *d. cap. 9. in fin.*

3. Per-

3. Perſonis vilibus & indignis portæ dignitatis patere non debent *cap. inter dilectos. 11.*

4. Dignum eſt, ut in eo quis puniatur, in quo viſus eſt deliquiſſe *d. cap. inter dilectos 11. verſ. quia verò cantor.*

5. Facti perverſitas non debet tranſire in exemplum. *cap. tanta eſt. 18.*

6. Ubi magis exceditur, ibi eſt ſeverius vindicandum *d. cap 18. verſ. quia vero &c.*

De Novi operis nunciatione. Titulus XXXII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Ædificium, novi operis nunciatione factâ, extructum debet demoliri. 2.

Intrà quod tempus nuncians injuriam ſibi illatam teneatur probare? 3.

VIſum eſt in *Tit. præcedente* de Exceſſib. prælatorum, quia verò exceſſus quoque fieri poteſt à prælatis in ædificando, ideò ſubjicitur *hic Titulus de novi operis nunciatione.* Quid ſit novum opus facere; quibus ex cauſis hæc nunciatio fiat; quæ perſonæ nuncient; in quibus locis nunciatio fiat; & quis ſit effectus nunciationis explicatur in Dig. h. t. & iis quæ ibi tradunt *Dd.* 1 † Quamvis autem Epiſcopus & quilibet prælatus conditionem Eccleſiæ poſſit facere meliorem *cap. fraternitatem 2. ſupra de Donationibus in ædificando.* tamen animadvertere debet, ne vicino noceat, puta luminibus ejus officiendo. Nec obſtat, quod ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit *l. ſunt perſonæ 43. in fin. de Religioſ. & ſumtib. fun.* Propterea, quòd nihil æquè ad populi ſalutem pertineat, quàm religionis cauſa & dignitas; Hic tamen religionis favor ad juſtitiæ normam eſt revocandus. Ob quam cauſam etiam, quod operis novi nunciatione factâ ædificium extru- 2

Digitized by Google

ctum eſt, ſive jure ſive injuria factum ſit, demoliri debet, & quidem expenſis conſtruentis *cap. 1. & cap. cum ex injuncto 2. h. n. t.* 3 † Ne tamen temeraria cujusque contradictione opus ſuſpendatur, jubetur denuntians per ſpatium trium menſium injuriam ſibi per novum opus illatum eſſe probare *cap. ſignificantibus 3. cap. ult. eod. Tit. & l. unic. C. h. t. n.*

NOTABILIA.

1. Sicut leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita & ſacrorum ſtatuta canonum, principum conſtitutionibus adjuvantur *cap. 1. h. t.*

2. Nulla Eccleſia in præjudicium eſt alterius conſtruenda *d. c. 1. in fin.*

3. Quando non tenet principale, quicquid ex eo vel ob id ſecutum eſt, imitandum eſt *cap. cum ex injuncto 2.*

4. Opera quæ ſine mortali peccato omitti non poſſunt, non ſunt pro vitando ſcandalo dimittenda: nec ea debent pro ſcandalo vitando committi, quæ ſine mortali peccato committi non poſſunt *d. c. 2.*

De Privilegiis & Exceſſibus privilegiatorum. Titulus XXXIII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Uti debemus privilegio abſque læſione alterius. 2.

Contra privilegium Eccleſiæ 30. annorum ſpacio præſcribitur. 3.

De privilegiis non niſi inſpecto eorum tenore judicandum. 4.

De templariis, remiſſivè. 5.

Privilegium non extenditur. 6.

Innovatio privilegiorum jus novum non tribuit. 7.

De exceſſibus privilegiatorum. 8.

Abbas

A*bbas* ita rectè continuat *hunc Titulum* cum præcedentibus. 1
ſupra viſum eſt de Exceſſibus Prælatorum: verùm quia quandoque delinquunt ſubditi excedendo terminos privilegiorum ſuorum, & dubitatur etiam de intellectu privilegiorum, ideò ſubjicitur nunc hic Titulus qui conſtat duabus partibus, una eſt de privilegiis, altera de Exceſſibus privilegiatorum. De Privilegiis agitur in *cauſa 25. q. 2. per tot. & capitulis aliquot noſtri Tituli*, quæ breviter explicabimus. † Proponitur autem 1 talis facti 2
ſpecies in *cap. dilecti filii 4.* Fatres hoſpitalis Hieroſolymitani conqueſti ſunt Pontifici Romano, quòd Archiepiſcopi & Epiſcopi eis de ſuis malefactoribus juſtitiam facere nolunt, privilegia ipſorum reſpicere contemnentes. Quibus Pontifex reſcribit, quòd velit privilegia iis conceſſa decurtare, ſi prædictis fratribus juſtitiam facere negligant. Nec poteſt dici, quòd eis hac ratione fiat injuria, quia non ſunt ſua jura ſervanda, qui jus alienum violare nõ metuit *can. ubi iſta 7. diſt. 74.* & quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, uti debet eo, *cap. cum omnes 6. ſupra d. Conſtitutionib.* & ordo Eccleſiaſticus confunditur, ſi cuilibet jus ſuum non ſervetur *can. pervenit ad nos 39 cauſa 11. q. 1. Gloſſ. ad d. cap. dilecti filii 4.* † 2. Ex *cap. ſi de* 3
terrâ 6. h. t. patet, quòd contra privilegium Eccleſiæ 30. annorum ſpacio præſcribatur. Talis enim ibi proponitur caſus: Monachis ordinis Ciſterienſis privilegium eſt conceſſum, de non dandis decimis de laboribus ſuis. Prædicti autem Monachi habent terras in parochiâ Canonicorum de Plautio, de quibus decimas perſolverunt per 30. annos dictis canonicis, quæritur utrum ſint exemti, ratione prædicti privilegii, ad non ſolvendas dictis canonicis de ejuſdem terris decimas? ad quam quæſtionem reſpondit Pontifex negativè, quod videlicet monachi iſti per dictum privilegium per ſpatium triginta annorum uſi non ſunt, & ideò ei renunciâſſe tacitè præſumuntur *cap. accedentibus 15. h. t. n.* Imò etiam per contrarium uſum ſeu actionem contrariam, dum videlic. per 30. annos decimas ſolverunt canonicis, privilegium amiſerunt. Ubi tamen requiritur, ut actus ille ſit ipſius privilegii; nam ſi ab a-

lio

Notabilia.

1. Honor ſui numeroſitate vileſcit *cap. 1.*

2. Violentos laicos coërcere, non contrà legem eſt agere, ſed legi facere ſubſidium *cap. ſicut 2.*

3. Plantare ſacram religionem, & plantatam fovere modis omnibus debemus *cap. cum & 3.*

4. Nutrire debemus ea, quæ recta ſunt, & corrigere, quæ profectum virtutis impediunt *d. cap. 3.*

5. Liberum eſt unicuique ſuo juri renunciare *cap. ſi. de terrâ 6.*

6. Inſpicienda ſunt Eccleſiarum privilegiâ, & ipſorum tenor eſt diligentius attendendus *cap. recepimus 8.*

7. Delictum perſonæ in damnum Eccleſiæ non debet redundare *cap. cum olim 14. verſ. quod ſi aliàs &c.*

8. Ex ore Rom. Pontificis, rectiſſima debet exire ſententia, quæ contra juſtitiam nulli parcat, ſed reddat unicuique quod ſuum eſt *cap. Ex ore 17. pr.*

9. In beneficiis pleniſſima eſt interpretatio adhibenda *cap. quia circa 22. circa fin.*

10. Una eademque ſubſtantia non debet diverſo jure cenſeri *d. c. 22. in f.*

11. Malitiis hominum non debet indulgeri, ſed potius obviari *cap. Ex parte 27. in fin.*

12. Pariſiis & in locis vicinis jus civile legi non debet *cap. ſuper ſpeculâ 28.*

13. In his, quæ ad cultum divinum facere dignoſcuntur, non malignâ, ſed benignâ eſt potius interpretatio facienda. *cap. In his 30.*

De Purgatione Canonica.
Titulus XXXIV.

Summaria.

Continuatio. 1.

Purgatio h. l. quid? 2. *& quotuplex?* 3.
Purgatio Canonica vel fit per jusjurandum. 4. *(ubi de compurgatoribus.) hujus effectus.* 5.
Vel per Euchariſtiæ participationem. 6.

1 IN præcedentibus viſum eſt de delictis & exceſſibus prælatorum atque ſubditorum. Quidam autem ſunt ſuſpecti de delictis atque exceſſibus, quidam verò ſunt convicti. Qui ſuſpecti ſunt de delicto, ſubire coguntur purgationem, de quâ agitur in *hoc & ſeq.*
2 *titulo.* † Purgatio à *purgando* dicta h. l. accipitur pro innocentis purgatione, quia ſcil. per eam reus ſe & conſcientiam ſuam à ſuſpicionibus liberat, infamiam elidit, & innocentiam ſuam dete-
3 git. † Et eſt duplex, canonica & vulgaris. Canonica non ideò ſic dicitur, quòd à jure canonico primùm fuerit adinventa,
4 ſed quòd regulis juris canonici conſentanea ſit. † Et eſt duplex hæc purgatio. Una fit per jusjurandum, & altera per ſacramenti Euchariſtici ſumtionem. *Martinus Delrio diſquiſition. Magicar. lib. 4. cap. 4. q. 3.* Illius purgationis forma eſt, quòd reus, ſi non ſit vilis perſona, tactis Evangeliis juratò aſſerat, & crimen objectum non commiſiſſe neque per ſe, neque per alium. *cap. 1. & cap. quotiens 5. in f. h. n. t.* Poſſunt etiam compurgatores admitti, qui debent eſſe illius honeſtatis & opinionis, quod veriſimile ſit eos nolle amore vel odio ſeu obtentu pecuniæ pejerare *cap. 7.* ubi etiam additur, quòd ejus, quem purgare debent, vitam & converſionem agnoſcant. Hi autem compurgatores non jurant de veritate, ſed de credulitate, quod videl. putent reum verum juraſſe, & ſuper crimine objecto temerè infamatum *d. cap. quotiens 5. in fin. cap. de teſtibus 13. & cap. ult. in fin. h. n. t.* Quot autem compurgatores ſint admittendi, judex definire debet, qui modò plures, modò pauciores pro qualitate perſonæ, negotii & ſuſpicionum admit-
5 tet *cap. Ex tuarum 8. & cap. inter ſolicitudines 10. eod. tit.* † Effectus hujus purgationis canonicæ eſt, quòd legitimè peracta purgatio non ſolùm infamiam contra reum ortam exſtinguat, atque expurget; ſed etiam prorſus ille innocens atque immunis per ſententiam abſolutoriam declarandus ſit, factâ ſimul reſtitutione offi-

cii

cu atque beneficii, à quo ſuſpectus antea pro negotii qualitate erat ſuſpenſus *d. cap. Ex tuarum 8. h. t.* † Purgatio verò, quæ fit 6
per Euchariſtiæ ſive corporis dominici participationem, probata eſt in veteribus Germaniæ conciliis, in quibus ſtatuitur, ſi furtum in monaſterio committatur, ut fratres ſe ita expurgent: Miſſa celebretur in eorum præſentiâ, & eâ expletâ omnes in hæc verba communicent. *Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie, can. ſæpè contingit 23. cauſa 2. q. 3.* Sic etiam ſi Epiſcopo aut Presbytero cauſa criminalis h. e. homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, pro ſingulis miſſam celebrare debet & communicare, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem ſe oſtendere. Quod ſi non fecerit, quinquennio à liminibus Eccleſiæ extraneus habeatur *can. ſi Epiſcopo 26. d. cauſa 2. q. 3.* Exempla autem Pontificum, qui hanc purgationem exegerunt, affert *Martinus Delrio q. 3.*

De Purgatione Vulgari.

Titulus XXXV.

SUMMARIA.

Purgatio vulgaris unde? 1.
De Purgatione per monomachiam. 2. *ferri candentis calcationem.* 3. *aquam frigidam.* 4. *fluxum ſanguinis.* 5. *& provocationem ad vallem Joſaphat.* 6.

VUlgaris purgatio dicitur, quia nullo legitimo uſu ſed vulgi 1
quadam uſurpatione, & obſervatione ſuperſtitioſâ fuit introducta. Unde ſolet iſtâ purgatione Deus tentari potius, quàm voluntas ejus explorari *cap. ult. h. t. & can. monomachiam 22. cauſa 2. q. 5.* † Referri autem ad hanc purgationem ſolent à Ca- 2
noniſtis ſequentes modi. Et 1. quidem duellum, monomachia, ſeu ſingulare certamen *cap. 1. & 2. h. t. d. can. monomachiam 22. & cap. Henricus 2. d. clericis pugnantibus in duello. Vid. Martinus Delrio lib. 4. diſquiſ. Magicar. cap. 3. q. 4. ſect. 2.* qui multas rationes contra purgationem monomachiæ affert. † 2. Ferri candentis 3

ſive igniti, item prunarum ſive carbonum candentium geſtatione ſive calcatione innocentia probatur, ſi illæſus quis abiret, ſin minus, nocens habebatur. Qui modus ſe purgandi damnatur in *cap. ult. h. n.t. can. Mennam 7. verſ. vulgarem denique & can. conſuluiſti 20. cau-*
4 *ſa 2. q. 5.* † 3. Probatio ſagarum per aquam frigidam adhuc in Weſtphaliâ uſitata. Nam ſi veneficæ undique ratæ aquis injectæ ſubmergantur, innocentes ſolent haberi; non verò ſi ſupernatent. Quam probationem eſſe ſuperſtitioſam & propterea à judicibus rejiciendam, multis rationibus probat *Petr. Heigius part. 2. quæſtionum juris tàm civilis, quàm Saxonici q. 39. & Martinus Delrio d. lib. 4. cap. 4. q. 5. ſect. 1. 2. & 3.* qui etiam ad contraria argu-
5 menta diſſentientium reſpondent. † 4. Sanguinis eruptio è cadavere occiſi, quia multi exiſtimant, hoc arguere præſentiam occiſoris; Qui mos purgandi in eo maximè conſiſtit, ut vel ad requiſitionem amicorum ac propinquorum occiſi, vel ex officio magiſtratus ii, qui conflictui interfuerunt de homicidio ſuſpecti, ad cadaver producantur & digitos ſuos vulneribus applicent, an ſic fortè homicida, vulnere nempe tacto, atque ſimul ſanguinem emittente, manifeſtari queat. Qui actus appellatur das Baarrecht/ de quo videantur plura apud *Chriſtophorum Beſoldum in Theſauro practico ad verbum:* Baarrecht. Verùm hæc cædis probatio ita eſt dubia, ut ne quidem ſufficiens indicium ad torturam præbeat, quia dubium planè & incertum eſt an divinitùs, vel Dæmonis cujuſdam præſtigiis & illuſionibus curſus ille cruoris moveatur. Satis igitur eſt in dubio impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare *l. abſentem 5. pr. d. pæn.* Videatur *Heig. d. q. 39. n. 96. &*
6 *ſeqq.* † 5. Denique huc referunt quidam provocationem ad divinum judicium ſeu tribunal Dei, die Ladung vor das Jüngſte Gericht oder in das Thal Joſaphat.

De Injuriis & damno dato.

Titulus XXXVI.

SUMMARIA.

Continuatio, 1.

Du

De injuriis, remiſſ. 2.

Damnum unde, & quomodo puniatur? 3.

SUprà viſum eſt de variis exceſſibus tàm prælatorum quàm ſub- 1
ditorum. Quia verò ex eis frequenter inferuntur injuriæ & damna, ideò de utriſque agitur in *h. Titulo.* † De injuriis vide- 2
atur *tit. in D. de injuriis & famoſ. libellis.* † Damnum verò 3
ab *ademtione*, & quaſi *deminutione patrimonii* dictum *l. damnum 3. d. damno infecto* à reo reſarciendum erit *cap. ſi quis 2. & quatuor ſeqq. capitulis h. t.* qui etiam tenetur ad omne detrimentum inde ſecutum *cap. ſi quis 6. eod.* ubi ſi quis domum vel aream cujusquam incenderit voluntarie, ſublata & incenſa omnia. Et qui percuſſit proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſi jacuerit in lectō, operas ejus & impenſas in medicos reſtituere debet. Oportet autem damnum datum eſſe dolo aut culpâ, ubi per culpam etiam intelligitur leviſſima *l. in lege 44. ad l. Aquil.* Plura de *hoc titulo* videantur apud *Abbatem & reliquos Can.*

NOTABILIA.

1. Aliud eſt damnorum reſtauratio, & aliud ſatisfactio expenſarum *cap. in noſtra 8.*

2. Qui occaſionem damnī dat, damnum videtur dediſſe *cap. ult.*

De Pœnis.

Titulus XXXVII.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.

Pœna cur inventa? 2.

Sunt varia de J. Can. 3. *ubi de degradatione.*

De ſuſpenſione. 4. *pœnâ pecuniariâ.* 5. *& corporis afflictivâ.* 6.

Plura, remiſſivè. 7.

QUia publicæ utilitatis intereſt, ne crimina remaneant impu- 1
nita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores, *cap. ut fama 35. de ſent. excommun.* ideò Compila-

tor Decretalium, poſtquàm hactenus de variis egit exceſſibus ſubditorum, ſubjicit hunc titulum de pœnis.
2 † Pœnæ enim ideò ſunt inventæ, ut earum metu homines in officio contineantur *l. 1. §. 1. d. J. & J.* & delicta vel ſeverè vel remiſsè, prout eorum qualitas exigit, puniantur, & malitia perverſorum reprimatur *cap. ad reprimendam 8. pr. d. offic. judic. ordinar.*
3 † Sunt autem pœnæ certæ & variæ à jure Canonico conſtitutæ *d. cap. 8. pr. & ibi gloſſ. in verbu: In canonibus.* Quædam enim inducunt degradationem, & curiæ ſeculari traditionem, quâ pœnâ afficiuntur, qui literas Papæ falſant *cap. ad falſariorum 7. de crimine falſi.* Degradatio autem, h. e. omnium graduum & ordinum ſpoliatio, fit vel ſolis verbis, & dicitur ſimplex, vel etiam factis, & appellatur actualis degradatio. Et in eâ certus Epiſcoporum numerus deſideratur. Nam Epiſcopus deponendus ab Epiſcopis duodecim audiendus, à ſex Presbyter, & à tribus Diaconus cum proprio ſuo Epiſcopo *can. Felix 4. cauſa 15. q. 7.* Quomodo autem degradatio fiat, traditur in *cap. degradatio 2. h. t. in 6. M. Anton. Cucbus lib. 4. Inſtit. jur. canon. tit. de pœnis 10.* ubi etiam plura affert de degradatione. Si verò Epiſcopus, Presbyter aut Diaconus capitale crimen commiſerit, aut chartam falſaverit, aut falſum teſtimonium dixerit, ab officii honore depoſitus in monaſterium detruditur, & ibi quam diu vixerit, laicalem tantummodo communionem accipere debet *can. ſi Epiſcopus 7. diſt. 50. & cap. Tuæ diſcretionis 6. h. n. t.* Si quis verò à modo Epiſcopus, Presbyter aut Diaconus fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat, uſque dum ad ſatisfactionem veniat: nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus Eccleſiaſticis habeat *can. ſi quis 6. diſt. 81.*
4 † Quædam etiam pœnæ ſuſpenſionem tantùm inducunt *can. Presbyter 13. cauſa 2. q. 5.* cujus hæc ſunt verba: *Presbyter ſi à plebe ſibi commiſſa, malâ opinione infamatus fuerit, & Epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit, ſuſpendatur, uſque ad dignam ſatisfactionem: Ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. Digna verò ſatisfactio eſt (ſicut à majoribus conſtitutum eſſe docetur) quando ſive ſecundum canones, ſive ad arbitrium Epiſcopi ſeptem ſibi collegas adjungit, & juxta in ſacroſancto Evangelio coram poſito, quod crimen*

men ſibi illatum non perpetravit. Et hâc ſatisfactione purgatus, ſe-
curè deinceps ſuum exequatur officium. † Porrò eſt etiam pœ- 5
na alia pecuniaria, & alia corporis adflictiva. De pœnâ pecuniariâ
agitur in *cap. Presbyteri 2. h. n. t.* ubi ſcribitur, quòd Presbyteri in-
terfecti compoſitio Epiſcopo, ad cujus parœcîam pertinet, ſolva-
tur, ita ut medietatem utilitatibus Eccleſiæ, cui præfuit, tribuat, al-
teram in ejus Eleemoſynam juſtè diſpertiat. Quia nullus ejus heres
proximior videtur, quàm qui ipſum Domino ſociavit. Ex quo tex-
tu notat *Gloſſa in verbu: Utilitatibus Eccleſiæ.* quòd pœnas pecu-
niarias, quas recipit Epiſcopus, non debeat ipſe lucrari, ſed in utili-
tatem Eccleſiæ convertere, vel dividere illas. Non tamen debent
Prælati pro criminoſis ſuſtinendis pecuniam exigere, nec etiam
correctionis cauſa ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere.
cap. licet 3. h. t. † Pœna verò corporis afflictiva debet fieri 6
citra ſanguinem, qui non effunditur à judice Eccleſiaſtico, quia
non habet Eccleſia gladium, niſi ſpiritualem: Non occidit, ſed vi-
vificat *can. Inter hæc 6. cauſa 33. q. 2. cap. Clericis 5. & cap. ſenten-*
tiam 9. ne clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.
† Denique ſciendum eſt, quod toties puniendus ſit criminoſus,
quoties delictum iterat *cap. 1. h. n. t.* quia iteratio delicti multipli-
cat culpam *can. conſideret 1. d. pœnit. diſt. 5. & l. nunquam 2. pr. de*
privat. delict. † Plura de hoc tit. videantur apud *Henric. Caniſ.* 7
lib. 3. Inſtit. tit. de pœn. 22. Gloß. ad cap. 8. de off. jud. ordin. & alios
Canoniſtas.

Notabilia.

1. In cauſis pecuniariis victus, victori in expenſis eſt condemnandus *cap. calumniam 4.*

2. Si teſtis propter vacillationem incarceratur, infamiam non incurrit. *cap. ſuper his 8.*

3. Inhoneſtis quæſtibus anhelando nemo debet cum alienâ jacturâ ditari *cap. ſuam 9.*

4. Judicialis autoritas non debet evaneſcere. *cap. Dilectus 11.*

5. Quod ad defenſionis ſubſidium eſt inventum, ad depreſſionis diſpendium non debet retorqueri *cap. In quibusdam 12.*

De

De Pœnitentiis & remiſſionibus.

Titulus XXXVIII

Summaria.

Continuatio. 1.
Pœnitentia quid? 2.
Alia privata, alia publica. 3.
Sacerdotis & Medici circà pœnitentiam officium. 4.
Quis & quoties debeat pœnit. agere? 5.
Quid ſi alieno ſacerdoti confiteatur quis? 6.
Sacerdos confeſſum prodere non debet. 7.
De remiſſionibus. 8.

1 IN *Titulo præcedente* actum eſt de pœnis, quæ imponuntur in foro judiciali. Nunc competenti ordine ſubnectitur de his, quæ imponuntur in foro pœnitentiali. Verùm quia hujusmodi pœnæ quandoque relevantur per remiſſiones ſeu indulgentias, ideò additur in hâc rubricâ, *& remiſſionibus*, id eſt in-
2 dulgentiis. *Abbas hic.* † Definitur autem aliter pœnitentia, quæ eſt prima pars hujus Tituli, à Canoniſtis, aliter à noſtris Theologis, & quidem ab his rectiùs, quòd ſit hominis peccatoris ad Deum ſalutaris converſio, qua agnitis peccatis ac dolens, fidem in Chriſtum concipit, & fructus affert dignos iis, qui reſipuerunt; *Matthias Hafenrefferus in locis Theologicis*
3 *loco de pœnitentiâ.* † Et eſt vel publica vel privata. Privata eſt pœnitentia eſt, quæ in occulto Deo & ſacerdoti fit. Publica autem, quæ publicè, nulla ſervata juris ſolennitate, peragenda injungitur, & fit quando manifeſta peccata ſunt commiſſa *cap. 1. h. t.* Cum enim manifeſta peccata non ſint occultâ correctione purganda, rectè conſtitutum eſt, ut qui publicè peccando proximo ſuo ſcandalum præbuerint, publicā etiam pœnitentiam à propriis ſibi ſacerdotibus impoſitā per-
4 agere debeant. † Sacerdos autē debet eſſe diſcretus & cautus, & arbitrari atq; injungere pœnitentiam ſecundum quantitatē exceſſus pœnitentis, & contritionem & alias circumſtantias

cap.

cap. ſignificavit 3. & cap. Deus qui Eccleſiam 8. h. t. Medici etiam,
quando vocati ſunt ad infirmos, debent ante omnia inducere
eos ad confeſſionem, nec quicquam perſuadere pro ſalute cor-
poris, tendens in animarum periculum. *cap. cum infirmitas 13.*
eod. Tit. † Et omnis utriusque ſexus fidelis, poſtquam 5
ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata ſal-
tem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, &
injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adim-
plere, ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ
ſacramentum: niſi fortè de proprii ſacerdotis conſilio, ob ali-
quam rationabilem cauſam ad tempus ab hujusmodi perce-
ptione duxerit abſtinendum: alioquin & vivens ab ingreſſu
Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtianâ careat ſepulturâ. † 6
Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit juſtâ de cauſâ ſua con-
fiteri peccata, licentiam priùs poſtulet & obtineat à proprio
ſacerdote, cum aliter ipſe illum non poſſit abſolvere vel li-
gare. Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus ut more periti me-
dici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, di-
ligenter inquirens & peccatoris circumſtantias & peccati:
quibus prudenter, quale debeat ei præbere conſilium, & cu-
jusmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo
ad ſalvandum ægrotum. † Caveat autem omnino, ne 7
verbo aut ſigno, aut alio quovis modo aliquatenus prodat
peccatorem, quia non ut judex ſcit, ſed ut Deus *cap. ſi ſacerdos*
2. de offic. judic. ordin. & ſi prudentiori conſilio indiguerit, il-
lud absque ullâ expresſione perſonæ cautè requirat: quoni-
am qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præ-
ſumſerit revelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponen-
dum decernimus, verùm etiam ad agendum perpetuam pœ-
nitentiam in arctum monaſterium detrudendum. *cap. omnis*
12. h. n. t. † Sequuntur remisſiones, de quibus agitur in 8
alterâ parte hujus Tituli, quæ nihil aliud ſunt, quàm indul-
gentiæ, quæ ſignificat quandam juris relaxationem, cùm mi-
nùs ſeverè quàm poſſet, cum aliquo agitur. De his remisſio-
nibus in *cap. quod autem 4. cap. cum ex eo 14. verſ. adhuc, quia*
per indiſcretus &c. & cap. noſtro poſtulaſti 15. h. n. t.

De
Pœnitentiis & remiſſionibus.
Titulus XXXVIII
SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Pœnitentia quid? 2.
Alia privata, alia publica. 3.
Sacerdotis & Medici circà pœnitentiam officium. 4.
Quis & quoties debeat pœnit. agere? 5.
Quid ſi alieno ſacerdoti confiteatur quis? 6.
Sacerdos confeſſum prodere non debet. 7.
De remiſſionibus. 8.

1 IN *Titulo præcedente* actum eſt de pœnis, quæ imponuntur in foro judiciali. Nunc competenti ordine ſubnectitur de his, quæ imponuntur in foro pœnitentiali. Verùm quia hujusmodi pœnæ quandoque relevantur per remisſiones ſeu indulgentias, ideò additur in hâc rubricâ, *& remiſſionibus*, id eſt in-
2 dulgentiis. *Abbas hic.* † Definitur autem aliter pœnitentia, quæ eſt prima pars hujus Tituli, à Canoniſtis, aliter à noſtris Theologis, & quidem ab his rectiùs, quòd ſit hominis peccatoris ad Deum ſalutaris converſio, qua agnitis peccatis ac dolens, fidem in Chriſtum concipit, & fructus affert dignos iis, qui reſipuerunt; *Matthias Hafenrefferus in locis Theologicis*
3 *loco de pœnitentiâ.* † Et eſt vel publica vel privata. Privata eſt pœnitentia eſt, quæ in occulto Deo & ſacerdoti fit. Publica autem, quæ publicè, nulla ſervata juris ſolennitate, peragenda injungitur, & fit quando manifeſta peccata ſunt commiſſa *cap. 1. h. n. t.* Cum enim manifeſta peccata non ſint occultâ correctione purganda, rectè conſtitutum eſt, ut qui publicè peccando proximo ſuo ſcandalum præbuerint, publicâ etiam pœnitentiam à propriis ſibi ſacerdotibus impoſitâ per-
4 agere debeant. † Sacerdos autē debet eſſe diſcretus & cautus, & arbitrari atq; injungere pœnitentiam ſecundum quantitatē exceſſus pœnitentis, & contritionem & alias circumſtantias

cap.

cap. ſignificavit 3. & cap. Deus qui Eccleſiam 8. h. t. Medici etiam, quando vocati ſunt ad infirmos, debent ante omnia inducere eos ad confesſionem, nec quicquam perſuadere pro ſalute corporis, tendens in animarum periculum. *cap. cum infirmitas 13. eod. Tit.* † Et omnis utriusque ſexus fidelis, poſtquam 5
ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum: niſi fortè de proprii ſacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtianâ careat ſepulturâ. † 6
Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit juſtâ de causâ ſua confiteri peccata, licentiam priùs poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote, cum aliter ipſe illum non posſit abſolvere vel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus ut more periti medici ſuperinfundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias & peccati: quibus prudenter, quale debeat ei præbere conſilium, & cujusmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo ad ſalvandum ægrotum. † Caveat autem omnino, ne 7
verbo aut ſigno, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem, quia non ut judex ſcit, ſed ut Deus *cap. ſi ſacerdos 2. de offic. judic. ordin.* & ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud absque ullâ expresſione perſonæ cautè requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præſumſerit revelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verùm etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum. *cap. omnis 12. h. n. t.* † Sequuntur remisſiones, de quibus agitur in 8
alterâ parte hujus Tituli, quæ nihil aliud ſunt, quàm indulgentiæ, quæ ſignificat quandam juris relaxationem, cùm minùs ſeverè quàm poſſet, cum aliquo agitur. De his remisſionibus in *cap. quod autem 4. cap. cum ex eo 14. verſ. adhac, quia per indiſcretas &c. & cap. noſtro poſtulaſti 15. h. n. t.*

NOTABILIA.

1. A non ſuo judice nullus ligari, vel abſolvi debet *d. cap. quod autem 4.*

2. Cauſa ceſſante, ceſſat effectus *cap. cum infirmitas 13.*

3. Anima multò pretioſior eſt corpore *d. cap. 13.*

4. Roman. Pontifex plenitudinem obtinet poteſtatis. *cap. cum ex eo 14. in fin.*

De Sententia Excommunicationis.

Titulus XXXIX.

SUMMARIA.

Continuatio. 1.
Excommunicatio quid? 2.
Alia major. 3.
Minor alia. 4.
In dubio præſumitur major. 5.
Excommunicatio debet fieri in ſcriptis. 6.
Nec ad eam perveniri, niſi juſtâ de causâ. 7.
Et præmiſſis monitionibus. 8.
Semel excommunicatus vitari uſq; ad abſolutionem debet. 9.

1 CAnonica ſive Eccleſiaſtica pœna, quæ datur in convictos de crimine, eſt vel minor, ut pœnitentia, vel major, ut ex communicatio; de illa actum eſt in *tit. præced. 38.* de hac agitur
2 *in hoc Titulo.* † Excommunicatio dicta quaſi *extra communionem poſitio* eſt cenſura à canone vel judice Eccleſiaſtico prolatæ, privans legitimâ communione ſacramentorum, & quandoque hominum. *Abbas ad h. rub n. 3.* vel eſt Chriſtiani hominis à corpore Eccleſiæ, vel tantum à perceptione ſacramentorum ejus excluſio. *Henric. Caniſ. lib. 3. inſtit. jur. canon. tit.*
3 *23. quæſt. Excommunicatio quid & quotuplex.* † Et eſt duplex, una dicitur major excommunicatio, altera minor. Major Excommunicatio à communione fidelium ſeparat. *cap. ſi quem 59. h. n. 1.* quæ fit majore quadam ſolennitate, ut contumacia gravior oſtendatur & idcircò anathema; h. e. mortis æternæ damna-

damnatio dicitur *can nemo 41. cauſa 11 q. 3.* Modus autem hujus excommunicationis proponitur in *can. debeat. 106 d. cauſa 11. q. 3.* ubi debent duodecim ſacerdotes Epiſcopum circumſtare. & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis vel excommunicationis projicere debent in terram, & conculcare pedibus: deinde Epiſtola per parochias debet mitti continens excommunicatorum nomina, & cauſam excommunicationis. † Minor verò excommunica- 4
tio ſacramentorum uſum interdicit, & hominum conſuetudinem permittit *d. cap. ſi quem 59. & cap. à nobis 2. ſupra de Exceptionibus.* † Ubi tamen notandum eſt, quod ex communica- 5
tio in dubio intelligi debeat de excommunicatione majori *d. cap. 59.* ob rationem, quam affert *Didac. Covarruv. part. 1. relect. cap. alma mater §. 8. n. 5. d Excom. & ejus effectu, & Henr. Zœſius ad h. t. n. 30. & 31.* qui etiam *n. 37.* tradit, in quem ferenda ſit excommunicatio. † Quisquis autem excommunicat, 6
excommunicationem in ſcriptis proferre debet, & cauſam excommunicationis expreſsè conſcribere, propter quam excommunicatio proferatur. *cap. cum medicinalis, h t. in 6.* quamvis in aliis ſententiis cauſæ expresſio non ſit neceſſaria. *cap. ſicut nobis 16. d ſent. & re judicat.* † Caveat autem diligenter 7
judex, ne ad excommunicationem cujusquam absque manifeſtâ & rationabili causâ procedat *cap. ſacro 48. verſ. caveat etiam diligenter h. n. 1.* quæ autem ſint illæ cauſæ, ob quas quis excommunicari posſit, traditur pasſim in *d. tit. & can. ſignis 29. cauſa 17. q. 4.* † Porrò in excommunicatione ferendâ hoc 8
obſervandum eſt, ut non prius in aliquem feratur ſententia, quàm præmisſis tribus monitionibus, vel una pro omnibus, cum juſto dierum intervallo & perſonis præſentibus idoneis, per quas (ſi neceſſe fuerit) posſit probari monitio. Quod ſi cõtra præſumſerit, etiamſi juſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum Eccleſiæ per menſem unum ſibi noverit interdictum, aliâ nihilominus pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedere. *d. cap. ſacro 48. h. n. 1.* † Denique ſemel excom- 9
municatus debet vitari ſemper ut excommunicatus, niſi legiti-

Mmmm 2

gitimè probet ſe fuiſſe abſolutum. *cap. ſunt nobis 39. h. n. t.*

NOTABILIA.

1. Vim vi repellere omnes leges omniaque jura permittunt *cap. ſi verò 3. verſ. ſi verò Clericum &c.*

2. Is committit verè, cujus auctoritate vel mandato delictum committi probatur *cap. mulier 6. in fin.*

3. Fruſtra Eccleſiæ implorat auxilium qui committit in ipſam *cap. in audientia 25.*

4. Matrona, cujus pudicitia attentata fuit, non poteſt injuriarũ agere, ſi in veſte meretricali fuerit deprehenſa *d. cap. 25.*

5. Facientem & conſentientem par pœna conſtringit *cap. nuper 29. & cap. quanta 47.*

6 Unde jus prodiit, interpretatio quoque procedat, *cap. inter alia 31.*

7. Majora intelliguntur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora *cap. cum illorum 32.*

8. Scandalum debet evitari *d. cap. 32. verſ. quod ſi Clericum.*

9. Privilegium meretur amittere, qui ſibi permiſsâ abutitur poteſtate *d. cap. 32. in fin. & cap. contingit 45. verſ. verùm.*

10. Prælati exceſſus corrigere debent ſubditorum *cap. ut famæ 35.*

11. Publicæ utilitatis intereſt, ne crimina remaneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores *d. cap. 35. verſ. reſpondemus &c.*

12. Supprimenti veritatem, abſolutio ſubrepta non prodeſt. *cap. officii 42.*

13. Fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem. *cap. contingit 45. verſ. verum &c.*

14. Delinquentibus favent, qui cum poſſint manifeſto facinori deſinunt obviare *cap. quanta 47. in fin.*

15. Non levis culpa eſt, magnam infligere pœnam inſonti *cap. ſacro 48.*

16. Voluntate ac propoſito maleficia diſtinguuntur *cap. cum voluntate 54. pr.*

17. Propter defectum ætatis, rigor eſt manſuetudine temperandus *cap. ult.*

De

De Verborum ſignificatione. Titulus XL.

Summaria.

Continuatio. 1.
Verbum, & ſignificatio quid? 2.
Novale quid? 3.
De appellatione patris. 4.
Senſus c. 3. h. tit. 5. *& cap. 5. eod.* 6.
Non ſermoni res, ſed rei ſermo eſt ſubjectus. 7.
Explic. cap. 10. verſ. vocatur. h. tit. 8.
Definitio & etymon pacti. 9.
De etymo juris. 10.
Quid oblationis nomine contineatur? 11. *& an eas poſſidere poſſint perſonæ ſeculares?* 12.
De extremâ unctione. 13.
Explic. cap. 18. h. n. t. 14.
De litis conteſtatione. 15.
De reliquis capp. h. tit. remiſſivè. 16.

IN propriâ Decretalium parte tractatur de tribus, quorum unum 1
eſt de jure ipſo, alterum de verborum ſignificatione, & ultimum de regulis juris. De primo, h. e. jure ipſo egit Compilator Decretalium à *titulo de poſtulatione prælatorum 5. lib. 1. Decretal.* uſque ad *præſentem titulum*; nunc ſequitur alterum, nimirum *verborum ſignificatio*, de quâ in *præſenti titulo.* † Verbum à verberatu 2
dictum, nihil allud eſt, quàm nota, quâ unumquodque vocatur. Ideò enim verba & inventa & recepta ſunt, ut per ea conceptum animi homines aperiant, & palam proferant. Significatio verò eſt proprius & verus verborum intellectus, quo quælibet res tanquam in pictâ tabulâ oculis quaſi ſubjicitur & declaratur; quæ omnia probat, & *Dd.* autoritatibus confirmat *Johannes Gædd. in commentar. ad rub. Dig. de verbor. & rerum ſignificatione n. 4. & aliquot ſeqq. numeris.* In noſtro autem titulo priora quinque capitula deſumta ſunt ex *Hieronymo.* † In primo explicatur, quid ſit 3

novale,& dicitur,quòd novale ſit ager nunc primum præciſus. Et in *cap. quid per novale 21. h. n. t.* ſcribitur, quòd veteres novale intellexerint agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria,quòd aliquando cultus fuiſſet. Terra igitur,de qua non extat memoria, quòd aliquando culta fuiſſet, redacta noviter per religioſos viros ad culturam, perpetuò debet, quoad immunitatem de nonſolvendis decimis, novalium jure cenſeri *cap. ult. d. privileg. & exceſſib. privilegiator.* Jure autem civili novalis eſt terra præciſa, quæ anno ceſſavit *l. ſylva cædua 30. §. novalis 2 d. V. S.* vel ſylva, quæ arboribus exſtirpatis ad cultum redigitur *l. fin. §. ult. de termino moto.*

4 † In *ſecundo capitulo, quod incipit: Nam & Rex &c.* appellatione patris veniunt in lata ſignificatione omnes aſcendentes *l. appellatione 51. h. t. in D.* Sic etiam liberorum appellatione & pronepotes,cæterique qui ex his deſcendunt, continentur *l. liberorum 220. d. t.* Parentes verò uſque ad Tritavum dicuntur, ultra verò majores, & liberi uſque ad trinepotem, ulteriores inferiores vocantur *l. JCtus 10. §. parentes 7. d. gradib. & affinib. & nominibus eorum.* Dictio igitur, *id eſt*, in *d. cap. 2.* eſt expoſitiva præcedentium. *Prepoſ. ad cap. 1. n. 4. de ſponſa lib. & matrimon.* Verba autem, *more ſcripturæ*, quæ in *d. c. 2.* habentur, probant, quod de interpretatione verborum debeamus recurrere ad communem uſum loquendi, ſive quæſtio ſit de interpretatione legis communis, ſive alterius diſpoſitionis. Nam uſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi verborum, unde debemus intelligere verba non ſecundùm proprietatem ipſorum,ſed ſecundùm communem intellectum & modum loquendi, *l. Labeo ait 7. §. ſervius 2. d. ſuppellect. leg.*

5 † Sequitur *tertium capitulum*, quod incipit: *Nam & ego*, cujus ſenſus eſt, unigenitum dici, qui habuit alium fratrem, *Salomon* enim inquit in *Proverb. c. 4.* Nam & ego unigenitus fui coram matre meâ; Unde quæritur, quare ſe unigenitum nominet Salomon,quem tamen fratrem uterinum præiiſſe Scriptura teſtatur *lib. 2. Samuel. c. 12.* Ad quod reſpondet Hieronymus, hoc ideò feciſſe Salomonem, quia frater uterinus mox natus ſine nomine, quaſi nunquam eſſet, de vitâ deceſſit, & ita non videtur fuiſſe, qui non duravit. *can. quanto 10. diſt. 63. & cap. ad*

noſtram 8. d. regularib. & tranſeuntib. ad relig. gloſſ. ad d. c. nam &
ego in verb. quaſi nunquam eſſet. † In *capitulo Joſeph 5. h. t.* 6
exponuntur verba illa Scripturæ apud *Matthæum cap. 1. verſ. ult.*
Joſeph non cognovit Mariam, donec peperit filium ſuum primogenitum: Ex quo loco Helvidius Hæreticus perverſiſſimè ſuſpicatur, & alios filios Mariam habuiſſe, cùm tamen conſtet, Mariam ante partum & poſt partum virginem permanſiſſe *cap. 14. Heſekiel. verſ. 2.* Nec pro Helvidio quicquam facit vox *primogeniti*, & *donec*, quia mos divinarum Scripturarum eſt, ut primogenitum non vocent, quem fratres ſequuntur, ſed eum, qui primo natus fuit *d. cap. Joſeph 5.* Dictio autem *donec* non ſemper implicat. Exemplum eſt apud *Eſaiam. cap. 46.* ubi ſcribitur; *donec ſeneſcatis ego ſum.* Numquid poſt illorum ſenectutem Deus eſſe deſivit? & in *Pſalm. 109. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Nunquid poſtea non ſedebit? alia Exempla habentur *lib. 2. Sam. c. 6. in fin. Joſua. c. 22. v. 3. 1. Samuel. 15. verſ. 35. & 1. Reg. 10. v. 13.* Plura videantur apud *Hieronym. in Epiſtolâ adverſus Helvidium de perpetuâ virginitate beatæ Mariæ,* ubi ex profeſſo Helvidium refutat & ad rationes ejus reſpondet.
† Sequitur *cap. intelligentia 6. h. n. t.* in quo *Hilarius* ſcribit, quòd
non ſermoni res, ſed rei ſermo ſit ſubjectus; Quorum verborum 7
ſenſus eſt, quòd intentioni, ſeu intellectui ſermo ſervire debeat; Verba enim inſtituta ſunt, ut per ea quis in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat *can. Is autem 4. cauſa 22. q. 2.* Et quemadmodum animus præfertur corpori, ita etiam ſententia verbis *can. ſed illo 12. diſt. 38.* Senſum igitur non verba conſiderare, & verbum non ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu transferre debemus: quia plerumque dum proprietas verborum attenditur ſenſus veritatis amittitur *cap. propterea 8. h. t.* Mens autem dicentis potior eſt voce *l. Labeo 7. in fin. d. ſuppellect. leg.* & prius conſideranda quàm verba *l. pater 108. in pr. d. condit. & demonſtr.* Unde ut mentem aſſequamur, circumſtantiæ ſunt inſpiciendæ. Intelligentia enim dictorum ex cauſis eſt adſumenda dicendi *d. cap. Intelligentia 6.* Si autem de mente non apparet, attenditur propria verbi ſignificatio, modò non averſetur communis uſus loquendi *cap. quamvis 9. & ibi Abbas n. 3. h. t. n.*

Inno-

Innocent. ad cap. cum clamor 53. in f. d. teſtibus & atteſtationib. Nam ad intelligentiam verborum, communis uſus loquendi eſt maximè attendendus *l. non aliter 69. d. Legat. & fid. 3. Br. ad ad l. omnes 9. d. J. & J.*

8 † In *capit. Forum 10. verſ. vocatur autem*, licèt Iſidorus, autor *d. cap.* juſtitiæ etymologiá exponere voluiſſe videatur, reverà tamen non niſi alluſionem tradit, ſicut è ſimili dicimus *fureum* appellari *qs. furvum*, *ſacellum* quaſi *ſacram cellam.* Alluſio autem vocis vel ſoni ſimilitudine contenta eſt. *Alciat. tr. d. V. S. lib. 4. n. 20. & ad l. 183. n. 6. & ſeq. d. V. S.* Itaque *juſtitia* ſi grammaticam inveſtigemus derivationem, à *jure juſtoque* deducenda eſt, perinde ut à *mæſto* fit *mæſtitia*, à *læto lætitia.*

9 † Sequitur *c. pactum 11.* in quo proponitur definitio pacti & unde pactum dicatur. Definitio eſt talis; *Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens ſcriptum legibus ac moribus comprobata.* Scriptura appellatur, quia ſæpè intervenit ſcriptura ut probari poſſit pactum fuiſſe interpoſitum. Et quia aliter non valet pactum, niſi ſecundùm LL. ac mores fiat, ideò addita ſunt iſta verba: *Legibus & moribus*: Pactum autem dicitur quaſi ex pace factum. Ubi ſciendum eſt etymologiam ſeu notationem Logicam differre ab alluſione & derivatione. Derivatio nudam ſolius dictionis originem ſpectat; Alluſio ad ſolius vocis ſimilitudinem refertur. Etymologia denique ipſius rei ſpectat originem, & veram genuinamque vocis rationem ex argumento aliquo primo deſumtam reddit teſte *Everhardo in Top. loc. ab Etymol. n. 5. & Alciato in l. taberna 183. n. 6. & ſeqq. d. V. S.* Itaque à *pace* ſecundùm Grammaticam derivationem & à *pacto, pacti*, addita litera *O* fit *pactio. Connan. l. 5. com. 1. civ. c. 1. n. 8.* Jure autem civili ab Ulpiano definitur pactum, quod ſit duorum pluriumve in idem placitum & conſenſus *l. 1. §. Eſt autem 2. d. pact. Placitum & conſenſus*; quæ vocabula hîc ideo conjunguntur, ut unum declaretur ab altero. *Placitum* à verbo *placo* deductum eſt, quod poſt multas utriusque diſputationes omnium conſenſu conſtituitur, quaſi quod ipſis, qui de eo diſſidebant, *placatis* tandem viſum eſt dignum, & idoneum, cui deberent acquieſcere. Copula vero, *&*, quæ in vulgatis codicib. reperitur *Borcholt. tr. d. pactis c. 1. n. 9.* ſumitur à quibusdam in *d. l. 1. §. eſt autem 2.* ut & in *l. 3. de pollicitationib.* expoſi-

poſitivè pro, *id eſt*, ut placitum nihil ſit aliud, quàm conſenſus, & conſenſus nihil aliud, quàm conventio. Additur autem in definitione, quod pactum ſit placitum ſeu conſenſus duorum, vel plurium, ad differentiam pollicitationis, quæ definitur ab *Ulp. in d. l. 3.* offerentis ſolius promiſſum. Denique in definitione verba: *in idem* ſignificant ex diverſis animi ſententiis in id tandem ventum eſt, quod pactum eſt; ut neceſſe ſit ex pacto aliquid novi juris conſtitui & omninò aliud, quàm quod erat antea. Rectè igitur & conſultè dictum *eſt, in idem*, non in eâdem re, quia non omnes, qui de eadem re conſentiunt, paciſcuntur, ſed qui conſentiunt in eandem rem. De eadem re, ſeu in eadem re conſentire dicuntur, qui de eâdem re idem ſentiunt, quique affirmant, rem ita aut ita ſe haberè, ut cum Philoſophi virtutem ſummum bonum eſſe ſtatuunt; In eandem autem rem, & quod idem eſt, in idem conſentiunt, non qui de eâdem re idem affirmant tantùm, ſed qui ita affirmant, ut ſimul recipiant futurum, ut ea res ſequatur. Quod qui faciunt, promittunt,
proinde paciſcuntur. † In *capit. jus dictum eſt 12.* tradit *Iſi-* 10
dorus Etymologiam juris, prout habetur in re, non prout eſt generale nomen. Quatenus enim in re habetur, dicitur à jure poſſidendo. Nam hoc jure poſſidetur, quod juſtè, hoc juſtè, quod benè. Quod autem malè poſſidetur, alienum eſt. Malè autem poſſidet, qui vel ſuis malè utitur, vel aliena præſumit. Quæ verba etiam leguntur apud *Auguſtinum ad Macedonium Epiſt. 54.* & referuntur in *can. quid dicam 11. cauſa 14. q. 4. ibi: Hoc certè alienum non eſt, quod jure poſſidetur, hoc autem jure, quod juſtè: & hoc juſte quod benè. Omne igitur, quod malè poſſidetur, alienum non eſt. Malè autem poſſidet, qui malè utitur.* Quando autem jus eſt generale nomen tunc appellatur à juſtitia. Nam ut eleganter *Celſus* definit, jus eſt
ars boni & æqui *l. 1. pr. d. J. & J.* † In *capit. cauſa 13.* expli- 11
catur, quid oblationis nomine contineatur, & an perſonæ ſeculares oblationes poſſidere poſſint. Ad priorem autem quæſtionem reſpondetur, quod oblationis nomine contineatur, quicquid fidelis offert Eccleſiæ *can. videtnis 16. verſ. Ipſa enim res cauſa 12. q. 1.* Qui igitur offert oblationem debet eſſe 1. Chriſtianus, quia ab infidelibus Eccleſia propriè non recipit oblationem, ſed æſtimatio-

nem oblationum pro intereſſe *cap. quanto 18. & ibi Abbas ſupra de uſur.* Deinde offertur Eccleſiæ *cap. cum inter 29. h. n. t.* Si enim datur privato non dicitur oblatio, ſed propriè donatio. Propterea debet id, quod offertur juſtè eſſe acquiſitum. Ex illicitè enim acquiſitis, non debet Eccleſia recipere oblationem. *cap. quia in omnibus 3. d. t. & cap. Ex tranſmiſſa 23. ibique gloſſ. voc. licite de decimis primitiis & oblationib.* Denique oblatio eſt, quicquid Eccleſiæ offertur, ſive id fiat in vitâ, ſive in morte. *cap. de his 4. d. Sepulturis*, ſive etiam conſiſtat iſta oblatio in rebus mobilibus, ſive immobilibus *d. cap. 13. & ibi Abbas n. 2.* ubi etiam refert *Hoſtienſem* putâſſe, oblationem ſacerdoti in miſſâ factam in præcipuis feſtivitatibus debere fieri. Cujus opinionem admittit *Abbas*, ubi ſacerdos indigeret, aliâs autem hoc relinquerem, inquit, conſuetudini: Nam non reperio expreſsè jure cautum, quod ex neceſſitate talibus diebus fiant oblationes. Plura de oblationibus dicta ſunt à nobis *ſupra in*
12 *ultimâ parte tituli de Decimis, primitiis & oblationibus.* † Ad poſteriorem quæſtionem reſpondetur in *d. cap. cauſa 13. verſ. quicunque igitur*, quod oblationes à ſecularibus poſſideri non poſſint. Qui igitur res Eccleſiæ oblatas per poteſtatem ſecularem obtinet, procul dubio contra Deum, & ſanctorum Patrum nititur ſanctiones: quin imò & qui accipit, & qui tradit, raptor & ſacrilegus judicatur *d. verſ. quicunque igitur & can. nulli liceat 3. cauſa 12. q. 2.* †
13 In *princ. capit. quæſivit fraternitas tua 14.* agitur de extremâ unctione, & explicatur per quem ea poſſit fieri. Dicitur autem, quòd ſacerdos poſſit infirmum ungere. Extrema unctio eſt unum ex ſeptem Pontificiorum ſacramentis, quod infirmis atque in extremitate vitæ conſtitutis exhibetur. Unde etiam hæc unctio dicitur extrema. Fit autem ideò à ſacerdote, quia in hoc ſacramento remittuntur peccata, & alii quàm ſacerdotes non poſſunt dimittere peccata. *Thom. de Aquin. part. 3. q. 31. art. 1.* Poteſt autem ſacerdos vel ſolus, vel uno Clerico præſente, ſacramentum hoc extremæ unctionis conferre. Nec obſtat, quod *Divus Jacob. in Epiſtolâ ſuâ* loquitur de Presbyteris, inquiens: *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini &c.* quia reſpondetur à Canoniſtis ad *d. cap. 14.* quòd iſta plu-

la pluralitas ſit reſolvenda in ſingularitatem. † Ex *cap. cum* 14
tibi 18. h. t. n. conſtat Pontificem Romanum Epiſcopo Altiſſiodo-
renſi privilegium conceſſiſſe de rebus Clericorum diſponendi, qui
ab inteſtato decedunt. Hinc de duabus quæſtionibus prædictus E-
piſcopus conſuluit Pontificem Innocentium Tertium, quarum una
eſt, an appellatio Clericorum, tàm ad Canonicos, quàm ad non Ca-
nonicos extendatur? Altera quæſtio eſt, an illi, qui in diſpoſitione
& voluntate alterius ſuam committunt ultima voluntatem, nil
per ſe penitus ordinantes, nec determinantes, cui loco vel perſonæ
conferri debeat, dicantur decedere inteſtati? Ad primam quæſtio-
nem reſpondetur in *h. cap. cum tibi 18.* quòd appellatio Clerico-
rum non ſolùm alios, ſed etiam canonicos comprehendat. Ad
quæſtionem autem ſecundam reſpondetur in *cap. cum tibi 13. de*
teſtamentis, & ultimis voluntatib. quòd qui extremam voluntatem
in alterius diſpoſitionem committit, non videatur decedere inte-
teſtatus. Verùm de hâc ſecundâ quæſtione *alibi* dixi *ſupra.* † De- 15
nique in *fin. capit. Ex parte 30.* dicitur mota lis, cùm fuerit conte-
ſtata, quod convenit cum *capit. ſuper quæſtionum 27. §. 1. d. offic. &*
poteſtate judic. delegati, ubi conteſtata ipſa appellatur litis exordi-
um. Unde *Gloſſ. ad l. judicium 58. voc. judicium de judic. & ubi*
quisque ag. vel conveniri deb. Sich. ad rub. C. de lit. conteſtat. n. 1.
Cujac. lib. 9. obſervat. cap. 21. Andr. Gail. lib. 1. practic. obſerv. cap.
74. & multi alii contendunt, litis conteſtationem & non in jus vo-
cationem eſſe principium judicis. Quam opinionem ulterius con-
firmant *l. 1. C. de litis conteſtatione*, ex quo textu apparet, per litis
conteſtationem rem demum deduci in judicium. Ante igi-
tur litis conteſtationem non erit judicium. Verùm reſpon-
dendum eſt aliud eſſe rem deduci in judicium, & aliud eſſe
ipſum judicium, in quod res deducitur. Poteſt eſſe judicium,
quamvis nondum ſit res in illud deducta. Et ſi planè non eſ-
ſet, judicium ante litis conteſtationem, quomodo dici poſſet
res deduci in judicium, cùm non entis nulla ſint accidentia.
Nec obſtant verba: *in judicium* in *d. l. 1.* quæ ſignificant ante
judicium acceptum, cœptum tamen ſive inſtitutum. Deinde datur
judicium non acceptum *l. quid tamen 21. §. ult. d. recept. qui arbitr.*

recet. l. u qui ſe obtulit 25. verſ. Caterum d. R. V. l. ſi ante 7. judicat. ſol. & aliis ſimilib. textib. & quod eſt accipiendum *l. nunquam 2. §. quaſitum eſt. 3. d. privat. delict.* Accipitur autem demum judicium per litis conteſtationem *l. digni 7. §. ſi quis 5. cum §§. ſeqq. & l. Julianus ſcribit 9. §. quantam 5. ad exhibend. l. non poteſt 23. & l. ubi acceptum 30. d. judic.* oportet igitur eſſe aliquod judicium ante litis conteſtationem. Illud autem judicium non eſt perfectum, ſed quale quale, quod perficitur demum per litis conteſtationem, cum videlicet judex per narrationem negotii cauſam audire cepit *d. l. 1.*
36 *C. d. Lit. conteſtat. Donell. lib. 23. comm. jur. civil. c. 3.* † De reliquis capitulis vid. *Gloſſa Abbas & Canoniſta.*

Notabilia.

1. Non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus *cap. Intelligentia 6.*

2. Nihil obſtat narrandi diverſitas, ubi eadem dicuntur *cap. nihil obſtat 7.*

3. Plerumque dum proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur *cap. propterea 8.*

4. Non eſt judex, ſi non eſt in eo juſtitia *cap. Forus 10. verſ. non eſt ergo. &c.*

5. Varium & mutabile teſtimonium ſemper fœmina producit *d. cap. forus verſ. natura ſi vir &c.*

6. Non poteſt juſtitia cum ſcelerato homine habere commercium *d. cap. Forus in fin.*

7. Statuo rem perfectam ſignificat, & cum effectu non verbotenus accipitur *cap. inter 15. verſ. attendentes igitur &c.*

8. Quod præcipitur imperatur; & quod imperatur, neceſſe eſt fieri, & aliquando ſi non fiat, pœnam habet *d. cap. 15. verſ. Item quia ſecundum.*

9. Non debet aliquis conſiderare verba, ſed voluntatem, cum non intentio verbis, ſed verba intentioni debeant deſervire *d. cap. 15. verſ. conſiderantes 10.*

10. Beneficia principum ſunt interpretanda largiſſimè *cap. olim tibi 16.*

11. Lex non debet eſſe obſcura vel captioſa, ſed certa & manifeſta *cap. Abbati 25. verſ. Hic adſenſus &c.*

12. Res de qua agitur, debet potius valere quàm perire *d. cap. 25. verſ. Hic autem ſenſus.*

De
Regulis Juris.
Titulus XLI.

Summaria.

Continuatio. 1.
Regula quid & unde? 2.
Per quas cauſas res naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. 3. *excepto matrimonio.* 4.
Dubia in meliorem partem debemus interpretari. 5.
Utilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas amittitur. 6.
In initio cauſa à torturis incboandum non eſt. 7.

HIc Titulus non ideò ultimo loco in libris Decretalium 1
poſitus eſt, ut melius memoriæ mandari poſſit, ut quidam exiſtimant, ſed ut appareat, ex jure quod præceſſit, regulas ſumi *l. 1. de R. J.* † Ubi etiam regula definitur, quod rem quæ 2
eſt, breviter enarret. Dicitur autem regula, quia *regit*, vel normam *rectè* vivendi præbet. *Gloſſ. ad rubr. hujus Tituli in 6.* ubi etiam examinat ſequentes quæſtiones, an contineatur ſub regulâ, item, per quæ verba regula conſtituatur, & quodnam ſit officium regulæ. Proponuntur autem *in hoc Titulo* undecim juris regulæ, de quarum unâ atque alterâ videbimus breviter. Cæterarum vero explicatio poteſt deſumi ex *Gloſſ. Abbate & aliis Canoniſtis.* † Prima autem regula eſt, *omnis res,* 3
per quæcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur cap. 1. h. t. quæ

 regu-

regula deſumta eſt ex jure civili. Ita enim inquit Papinianus
in *l. quamvis 46. d a. vel amitt. poſſ.* eodem modo vinculum ob-
ligationum ſolvitur, quo quæri adſolet. Et Ulpianus in *l. ni-
hil 35. d. R. J.* nihil tàm naturale eſt, quàm eo genere quicquid
diſſolvere, quo colligatum eſt. Præterea Paulus ſcribit *in l.
fin. 153. cod. Tit.* ferè quibuscunque modis obligamur, iisdem
in contrarium actis liberamur, cùm quibus modis acquiri-
mus, iisdem in contrariam actis amittimus. Quod declara-
tur exemplis de obligatione, tàm verbis quàm conſenſu con-
ſtitutâ. Sicut enim tollitur ſtipulatio per ſtipulationem in
contrarium, & conſentaneum viſum verbis factam obligatio-
nem, aliis poſſe verbis diſſolvi, ita etiam ex obligationes, quæ
conſenſu contrahuntur, mutua voluntate diſſolvuntur *d. l. n.
35. & l. ſi unus 27. §. pactus ne peteret 2. d. Pact.* Hinc ſi Titius &
Sejus inter ſe conſenſerint, ut fundũ Tuſculanum emtum Sejus
haberet centum aureis: deinde re nondum ſecutâ, id eſt, ne-
que pretio ſoluto, neque fundo tradito, placuit inter eos, ut
diſcederetur ab eâ emtione & venditione, invicem liberan-
tur, mutuâ voluntate non unius tantùm §. *ult. J. quib. mod. tol-
litur obligatio,* Nam à contractu emtionis, aut ſimili, altero
invito recedi non poteſt. Quia ſicut ab unâ parte non perfi-
citur, ita nec reſcinditur *l. ſicut 5. C. d. oblig. & actionib. l. de con-
tractu 3. & l. non eſt 6. C. de reſcind. vend.*

4 † Ab hâc autem regu-
lâ excipitur matrimonium, quod ſolo conſenſu contrahitur
*l. cui fuerit 15. d. Condit. & demonſtr. l. nuptiæ 30. d. R. J. cap. ult. d.
ſponſa duar.* & tamen per contrarium conſenſum non diſſolvi-
tur *Can. licitè cauſa 32. q. 7. Gloſ. in d. cap. in verbis: omnis res &
ibi canoniſtæ,* qui etiam rationem adſignant.

5 † In *capit. eſtote
2. talis* proponitur regula; *dubia in meliorem partem debemus in-
terpretari.* cum qua convenit *l proximè 3. de his, quæ in teſtamen-
to delentur, inducuntur vel inſcribantur,* ubi hæc leguntur ver-
ba: *In re dubiâ benigniorem interpretationem ſequi, non minus ju-
ſtius eſt quàm tutius.* Verba igitur illa, *Ego me vindicabo,* Ich wil
mich an dir rechen Ich will das Eyfern. debent capi in bonam
par-

partem, nimirum de vindictâ juſtâ quæ fit mediante juſtitiâ,
Anton. Heringius tr. de Fidejuſſorib. c. 5. n. 188. & ſeq. qui *Dd* alle-
gat. Sic etiam jactatio de aliquo expellendo, facta in dubio
intelligitur de mòdo legitimo. *Matth. Coler. conſil. 1. n. 47.* Plu-
ra de hâc regula habet *Gloſſa ad d. cap. 2. in verbis*: *In meliorem
partem.* † In *capit qui ſcandalizaverit 3.* ſequens regula affer- 6
tur *utilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur.*
Pro quâ regulâ facit, quòd tenetur unusquisque veritatem ex
corde ſequi *Pſalm. 15.* pro veritate acriter pugnare *2. ad Corin-
thios c. 13.* & clypeo veritatis ſe accingere *cap. 6 ad Epheſ.* † In 7
cap. cum in contemplatione 6. ſcribitur, quod in ipſo cauſæ initio
non ſit à quæſtionibus inchoandum, quod deſumtum eſt ex
princ. l. 1. d. quæſtionibus. Nam torturæ absque præcedentibus
legitimis & ſufficientibus indiciis neminem poſſe ſubjici ma-
nifeſtisſimi juris eſt *l. fin. d. t. ſimiliter 8. §. oportet 1. C. de quæſtion.*
& aliis ſimilibus textibus. Conſentit *ordinario Imperii crimi-
nal artic 20.* cujus verba ita habent. Wo nicht zuvor redliche
Anzeigung der Miſſethat/ darnach man fragen wolt verhanden/
und beweiſt würde / ſoll niemands gefraget werden/ und ob auch
gleich wol aus der Marter die Miſſethat bekandt würde. So ſoll
doch das nicht geglaubt/ noch iemands drauff verurtheilet werden.
Wo auch einige Obrigkeit oder Richter in ſolchem überführen ſolle/
die dem alſo wieder Recht ohn die beweiſen Anzeigung gemartert
were ſeiner Schmach/ Schmertzen/ koſten und ſchaden der Gebühr
Ergetzung zu thun ſchuldig ſeyn. Et in artic. 6. ſcribitur: So
iemand einer Ubelthat/ durch gemeinen Leumuth berüchtiget/ oder
andern glaubwürdiger Anzeigung / verdacht und argwöhnig/ und
derhalben durch die Obrigkeit von Amptes halben angenommen
würde/ der ſoll doch mit peinlicher Frage nicht angegriffen werden/
er ſey den zuvor redlich / und derhalben gnugſame Anzeigung und
Vermuthung/ von wegen derſelben Miſſethat auff Jhn glaubwür-
dig gemacht/ quæ autem ſint legitima & ad torturam ſufficien-
tia indicia certâ aliquâ regulâ definiri nequit, quod etiam di-
citur in prædictâ *ordinatione artic. 18. in verbis*: So dieſelben

Sach

Sach oder Warzeichen ſo ein redlich gnugſam Anzeigen / argwohn oder Verdacht geben / ſeynd nicht möglich alle zubeſchreiben, unde relinquenda ſunt judicis arbitrio *l. teſtium 3. §. ejusdem 2. d. Teſtib. & l. 1. §. ult. de jure deliberand.* Et ita tandem labores noſtri, quos hactenus in explicandis quinq; libris Decretalium Gregorii Papæ IX. impendimus, aſpirante Deo ad metam decurrun: cui cum Filio ſuo, Domino & redemtore noſtro Jesu Chriſto, atque Spiritu Sancto ſit laus, gloria & honor in infinita ſecula! Amen!

Digitized by Google

INDEX

Rerum & Verborum locupletisſimus ſuper hôc ad Decretales Commentario.

Princeps numerus paginam, alter ejus paginæ numerum marginalem denotat.

A

Abſolvere. 300. 18.
Accuſatio quid? 571. 2. *ſeq.*
Accuſator qui legitimus? ibid. 5. *ſeqq.*
Accuſari qui poſſint, & ſuper quibus delictis, & quâ formâ? 573. 20. *ſeqq.*
Actio in rem an rectè proponatur in foro domicilii. 165. 52. *ſeqq.* *Quid ſi inſtituatur pro re mobili?* ibid. 56. *ſeq.*
Actio quod metûs causâ qualis? 122. 22. *Cui detur?* ibid. 23. *Et contrà quem?* ibid. 24. *ſeqq.* *Et ad quid?* 123. 26. *ſeq.*
Actor an cogatur nomen actionis in libello exprimere? 149. 62. *ſeq.*
Actor in poſſeſſorio obtinens an teneatur coram eodem judice ſuper proprietate reſpondere? 151. 72. *ſeq.*
Actor ipſe quando judici factum proponere debeat? 150. 65. *ſeq.*
Advocati officium. 150. 68. *Et requiſita.* 105. 3. *ſeq.*
Advocatum petenti parti debet dare judex. 93. 6. *Eiq; ſalarium conſtituere.* ibid. 7.
Adulteratam à ſe quid ſi quis poſteà ducat? 536. 1.
Adulterinis liberis an alimenta à parentibus ſubminiſtranda? 536. 3.
Adulterium. 602. 2. *Quinam jus accuſandi illud habeant?* ibid. 3. *ſeq.* *Quomodo probetur?* 603. 5. *Et puniatur?* ibid. 6.
Ætas quæ ad majores ordines requiratur? 51. 7.
Ætate ſuper quis diſpenſet? ibid. 11.
Affines inter ſe an ſint cognati uxoris & mariti? 552. 11.

Oooo *Affi-*

Digitized by Google

Affinitas quid? 548. 2. 552. 10. Quæ impediat matrimonium? 553. 12.
Affinitatem præceſsiſſe ſponſalia, quibus credatur? 547. 6. ſeq.
Alienatio judicii mutandi causâ facta. 128. 2. & 129. 4. ſeq.
Altaris conſecratio. 491 4.
Anathema. 160. 27.
Annus probationis. 453. 5.
Apoſtaſia quid & quotuplex? 594. 2.
Apoſtolorum petitiô. 311. 18. ſeq.
Appellandi tempus. 309. 11. Ejusq; computatio. ibid. 12. Quæ requirantur ut currat illud. 310. 13.
Appellare liberum. 306. 5.
Appellatio. 304. 2. Quotuplex? 305. 3. ſeq. Quando non permittatur? 306. 6. ſeq. Ejus interponendæ quæ forma? 310. 14. Quæ introducendæ? ibid. 15.
Appellationis introducendæ & proſequendæ tempus. 312. 20. ſeq.
Appellationis futura judex. 310. 16. ſeq.
Appellationis finis & effectus. 313. 22.
Appellator quomodo & intrà quod tempus probet ſe juſtè appellâſſe? 313. 23. ſeq. & quid tum? 314. 25. ſeq.
Arbitri qui eſſe poſſint? 132. 3. ſeq. Et ſuper quibus rebus? 133. 14. ſeqq. An & quando de reſtitutione in integr. cognoſcant? 126. 12. & 134. 29. A Prætore ſuper quibus negotiis dentur? 136. 47.
Arbitrii forma. 134. 30. ſeqq. Finis. 135. 42. ſeq.
Arbitrium quomodo finiatur? 137. 50. ſeqq.
Arbitrorum ſententiæ effectus. 136. 44. Et an ab eâ poſſit appellari? ibid. 45. 46. 48. 49.
Archidiaconus, ejusq; officium. 67. 2. Et juriſdictio. ibid. 3.
ArchiPresbyter quotuplex. 68. 2. ſeq.
Articuli impertinentes an & quando admittantur? 237. 15. ſeq.
Atteſtationes. 255. 41.
Ἀυτόχειρες an ſepeliendi? 436. 4.
Ἀυτοχειρία an cædes doloſa? 598. 4.

B

Baptiſmi requiſitum. 494. 2. Forma & locus. 494. 3. ſeq. Effectus. 496. 7.

Ba-

Baptiſmus quare non iterandus? 594. 3. *Iterantis pœna.* 595. 5.
de Baptiſmo quidſi non conſtet? 595. 4.
Baptizandus & Baptizans. ibid. 5. ſeq.
Beneficii vacaturi promiſſio an & quando valeat? 336. 2. ſeq.
Beneficium ſine deminutione conferendum. 342. 2. *Sub quâ pœnâ?* ibid. 3. *Except.* ibid. 4.
Beneficium quando & quot modis vacare dicatur? 336. 4. *Et intrà quod tempus conferendum?* 337. 5. ſeq.
Bigami qui? 64. 6. *An & quare repellantur ab ordinatione?* ibid. 1. ſeqq.
Bigamum ordinantis pœna. 65. 8.
Blaſphemantis pœna. 614. 3.

C

Cadaver humanum ſine permiſſu Pontificis aut Principis aliò non transferendum. 441. 10.
Calumniator. 581. 2. *A prævaricatore & tergiverſante qui differat?* ibid. 3. *Quæ ejus pœna?* ibid. 4.
Canon ab Emphyteutâ ſolvendus tempore etiam ſterilitatis. 375. 48. *Quomodo ſolvendus?* ibid. 49. 52. *An etiam invito Domino in futurum?* 376. 51.
Canonicum jus unde? 1. 1. *Ejus partes.* ibid. 2. ſeq. *Eſt vel ſcriptum vel non ſcriptum.* 6. 1. ſeq.
Capella unde & quid? 463. 1. ſeq.
Capitulum ſede vacante an & quando innovare in Epiſcopatibus quid poſſit? 338. 2. ſeqq. *Ejus major & ſanior pars quod facit, an ſemper valeat?* 340. 2. ſeq.
Cardinales. 83. 22. ſeqq. *Eligunt Pontificem.* 26. 22.
Cauſæ ab Apoſtolicâ Sede vel ejus legato cui committuntur? 78. 17.
Cautiones. 395. 27.
Cenſus quid? 488. 2.
Character quid? 57. 8.
Citatio die feſto facta, ut citatus die non feriato compareat, an valeat? 194. 29. ſeq.
Clauſulæ ſalutares. 170. 9. ſeqq.
Clauſula; ſi preces veritate nituntur, de J. Can. ſubintelligitur. 11. 7.

Digitized by Google

Facit reſcriptum conditionale. ibid. 8.
Clauſula; ſuper quibus omnibus peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari. 170. 14.
Clerici an, & qui, & quare, & ſub quâ pœnâ debeant reſidere in Eccleſiâ vel prabendâ? 328. 2. ſeqq.
Clerici an ſeorſim habitare debeant à mulieribus, & à quibus? 325. 3. ſeq.
Clerici ab Epiſcopo poſt renunciationem vel Excommunicationem ordinati an remanere in iis ordinibus debeant? 48. 1 ſeq.
Clerici à ſecularibus negotiis abſtineant. 506. Qui poſſint contrahere matrimonium. 534. 2. & 326. 2.
Clerici peregrinantes. 318. 1. & 12.
Clerici percuſſoris pœna. 623. Et non ordinati miniſtrantis. 626. Et contra interdictum Divinis ſeſe ingerentis. 625. 2. ſeq.
Clerici profeſſio quotuplex? 454. 6.
Clerici inteſtati ſucceſſores. 433. 4.
Clericorum honeſtas, & vita qualis eſſe debeat? 321. 2. ſeqq.
Clerico infirmo an & quando coadjutor dandus? 333. 2. ſeq.
Clericus qui non poteſt ſatisfacere creditoribus ſuis, an excommunicari vel aliter moleſtari poſſit? 399. 4.
Clericus ſi non reſipuerit, quomodo puniendus? 147. 38. ſeqq.
Cognatio quotuplex? 542. 1.
Cognatio ſpiritualis an & quando contrahendum contractumq; matrimonium vitiet? 542. 2. ſeq.
Collecta quid? 69. 5.
Collegium tres conſtituunt, unus retinet. 118. 21.
Colluſio. 620. 2. Ejus pœna. ibid. 3. Quid ſi quis per eam à pœnâ fuerit abſolutus? 621. 5.
Commiſſarius ſi teſtamentum quod fecit nullum eſt, an aliud condere poſſit? 419. 28. ſeqq.
Commodare. 350. 2. ſeqq.
Commodatarius quam culpam præſtet? 351. 5. An & quando caſum? 352. 6.
Communicare quomodo debeamus? 493. 12.
Compromiſſum, vid. Arbitri.

Con-

Concentores. 70. 4.
Concilium Carthaginenſe. 100. 4.
Condemnare. 300. 18
Conditio. 528. 2. ſeqq. *In præſens aut præteritum tempus concepta vera conditio non eſt.* 529. 5. & 530. 11.
Conditio quotuplex? 529. 6. ſeqq.
Conductor quis? 366. 10. *quando poſſit ex ædibus emigrare?* 369. 23. *Quid præſtet?* 370. 24. ſeq. *Quando poſſit intempeſtivè expelli?* 371. 29.
Confeſſio quotuplex? 224. 2. ſeq. *Judicialis an & quando probet?* 224. 4. ſeqq. *Quibus præjudicet?* 228. 16.
Confeſſio extrajudicialis an & quando probet? 229. 18. ſeqq. *Quid ſi in teſtamento facta.* 230. 23. ſeq. *& in foro pœnitentiali* 231. 25. ſeq.
Confeſſionis judicialis extorta requiſita. 226. 11. ſeqq.
Confirmatio quæ utilis, quæ non? 319. 1. ſeq.
Conjuges ob quam prohibitionem Eccleſiæ ſeparandi? 558. 2.
Conjuncta perſona quæ? 113. 35.
Conjux demortua, cujus ſumtibus funeranda? 443. 16.
Conſanguinitas quid? 548. 2. *Quæ impediat matrimonium & in quâ lineâ?* 548. 3. ſeqq.
Conſtituti legati. 83. 6.
Conſtitutio & conſtituere. 7. 3. ſeqq.
Conſtitutio reſpicit futura. 7. 7. *Ejus vis.* 16. 9. *Debet eſſe manifeſta* 8. 10. *Quæ obſcura, quæ ambigua?* 8. 11. *Quæ vim obligandi amittat?* 8. 13.
Conſuetudo quid? 13. 1. ſeq. *Quotuplex?* 14. 34. *Eſt facti & debet probari.* 14. 5. *Per teſtes. ibid.* 6. *Exempla rerum judicatarum. ibid.* 7. *Scripturam. ibid.* 8. *Per ſcripturam non fit pars juris Scripti. ibid.* 9.
Conſuetudinis probatæ poteſtas. 15. 10.
Conſuetudo præſcribitur. ibid. 11. *Et quodnam tempus ad eam introducendam requiratur? ibid.* 12. ſeqq.
Conſuetudo irrationabilis non valet. ibid. 19. *Et quæ talis?* 16. 20.
Contractus recipiunt conditiones. 533. 17.

Digitized by Google

Contumacia 211.3. *ſeqq.* *Quot modis committatur?* 212.6.
Contumacia actoris quâ coerceatur? ibid. 7. *Quomodo rei?* ibid. 8.
Cuſtodia Eucharistiæ, Chriſmatis, & aliorum ſacrorum. 498.
Cuſtodis munera. 71. & 72.

D.

Damnum unde, & quomodo puniatur? 637.3.
Decimæ. 447. *Quotuplices?* ibid. 3. *A quibus perſonis & quô jure ſolvendæ?* 448. 4. *ſeqq.* *Et quibus, & de quibus rebus, & quomodo?* 449. 8. *ſeqq.*
Decretales. 2.5. *Earum partes.* ibid. 6. & 4.1. *Sunt ad imitationem juris Civilis ſcriptæ.* 3.7. *A quonam compilatæ?* ibid. 8.
Decretum primum. 215.3. *Secundum.* 216. 4. *Quodnam in realibus actionibus habeat locum?* 217.7. *ſeqq.*
Delegare qui poſſint? 77.6. *ſeq.* *An etiam judex à Papa principevè datus?* ibid. 9. & 79.31.
Delegari quæ res poſſint? 78.18. *ſeqq.* *Et quâ formâ?* ibid. 24.
Delegari nequit minoribus, mutis, ſurdis, perpetuò furioſis. 77.12. *Infamibus.* ibid. 14. *juris ignaris.* 78.15. *Servis & fœminis,* ibid. 16.
Delegatio ad alias perſonas extendi non debet. 79. 25. *Ejus effectus.* ibid. 30. *Quibus modis finiatur?* 80.35. *ſeqq.*
Delegationum formæ, cum cauſa pluribus committitur. 79. 26. *ſeqq.*
Delegatio in quâ nulla forma expreſſa. ibid. 29.
Delegati injuſtas etiam ſententias tenetur ordinarius exequi. 80.34.
Denunciatio. 361.12. *Quotuplex?* 576.26. *ſeqq.*
Deponitur ad cuſtodiendum. 353. 5. *ita ut pro lubitu diſponentis reſtitui res debeat.* 254. 8. *ſeq.* *Res etiam immobilis.* 221. 9. 353. 3. *Aliena.* 353. 4.
Depoſitarius quæ præſtet? 355. 4.
Depoſiti actio. 222. 17.
Depoſitum 353. 2. *ſeqq.* *Compenſationem non admittit.* 355. 12.
Depoſitio quid? 186. 2.
Deſponſatio 522. 2. *Clandeſtina* 525. 2. *Quæ prohibita?* 526. 3. *Eſt ab allegante probanda.* ibid. 4. *Quando ei publica, & vice verſa proferatur?* Ibid. 5.

De-

Deſponſare an poſſit pater filium adultum abſque ejus voluntate. 523. 5.
Deus quis & qualis? 5. 4. *Et quæ ejus opera?* 16. 5.
Dignitas. 332. 12.
Dilatio quid? 186. 2. *Et quotuplex?* 187. 6. *ſeqq.*
Dilatio probatoria ſemper intelligitur peremtoria. ibid. 10. *Ubi & quoties detur?* ibid. 11. *ſeqq.* *Semper eſt communis utrique parti.* 188. 14.
Dilatio citatoria cum peremtoriâ non debet eſſe nimis brevis. 188. 16.
Divortium. 563. 2. *Ejus apud Romanos forma.* 565. 3. *Hodiè quî fiat?* Ibid. 4. *ſeqq.*
pro Docendi licentiâ nihil exigendum. 556.
Dolus. 211. 2.
Dominus qui à vaſallo recepit feudum in pignus, abſtinendo ab ejus ſervitio, an teneatur computare fructus in ſortem. 387. 7.
Domus religioſæ quibusnam ſubjectæ? 462. 2. *ſeq.*
Donare an & quatenus Prælatus inconſulto Capitulo queat? 402. 3.
Donatio. 402. 2. *Quâ de causâ revocetur?* 403.
Dubia in meliorem partem interpretanda. 654. 5.
in Dubio mitior ſententia amplectenda. 8. 12.
in Dubio præſumitur quis dignus. 48. & 49.
Duella prohibita. 601. 2. *Præprimis Clericis.* ibid. 3.

E

Eccleſia quid? 490. 2. *Quæ & quomodo conſecretur?* ibid. 3. *In ejus ædificatione quæ obſervanda?* 501. 2. *ſeqq.* *Pueris conceſſa à clericis idoneis adminiſtranda.* 50. in fin. *Quando præſcribat rem privati?* 292. 15. *Eam qui dotent?* 471. 17.
Eccleſiæ cur, & à quibus oneribus ſint immunes, & quæ ejus loca? 504. 4. *Ad eam reus criminis quid ſi confugiat?* 504. 5.
Eccleſiæ res alienari non poſſunt. 343. 2. *Quare?* ibid. n. 3. 4. 5. 6. & 9. *Nec ab Imperatore.* 345. 7. *Sub quâ pœnâ?* 346. 10. *Extra tamen caſus certos.* 346. 11. *ſeqq.*
Eccleſiaſtica negotia apud Laicum ventilari non debent. 146. 33. *ſeqq.* & 148. 51.
Electio quid? 22. 2. *ſeq.* *In eâ qui præferantur?* 24. 6. *Per inſpirationem quomodo dicatur fieri?* 26. 25. *Per compromiſſum* 27. 26.

Digitized by Google

27. 26. *Hæc cur inventa?* 27. 27. *Et quæ ad eam requirantur?* 27. 28. *Per ſcrutinium.* 27. 29. *Quomodo hæc conſtituatur?* ibid. 30.

Electionis effectus. 29. 43.

Electio ſequitur publicationem & collationem. ibid. 42. *Intrà octidum electo eſt præſentanda.* ibid. 44.

Electus intrà quod tempus in electionem conſentire debeat? 30. 45. *Ante adminiſtrationem confirmandus & conſecrandus.* ibid. 46. *Intrà tres menſes confirmationem petere debet.* ibid. 47. *Et poſteà etiam conſecrationem.* ibid. 48. *Quid per confirmationem & conſecrationem conſequatur?* ibid. 49.

Electi ſecularium negotiorum debent habere peritiam. 24. 7.

Eligere qui poſſint? 26. 20. *ſeq.* *& quô modo?* 26. 24. *Et qui eligi?* 22. 4. & 24. 8. *ſeqq.*

Emphyteuſis. 371. 30. *Eſt J. G.* ibid. 31. *Contractus innominatus & bonæ fidei.* ibid. 32. *In quibus rebus, & à quo, & quomodo, & quare conſtituatur?* 371. 33. *ſeqq.* *Quomodo amittatur?* 375. 50. & 376. 54. & 378. 58. *ſeqq.*

Emphyteuſis Eccleſiaſtica & civilis ad tempus conſtituitur. 372. 39. *ſeqq. Et quibus modis?* 373. 41.

Emphyteuta an & quando dominium conſequatur? 373. 42. *An civiliter poſſideat?* ibid. 43. *Ejus alia jura.* 374. 44. *ſeqq.* *Ad quid teneatur?* 374. 46. *ſeqq.* *Debet probare ſolutionem canonis.* 376. 53. *Quæ ipſi actiones competant?* 377. 56. *ſeqq.*

Emtio venditio. 356. 2. *ſeq.* *Eſt contractus J. G.* ibid. 3. *Conſenſualis.* 357. 4. *Non abſq; re & pretio.* 358. 5. *Sed quali?* ibid. 6. 7. 8. *Ejus ſubſtantia & natura qui differat?* 359. 9. *ſeqq.* *Ejus cum locatione conduct. convenientia.* 365. 2.

Epiſcopatuum & Epiſcoporum origo. 33. 3.

Epiſcopus quo ordine quis fiat? 53. 19. *Seipſum transferre nequit.* 34. 9. *ſeqq.* *Debet ſervare pœnam ab ordinario judice reo dictatam.* 90. 18.

Epiſcopus perjurus. 278. 21.

Eucharistiâ quoties uti debeamus? 492. 10. & 493. 13. *Ejus cuſtodia.* 498.

Evictio.

Evictio. 360.11. *Quando de eâ venditor non teneatur?* 361.13. *ſeqq.*
Exactio quid? 488.3.
Exceptio. 283.2.*ſeq.* *Quotuplex?* 284.4.*ſeq.* *Competit etiam excommunicato.* 285.7. *Eam objiciens, an fateatur intentionem adverſarii?* 286.10,
Exceſſus ſubditorum qui & quomodo puniantur? 628.3.
Excommunicatio quid & quotuplex? 642.2.*ſeq. In dubio major præſumitur.* 643.5. *Quomodo & quando debeat fieri?* 643.6. *ſeqq.*
Excommunicatus ſemel quamdiu vitari debeat? 643.9. *Quid ſi conveniatur?* 152.75.*ſeqq.* *Poteſt excipere.* 282.7.
Extraneis præferuntur in loco idonei 19.9.

F.

Falſum. 616.2. *Quot modis committatur? ibid.*3. *ſqq.* *Ejus requiſita & pœna.* 617.8.*ſq.*
Fama ſola non probat. 207.22.
Feriæ. 190.2.*ſq.* *Quotuplices?* 191.4.*ſq.* *Solennes. ibid.*6. *Profanæ, ruſticæ, ſementinæ, nundinæ, repentinæ. ibid.*7.*ſeqq.* *Eas quis condat? ibid.*12.*ſqq.* *Quomodo computentur?* 192.15. *ſqq.* *De earum renunciatione* 193.19. *An dent vacationem à laboribus?* 193.20.*ſqq.*
Feriæ judicis ſolùm ſervandæ. 192.18.
Feudum unde & quid? 385.2.*ſeqq.* *Ab uſufr. quì differat? ibid.*3. *An rei ſolùm immobilis?* 386.4. *Quomodo amittatur & quando?* 388.9. *Et amiſſum ad quem debeat devolvi?* 389.10.
Feudnm Eccleſiæ à Vaſallo propter alienationem amiſſum, an poſſit Epiſcopus Laico concedere? 390.11.
Fidcicommiſſi conditionem; Si ſine liberis deceſſerit, quinam liberi deficere faciant? 424.36.*ſq.*
Fidcicommiſſo gravatus filiusfam. an duas quartas detrahat? 426.39. *usque ad fin.*
Fidejubere an & quando poſſit Clericus? 396.3.*ſq.*
*Fidejuſſor. ibid.*2. *Eum indemnem quomodo ſervet clericus?* 397.5. *Contra debiterem quando agere poſſit, ut ante ſolutionem à fidejuſſione liberetur?* 397.8.

Fides Catholica. 5. 6.
Filiationis probatio. 163. 38 ſq.
Filii legitimi & illegitimi 559. 2. ſeq.
Forum. 156. 2. ſqq. Competens & incompetens. 157. 9. Clericorum. ibid. 11. ſq. Laici conveniendi ſuper rebus Eccleſiæ vel Clerici. 159. 17. ſqq. Miſerabilium perſonarum. 161. 32. Privilegiati. ibid. 33. ſqq. Ejus mutatio. 163. 38. ſq.
Forum ſortiendi modi. ibid. 40. ſqq.
Frigidi qui? 555. 2.
Furatus quid ſi quis ſit tempore famis cibaria? 607. 4. ſq.
Fur quis & quando ad ſacros ordines promoveri poſſit? 608. 8. Eum an teneatur quis indicare? 607. 9.

H.

Hæreticus unde & quid? 590. 2. Eorum varietas. ibid. 3.
Hæreticorum, & fautorum receptatorumque eorum pœna. ibid. 4.
Hereditatis petitio an ceſſet donec cauſa ſtatûs ac nativitatis ſit deciſa? 198. 5.
Homicidium unde, quid, & quotuplex? 598. 2. Quodnam & quomodo puniatur? 599. 5.

I.

Jejuniorum tempus & origo. 500.
Immunitas. 503. 2.
Impedimenta legitima. 214. 10.
Imperator olim jus eligendi Pontificem habuit. 26. 21. Non hodie. ibid. 22.
Impoſſibilia quæ? 96. 14.
Impotentia quæ impediat matrimonium 555. 3. ſq. Et de inſpectione impotentiam prætendentium. 557. 8.
Impotentiam viri allegare an ſufficiat? 557. 9.
Impuberes. 523. 4. Quid ſi deſponſati? 524. 7.
Incendiarii. 605. 4.
Indebitè ſe ſolviſſe qui dicit, an hoc probare debeat? 400. 5.
Induciæ quomodo duplicentur? 200.
Infans quis & quomodo ad infimum ordinem admittatur? 50.
Infante major admittitur ſolùm ad minores ordines. 50.

Inju-

Injuriæ. 637. 2.

Inops ad Presbyteratum promotus, an prædium poſteà emtum Eccleſiæ adquirat? 405. 4.

Inquiſitio quid & quotuplex? 575. 23. ſqq.

Inſtitutio. 334. 2.

Inſtituere & inſtitui qui & quot poſſint? 334. 3. ſqq.

Inſtrumenta. 259. 2. ſq. Publicum & privatum. 260. 4. ſq. Forenſe. ibid. 6. Originale & transſumtum 261. 7.

Inſtrumenta quibus actor uſurus reo ab actore edenda. 261. 8. Sed quomodo? ibid. 9. ſqq.

Inſtrumenta utrinque quousque exhiberi poſſint? 262. 15. ſq. Et cujus ſumtibus? 263. 17.

Inſtrumenterum effectus & contraria. ibid. 18. ſq.

Interpretatio adhibenda in contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis pleniſſima. 402. 4.

Inteſtatus quis? 433. 3.

Inteſtato Clerico quis ſucceſſor? ibid. 4.

Judæi 587. 2. An Chriſtianum ſervum vel adſcriptitium habere poſſint? ibid. 3. An ſynagogas erigere vel reficere poſſint? 588. 4. Debent feneſtras die Paraſceves claudere. ibid. 5. Non debent Chriſtianas nutrices ſervientesvè habere. ibid. 6. Nec publicis officiis præfici. ibid. 7. Debent uti habitu quô à Chriſtianis ſecernantur. ibid. 8. Quid ſi percutiant clericum? ibid. 9. Eorum ſervi 589. 11.

Judex. 18. 2. Ejus officium nobile & mercenarium. 93. 2. ſq. Ubi interponatur? ibid. 5. ſq. An & quando poſſit & debeat ſe interponere pro transactione? 103. 8. ſqq. Quis & quando recuſari poſſit? 145. 27. ſqq. Actorem ad reſpondendum poteſt cogere 174. 5. Competens quis? 571. 4. Obſervet ſolennitates in judicio. 144. 21. Non debet cognoſcere de privilegiis ſedis Apoſtolicæ. ibid. 22. ſq. A judicando abſtineat, ſi habeat ſimilem cum actore cauſam. 145. 26. Non debet ſimul de principali negotio & exceptionibus præjudicialibus cognoſcere. 146. 31. ſqq. Contrà inauditam partem definire nil debet. 203. 4.

Judex Eccleſiaſticus debet plenam laicis de clericis conquerentibus juſti-

Digitized by Google

juſtitiam exhibere. 149.59.61. Ad eum quæ aliàs ſpectent? 148.51. ſqq.

Judex major quis dicatur, & quot modis? 95. 2.3. ſq. Ei minor obedientiam debet. 95. 7. At qualem? ibid. 8. ſqq.

Judex ordinarius 88. 2. Juriſdictione ſuâ ut propriâ utitur. ibid. 3. In quô differat à legato? ibid. 4. ſq. A quô conſtituatur? Ibid. 6.7. Et quis? 89 8. ſqq. Quæ ſcit ut Deus revelare an queat? 90. 20. ſqq. In crimina inquirit eaque punit. 90. 17. ſq. Sed quandoque indeterminatè. ibid. 19. Poteſt abſolutum à Papa quandoque remittere. 90. 26. Et aliorum negligentiam ſupplere. 91. 27. ſqq. Et juriſdictionem ſuam alii mandare. 91. 29. ſq. Quomodo debeat judicare? 91. 31. Ejus officium quomodo finiatur? 91. 32. ſqq.

Judex petitorii & poſſeſſorii, ejusq; officium. 203. 2. ſq.

Judicis delegati appellationes. 76.

Judicium 141. 2. ſq. Eccleſiaſticum & ſeculare. 142. 8. Ordinarium & ſummarium. 143. 9. Civile, criminale & mixtum. ibid. 11. ſq. Voluntarium & contentioſum. ibid. 15. ſeq.

In Judicium quot modis res deducatur? 571. 2.3.

Juramenti calumniæ neceſſitas. 182. 2. Etymon. 183. 2. Eſt de calumniâ vitandâ. ibid. 3. Ejus capita, definitio, & ſpecies. ibid. 4. ſeqq. An & quando imponatur clericis? ibid. 6. ſq. In quibus cauſis locum habeat? 184. 14. ſqq. Et quando? 185. 18. ſq. Univerſale in foro Sax. locum non habet. 183. 7. Illud recuſantis pœna 185. 22.

Juramenti interpretatio 276. 15. ſq.

Juramentum quam actionem producat? 280. 23. Et exceptionem? 281. 24. Metu extortum an obliget? 279. 22.

Jurandi modus. 275. 14.

Jurare an liceat Chriſtiano? 281. 25.

Juris etymon. 649. 10.

Juris Canonici partes. 2. 3.

Jusjurandum. 271. 2. Quotuplex? ibid. 3. ſq. Quis deferat, & cui, & ſuper quibus rebus? 272. 6. ſqq.

Jus Patronatûs, 465. 2. & 5. Ejus origo. 3. Quid patrono tribuat? 466.

466.4.& 481.57.ſqq. Quomodo in alios transferatur? 482.40.ſq. Quomodo probetur? 485.47. Et amittatur? 486.48.

L.

Laicus, an ſit clerici judex competens? 147.56.ſeqq. An & quando coram Eccleſiaſtico judice conveniatur? 159.17.ſeqq. Quid ſi uſurpet jura Eccleſiaſtica? 160.24.

Laicus judex non poteſt ſupplere defectum Eccleſiaſtici. 160,23.

Legata ad pias cauſas quando debeantur? 415. 20.

Legati. 83. Pontificis qui, & an neceſſarii? ibid. Sunt vel Cardinales, vel conſtituti, vel nati. ibid. Vel magni, majores, vel maximi. 84. Omnes habent juriſdictionem ordinariam. ibid. An etiam ſi præſens ſit Cardinalis? ibid.

Legati in pluribus locis an poſſint unius loci facta in quolibet alio loco explicare? 84.

Legati poſſunt exercere, quæ quilibet ordinarius exiſtens in ſuâ provinciâ. 84.

Legati officium quomodo finiatur? 86. 30. ſeqq.

Legitimationis per ſubſequens matrimonium requiſita & vis. 559. 6. ſeq.

Libellus quid? 168. 2. Quæ ejus requiſita? ibid. 3. Quid ſi ſit ineptus? 169.4. Debet in ſcriptis offerri. ibid. 5. Actore in rem agente, eam debet deſignare. ibid. 7. Et in perſonali actione cauſam petendi exprimere. 170. 8. Providè in curiis Saxonicis cum citatione mittitur. ibid. 24.

Libellus quomodo offerendus? 171. 15. Et cui? ibid. 16. Et in quibus cauſis? ibid. 19. 20. Et quando? 172. 21. ſeq. Et cujus expenſis ejus detur copia? 171. 17. ſeq.

Libellus jam ante ad effectum impetrandorum Proceſſuum oblatus. ibid. 23.

Liberi in conditione poſiti, an poſiti etiam ſint in diſpoſitione? 421. 32. ſeqq. Quinam faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis. 424. 36. ſeqq.

Limites quomodo probentur? 242. 26. ſeqq.

Litem remittenti cur aliquid detur? 103. 7.

Lis pendens. 218. 2. ſeq.

Digitized by Google

Litis conteſtatio.651.15. Quare neceſſaria? 178.2. Ad eam pars invita compelli poteſt.179.3. Ejus origo. ibid.4. Quomodo fiat? ibid. 6.ſeqq. Ejus ignorantia cauſa fuit quare removeretur à Cam. Imp. Adſeſſor. ibid.5. An detur adfirmativa? 180.11.

Lite non conteſtatâ an teſtes recipi ſententiavè ferri debeat? 180.3. ſeqq.

Locatio conductio.365.4.ſeqq. Cum emt. venditione qui conveniat? ibid.2. Ejus efficiens.366.9. Quot modis fiat? 368.17.ſeqq. Fit mercede certâ, & quali? 367.15.16. Quomodo finiatur? 370.26.ſeqq.

Locati conducti actio.360.11.ſeqq.

Locator quis? 366.10.ſeqq.

M.

Magiſtratus aliquando vices ſuas demandant.76.

Magiſtri.151.70.ſeq.

Maledicentis Papæ pœna. 624.2.

Maleficiati qui? 555.2.

Mandati requiſita. 113.36.

Mandatum generale quando ſufficiat? 113.37.ſeq.

Matrimonium. 511.11.ſeqq. Quomodo per adulterium ſolvatur? 512.15. Ad id requiritur conſenſus contrahentium. ibid.16,ſeq. Et quô jure etiam conſenſus parentum, & quomodo? 513.18.ſeqq. An ſit inter impuberes? 524.6. Leproſos? 538.1. Servos? 540.1. An & quas recipiat conditiones? 531.12.ſeqq. Quô votô impediatur? 535.4. Et quâ cognatione? 542.ſeqq. Quid ſi lepra ſupervenerit? 539.2. Quid ſi errans cum ancillâ contraxerit? 541.3. Quinam illud accuſare & contra illud teſtificari poſſint? 561. Ejus bona tria. 532.14.

Matrimonium metu contractum. 123.31.ſeq.

Mercenarium officium, vid. judicis officium.

Metus. 123.3.4.5.7. Quisnam ſufficiat ad impetrandam reſtitutionem in integrum. ibid. 6.8.ſeq.

Metu geſta quænam ipſo jure valeant? 122.20. Quænam reſciſſione non egeant? 123.29.30.33.

Minor an & quando contra confeſſionem reſtituatur? 225. 9.
Miſerabiles perſonæ. 106. 8. Earum forum. 161. 32.
Miſſa quomodo celebranda, & ubi, & quando, & quoties? 492. 2. ſeqq.
Miſſio ſit per decreta. 215. 2. ſeq.
Monachorum vita & veſtitus. 460. 2. ſeq.
Mori quis dicatur absque liberis? 423. 35.
Mulier an homo? 598. 3. In teſtamento ad pias cauſas poteſt eſſe teſtis. 415. 21.
Mutilati an & quando repellantur ab ordinatione? 62. 63.
Mutuæ petitiones unde? 173. 2. Et quis in iis ordo obſervandus? 174. 6. Et quomodo utraque cauſa terminetur? 174. 7. ſeq.

N

Nati Legati. 83. 84.
Negotia ſecularia. 506. 3.
Neophyti qui? 53. Prohibentur in Epiſcopos ordinari. ibid.
Nigrum ſæpè latius rubro. 7. 6.
Nobile officium. vid. judicis officium.
Novale quid? 645. 3.
Novi operis nunciatione factâ ædificium quid ſi extructum? 629. 2.
Nuncians intra quod tempus injuriam ſibi illatam teneatur probare? 630.

O

Obedientia ſe non extendit ad impoſſibilia. 96. 12. ſeqq. Et contra eam non admittitur præſcriptio. 95. 11.
Oblationes ſunt regulariter arbitrariæ. 452. 15. Quid ſi de earum præſtatione & diviſione difficultas oriatur? ibid. 16. Aut quæratur, cui ſolvendæ? ibid. 17.
Oblationis nomine quid contineatur? 649. 11. Et an oblationes poſſidere poſſint perſonæ ſeculares? 650. 12.
Officium nobile & mercenarium. 93. 4. ſeqq. An detur etiam in J. civili? 94. 12.
Oleum triplex, Et qui, & quô ungantur? 55.
Opera quotuplices? 366. 7.
Opera præbenda in l. 33. de recept. qui arb. recep. quid? 133. 15. ſeq.
Orandum pro quib. non ſit? 607. 3.

Ordi-

Digitized by Google

Ordinandi prius examinandi. 46. Inq; eorum vitam, patriam, ætatem, inſtitutionem, doctrinam, eruditionem, & locum educationis inquirendum. ibid. 8. ſeqq.
Ordinari qui non poſſint? 58. ſeqq. An etiam filii Presbyterorum? ibid.
Ordinarius judex, vid. Judex ordinarius.
ab Ordinibus qui repellantur? 45.
Ordines majores quibus temporibus conferantur? 44. Quomodo minores? ibid.
Ordines majores & minores qui? 52. 53.
Ordines furtivè ſuſcipientis pœna. 627. 1.

P.

Pacta unde, & quid? 648. 9. Sunt ſervanda. 100. 2. ſeq. Et quare? ibid. 5. Nuda quid producant? 100. 6. ſeq. An etiam actionem? ibid. 8. ſeq. Illegitima & Simoniam importantia. 101. 11. ſeqq.
Pacta de ſuccedendo poſt mortem Prælati 101. 14. Tendentia in præjudicium alterius Eccleſiæ. ibid. 15. In decrimentum animæ. ibid. 16.
Pallium. 36. A quibus & ex quâ materiâ conficiatur, & quid ei intexatur? 37. Qui impetrent & à quibus, & quô modô? ibid. Quibus verbis concedatur? ibid. Intrà quod tempus impetrandum & quæ ejus autoritas & uſus? ibid.
Parochia. 445. 2.
Parochiani ubinam miſſam audire, ſacramenta accipere, decimas præſtare, & ſepeliri debeant? 445. 3. ſeqq.
Parricidarum pœna. 596. 2. ſeq.
Partus anſequatur ventrem? 541. 4. & ibid. 2.
Patris appellatio. 646. 4.
Patronatûs cauſa ad quem ſpectet judicem? 484. 44. ſeq.
Patroni fieri qui poſſint? 467. 6. ſeqq. Et quibus modis? 468. 12. ſeqq. & 18. ſeqq.
Patronus præſentat. 474. 28. Sed quid ſi plures & diverſi ſexus? ibid. 29. ſeq.
Peculii ad clericos applicatio. 404. 2.

Digitized by Google

Peculii ad clericos applicatio. 404. 2.
Peculium clericorum quibus bonis conſtet? 404. 3.
Peregrini qui? 66. An & quare repellantur ab ordinatione? ibid. Et quando? ibid.
Perjurus. 277. 18. ſeq.
Permutatio. 379. 2. Qualis contractus? 380. 3. ſeq.
Permutari quæ poſſint? 380. 6. ſeq. Quando & quanam exinde actio? 381. 9.
Petitorio intentato, non poteſt actor confugere ad interdictum, uti poſſidetis. 207. 17.
Petitorium inſtituens poteſt deinde poſſeſſorio agere. 205. 9. ſeq.
Pignus. 391. 2. Super quibus rebus, ob quam cauſam, & à quibus fieri poſſit? 391. 3. ſeqq. uſque ad fin. An recipiat conditionem, diem & quodnam pactum? 392. 17. ſeq. Ejus finis. 393. 21. Diſſolutio. 394. 25.
Pignoratitia actio directa cui, adverſus quem, & ad quid detur? 393. 22. ſeq. Et contraria? 394. 24.
Piſcatione non interdictum clericis. 623. 3.
Plagiariorum pœna. 606. 2.
Plenum jus in c. 16. ext. de for. comp. quid? 160. 28. ſeq.
Plus petitur quinque modis. 200. 3. Plus petentis pœna. ibid. 4. 5. ſeq.
Pœna cur inventa? 638. 2. Quotuplices in J. Can.? ibid. 3. ſeq.
Pœnitentia quid & quotuplex? 640. 2. 3. Eam quis & quoties debeat agere? 641. 5. Circa eam Sacerdotis & Medici officium. 640. 4.
Polygamia an licita? 511. 13.
Pontificem quis elegerit olim, & quis hodie? 26. 21. ſeq.
Pontificium jus unde? 1. 2.
Poſſeſſorii & petitorii eſt unus judex. 203. 3.
Poſſeſſorium prius terminandum. 203. 5. Vindicationem ſui naturâ præcedit. 206. 5.
Poſtulare quid? 105. 2.
Poſtulatio quid & quæ in eâ conſideranda? 18. 4. Qui poſtulent & pro quibus? ibid. 5. 7. Et apud quem? 19. 10. Et quô mo-

Digitized by Google

modô? ibid. 12. Et ex quâ cauſâ? 20. 13. Qui eo jure priventur? 18. 6.

Poſtulati requiſita. 18. 8.

Poſtulationem Epiſcopi ſolus Papa admittit. 19. 11.

Poſtulationis admittendæ modus. 20. 14. An ſuperior ad eam admittendam cogi poſſit? ibid. 15. Ejus admiſſæ effectus. 20. 16.

Poſtulatio ſolennis & ſimplex. 21. 17. ſeq.

Præbenda. 329. 2. Cur introducta? ibid. 3. Curata & non curata? 330. 4.

Præbendam quis conſequatur? 330. 6. ſeqq. Et per quod? ibid. 5. Quomodo & quando conferenda? 331. 10. ſeqq.

Præcentores. 70.

Præficiendorum ætas. 50. Scientia & mores. 51. 52. Ordo quis & quotuplex in iis obſervetur? 52.

Prælati intra quod tempus beneficia conferre debeant? 43. Eorum negligentia. 42. A quô ſuppleatur? 43. Eos qui eligant? 26. 23. Quid ſi vices ſuas, ſub annuo cenſu concedant? 585. 1. A gravaminibus ſubditorum abſtineant. 628. 2. Sine conſenſu Capituli nil poſſunt. 339. 2. Except. ibid. 3. 4. An non obſtante juramento de non alienando poſſint rem in feudum dare inconſultô Pontifice? 387. 8.

Præſcriptio. 288. 2. ſeq. Ejus requiſita. 289. 4. ſeq. Sola centenaria contra Eccleſiam Romanam currit. 293. 16. Non admittetur contra obedientiam. 95. 11.

Præſentandi jus an habeat maritus, cui caſtrum &c. quod annexum habet jus patronatûs, in dotem datum. 475. 31. ſeqq.

Præſentandi modus. 479. 35.

Præſentata perſona qualis eſſe debeat? 477. 34. Ejusque inſtitutio. 480. 36.

Præſumtio. 265. 2. & 266. 5. ſeq. An ſit probatio? ibid. 3. ſeq. Quotuplex. 266. 8. ſeqq.

Præſumtiones violentæ. 268. 13. ſeq. Et non violentæ. ibid. 15. ſeqq.

Precaria & precarium. 349. 2. Quoties redintegrentur? ibid. 3.

Precarium ad quos heredes tranſeat? ibid. 4. 5.

Presbyterorum matrimonia. 58. 59. Quid ſi non ſint baptizati? 497.

Pri-

Primicerius unde & quis? 70. Ejus officium & vicarius. ibid.
Primitiæ. 551. 11. ſeqq.
Privilegiô quomodo uti debeamus? 631. 2.
Privilegio Eccleſiæ quo tempore præſcribatur? 631. 3.
de Privilegio quomodo judicandum? 6,2. 4. Non extenditur. 632. 6. Ejus innovatio jus novum non tribuit. ibid. 7.
Privilegiatorum exceſſus. ibid. 8.
Probatio. 233. 2. ſeq. Artificialis & inartificialis. 234. 4. Plena & ſemiplena. ibid. 5. Hæc an detur, & qualis? 235, 6. 7.
Probatio cui incumbat? 236. 8 & 12. Ad eam non tenetur reus actori edere inſtrumenta. ibid. 9. Qualis eſſe debeat? 238. 18. ſeqq. Ejus finis & effectus. 243. 30.
Probanda quæ ſint? 237. 13. ſeqq.
Probans plenè actor non tenetur jurare. ibid. 10. Sed quid ſi & actor & reus probet? ibid. 11.
Probandi dominii facultatem ſubtrahere. 207. 21.
Probationis annus. 453. 5.
Procuratio quid? 489. 4.
Procurationis effectus. 114. 44.
Procurator quis eſſe poſſit? 111. 18. ſeqq. Eum qui conſtituant? 109. 4. ſeq. An & quando poſſit alium ſubſtituere? 110. 11. ſeqq. Et cujus periculo? ibid. 16. Debet habere mandatum. 113. 32. ſeqq. Ejus officium. ibid 45. ſeq. An & quando poſſit appellare? ibid. 46. Et appellationem deſerere? ibid. 47. ſeq. An teneatur invitus appellationem perſequi? ibid. 49. ſeq. An & quomodo repetat à domino impenſas? 115. 52. ſeq. An & quando revocari poſſit? ibid. 54. ſeq.
Procuratorem quæ cauſa recipiat? 112. 27. ſeqq.
Procuratores plures in eadem causâ. 111. 24. & 112. 25. ſeq.
Profeſſio clerici quotuplex? 454. 6. Profitentis ætas. 453. 4.
Publicationis effectus. 28. in fin.
Puerorum delicta quæ & quomodo puniantur? 621. 4.
Purgatio quid & quotuplex? 634. 2. ſeq.
Purgationis Canonicæ quæ fit per juramentum effectus. 634. 4. ſeq.
Purgatio Canonica quæ fit per Euchariſtiam. 635. 6.

Purgatio vulgaris.635.1.*Per monomachiam.ibid*.2.*ferri candentis calcationem. ibid*.3. *Aquam frigidam*. 636.4. *Fluxum ſanguinis, ibid*.5. *Provocationem ad vallem Joſaphat. ibid*.6.
Purificatio poſt partum. 501.

Q

Quæſtio conſanguinitatis priùs diſcutienda, quàm ſuper matrimonio pronuncietur. 196. 2.
Quæſtio ſpoliationis an omnium prima tractanda? 197. 3. *ſeq*.

R

Raptor. 604. 2. *Ejus pœna. ibid*.3.
ad Ratiocinia obligati an & quando ab ordinatione repellantur? 62.
Reconvenire qui poſſint? 175. 14. *Et quos?* 176. 16. *ſeqq*.
Reconventio ubi habeat locum? 176. 20. *ſeqq*. *Ejus requiſita*. 175. 13. *In eâ idem, qui fuit conventionis, judex*. 177. 25. *ſeqq*. *An poſſit moveri coram arbitro? ibid*. 27. *Et quo tempore inſtituenda? ibid*. 28.
in Reconventionis cauſâ intelligitur repetitus modus procedendi datus per reſcriptum in cauſâ conventionis. 174. 9. *ſeqq*.
Recuſatio. 286. 8. 9. & 315. 27. *Ejus requiſita*. 315. 28.
Redintegrare. 125. 5.
Regula quid & unde? 653. 2.
Regulares unde? 453. 2.
Relatio. 316. 29. *Quid tùm, ſi pendeat?* 316. 32.
Remiſſiones. 641. 8.
Renunciare qui poſſint & cujus conſenſu? 40.
Renunciatio. 39. *Ejus cauſæ. ibid*. & 40. *Et effectus*. 41. *Sit pura & libera. ibid. An per procuratorem fiat? ibid*.
Renunciatio & cauſæ concluſio differunt. 206. 12. *ſeq*.
Res judicata. 300. 16. *Ejus cauſæ & effectus. ibid*. 17. *ſeq*. *An & quomodo à ſententiâ differat?* 301. 20. *ſeq*.
Reſcriptum. 10. 1. *ſeqq*. *Unde?* 16. 12. *Quotuplex?* 10. 4. *An valeat omiſsâ clauſulâ, ſi preces veritate nituntur*. 10. 6. *Ejus vis obligandi præciſa*. 11. 9. *Quomodo tollatur?* 11. 11. *ſeq*. & 12. 13.

Ejus

Digitized by Google

Ejus duratio de j. Civ. & Canonico. 11. 10. An morte concedentis expiret? 12. 14.

Reſtitutio integri. 125. 2. ſeqq. Quando concedatur? ibid. 7. Intra quod tempus petenda? ibid. 8. Et à quô? 126. 10. ſeqq. Et in quo foro agitetur? ibid. 13. ſeq. Cui detur? ibid. 14. ſeq. Et in quibus rebus? 127. 18.

Reſtitutionis forma. 127. 21. Finis. 127. 22. Effectus. ibid. 23.

Reſtitutio ob alienationem judicii mutandi cauſa factam. 128. 1. 2. Quando locum habeat? 129. 3. Et contra quem? ibid. 6. 12. Et ad quid: ibid. 13.

Revocatio procuratoris. 115. 54. ſeq. Quando judici vel adverſario inſinuanda? ibid. 57.

Reus contumax excommunicatur. 151. 74.

S

Sacerdos confeſſum prodere non debet. 641. 7.

ad Sacerdotium nemo niſi per gradus perveniat. 627. 3. ſeq. Contravenientium pœna. ibid. 5.

Sacramenta quid? 56. & 57. Et quot? 57. Quæ neceſſaria? ibid. Quæ iterabilia, & , cur? ibid. In quibus aliquid ſupplendum? ibid.

Sacriſta, & ejus officium. 71.

Sagittarii. 601. & 602.

per Saltum quis dicatur promotus? 626. 2.

pro Sancto venerari quem liceat? 499. 2.

Sanctorum reliquiæ vendi non poſſunt, ibid. 3. Nec extra capſam oſtendi debent. ibid. 4. Quid ſi de novo inveniantur? 500. 5.

Sarraceni. 589. 10.

Scandalum naſci utilius permittitur, quàm veritas amittitur. 655. 6.

Schiſmatici. 593. 2. Eorum pœna. ibid. 3. Quid ſi quem ordinârint? ibid. 4.

Scriptum jus Can. quotuplex? 7. 2.

ad Scrutatorum ordinationem quæ requirantur? 27. & 28. Eorum officium. 28.

Scrutinium quid? 46.

Seipſum nemo ingerat. 118. 15. ſeqq.

Qqqq 3 Stu-

Sententia. 294. 2. Quotuplex? 295. 3. Ejus requiſita. 296. 5. ſeqq. Probatio. 299. 14. ſeq.
Sepeliendi qui ſint? 435. 3. ſeqq.
Sepultura, ſepulcrum. ibid. 2. Eam deligere liberum. 442. 12. Sed quid ſi non delegerit? ibid. 13. ſeqq. An deligere etiam poſſit filiusfam? 444. 18.
Sequeſtratio. 220. 2. 3. Quæ permiſſa? ibid. 4. ſeqq. A quibus fiat? 221. 10. ſeq. Differt à depoſito. ibid. 8. ſeqq.
Sequeſter an poſſideat? 221. 12.
Servo, qui presbyter factus, inteſtato mortuo, quis ſuccedat? 434. 5.
Servus non ordinatur, & quare? 60. Quid ſi manumiſſus? 61. Quid ſi ſciente domino ordinetur, aut ignorante eo, ſciente tamen Epiſcopo? ibid.
Significatio. 645. 2.
Simonia unde & quid & quotuplex? 583. 2. ſeqq. Quomodo contrahatur, & qui ob eam cenſeantur? 583. 4. ſeq. Criminis magnitudo & pœna. 584. 6. 7.
Sortilegium & ejus pœna. 619. 2.
Spoliator ſpoliationem in modum exceptionis opponens, ſpoliatum ab agendo repellit. 198. 7.
Spoliatus quis? 209. 3. An & quatenus ante omnia ſit reſtituendus? 208. 2. Ante reſtitutionem quæ probet? 209. 4.
Sponſalia. 508. 3. Cur præcedant nuptias? ibid. 2. Quotuplicia? 509. 4. Quam requirant ætatem? 509. 5. & 523. 3. Quali conſenſu & verbis conſtent? 510. 6. ſeqq. Eorum effectus. 511. 10. Quid ſi quis bina ſucceſſivè contraxerit? 527. 2. Quid ſi lepra ſupervenerit? 539. 3. Quæ ſolvantur per adfinitatem ſupervenientem ex illicito coitu? 546. 5.
Stuprum. 603. Ejus pœna ibid. 8.
Subdelegatus detrectans. 80.
Subſtitutus procurator an alium ſubſtituere poſſit? 111. 17.
Succentores. 70.
Succeſſor Epiſcopi an & quando teneatur ex geſtis ab anteceſſore? 162. 36. ſeq.
Succeſſor in beneficio an teneatur anteceſſoris debita ſolvere? 398. 2.

Digitized by Google

Succeſsionis ab inteſtato æquitas. 433. 2.
Suffragia debent conferri, & quomodo? 29.
Summario judicio in quibus cauſis locus? 143. 10.
Suſpenſorum Cadavera an ſepelienda? 439. 6. *ſeq.*
Syndicus. 117. 2. *Quis eſſe poſſit? ibid.* 3. *ſeqq. Et à quo conſtituatur?* 118. 18. *ſeq. Et in qua cauſa?* 118. 22. 24. *Et qua forma?* 119. 25. 26. *Et ad quid?* 119. 28. *ſeqq. Ab actore qui differat?* 118. 23. *Ejus ſalarium.* 119. 27.

T.

Templarii. 632. 5. & 151. 69.
Terminus unde? 187. 3. *Ejus adſignatio. ibid.* 4.
Teſtamentum. 407. 2. *Quot requirat teſtes, & de differentia J. Civ. & Can. quoad eam rem.* 407. 4. *ſeqq. usque ad* 16. *ubi J. Saxon.*
Teſtes qui idonei? 246. 4. *ſeqq. Et in quibus adhibendi?* 247. 10. *Debent citari* 249. 21. *Poſſunt compelli.* 250. 22. *Sed quomodo?* 257. 4. *Et quando? ibid.* 3. *ſeq. An etiam in criminalibus? ibid.* 23. *ſeq. An teneantur omnes comparere? ibid.* 25. *ſeq.*
Teſtium numerus. 248. 11. *ſeq. Et examinatio* 249. 20. *Productio.* 251. 28. *ſeq. Juramentum. ibid.* 34. *ſeq. Publicatio.* 254. 40.
Teſtes examinandi tempus. 253. 53. *Et modus* 254. 38.
Titulus juſtus. 291. 10.
Torneamenta 600. 2. *Prohibita. ibid.* 3.
à Torturis non inchoandum. 655. 7.
Tranſactio. 102. 1. *ſeqq. Quæ admittatur?* 103. 9. *ſeqq.* & 104. 12. *ſeq. Ejus auctoritas.* 104. 16.
Tranſlationis requiſita. 33. *Et cauſæ. ibid.* & 34. *Cujus autoritate fiat?* 34. *Effectus.* 35.
ad Tranſlationem Epiſcopi conſenſus Papæ neceſſarius. 34. 9. & 13. 14.
Treuga unde & quid? 97. 2. *Quotuplex. ibid.* 3. *ſeq. Eam frangentis pœna.* 98. 11.
Treuga conventionalis. 97. 4. *Per quod tempus ſervanda?* 97. 5. *ſeqq.*
Treuga & guerra tempore quæ perſonæ, quæ animalia ſecura? 98. 9. *ſeq.*
Trinitas. 4. & 5. *Cur dicatur ſumma? ibid.*

V.

Venatione clericis interdictum. 622. 2.

Verbum quid? 645. 2.
Vicarius quis? 73. Non à quovis Epiſcopo pro lubitu conſtituendus. 74. Quanta ejus autoritas. ibid. Qui in divinis ſervit, quisnam & à quonam conſtituatur? 73. Non poteſt alium ſubſtituere. ibid. Ad hunc vicariatum quis admittatur? ibid.
Vicarius alius in perpetuum, ad tempus alius, alius quoad certam diœceſin. 74.
Vicarius qui ad exercendam juriſdictionem in ſpiritualibus eſt conſtitutus quis, & ejus appellationes? 74. Quæ ejus juriſdictio & quousq;? ibid. & 75.
Violatores Eccleſiarum. 605. 4.
Virginitatis probatio. 228. 21. ſeq.
Vis. 120. 2.
Ultima voluntas ad pias cauſas quando valeat? 414. 17. ſeqq.
Ultimam voluntatem qui in alterius diſpoſitionem committit, an videatur decedere inteſtatus? 415. 22. ſeqq.
Ultimam voluntatem an quis in ejus voluntatem committere poſſit, qui teſtamentum per ſe facere nequit? 417. 26.
Ultimam voluntatem ſuam clericum commiſiſſe alteri, quot teſtibus probari poſſit? 418. 27.
Unctio extrema. 650. 13.
Unctionis ſacræ ſpecies. 54.
Vocatio quomodo fiat. 18. 2.
Votum quid & quotuplex? 437. 2. 3.
Votorum forma, effectus, & redemtio. 458. 6. ſeq. Quotuplex votum, & quodnam impediat matrimonium? 535. 3. 4.
Vovere qui poſſint, & de quibus actibus? 458. 4. ſeq.
Uſura. 609. 2. ſeq. Quotuplex: 610. 4. Quô jure licita? 611. 5. ſeq. Ex quô pacto debeatur? 612. 7. Et ob quam moram? 613. 8. Quâ actione petenda? ibid. 10.
Uſurarum modus. ibid. 9. Et pœna ultra eum uſuras exigentis. 614. 11.
Uſuræ deberi quomodo deſinant? 615. 12.
Uxor, an ſumtus in mariti funus impenſos repetat? 443. 17.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google